
3 1761 07464858 5

Grundeigentumsverhältnisse und Bürgerrecht

im mittelalterlichen Konstanz

Eine rechts- und verfassungsgeschichtliche Studie
mit einem Urkundenbuche und einer topographischen Karte


Zweiter Band

Die Konstanzer Grundeigentumsurkunden

der Jahre 1152—1371

Von

Dr. Konrad Beyerle,
a. o. Professor an der Universität Freiburg i. Br.





Heidelberg
Carl Winter's Universitätsbuchhandlung
1902

Vorwort.

Der vorliegende Band hat sich zur Aufgabe gestellt, die privatrechtlichen Urkunden der Konstanzer Archive insoweit zu sammeln und zu veröffentlichen, als sie die Quellen zur Grundeigentumsgeschichte der Stadt Konstanz darstellen. Als zeitliche Grenze nach unten ergab sich der zweite Zunftaufstand der Jahre 1370/1371, welcher den Sturz der Geschlechterherrschaft und eine völlige Umwandlung der Grundlage des städtischen Bürgerrechts für Konstanz bedeutet. Lediglich der Vollständigkeit wegen wurden die wenigen in die Zeit nach dem Jahre 1371 fallenden Urkunden aufgenommen, welche die letzten Belege für das seit dem Zunftaufstand seines verfassungsrechtlichen Inhalts entkleidete Salmannenrecht sind. Ihrer örtlichen Beziehung nach wurden grundsätzlich nur solche Urkunden berücksichtigt, welche Liegenschaften innerhalb der Stadtmauern der Stadt Konstanz nach deren Umfang am Ende des Mittelalters betreffen. Außerhalb des Mauerrings lag rechtsrheinisch das Gebiet der Abtei Petershausen mit den sich anschließenden landwirtschaftlichen Ansiedelungen. Die letzteren traten erst nach dem hier in Betracht kommenden Zeitraum in engere Beziehungen zur Stadt. Linksrheinisch war Konstanz von Gemüsegärten, Wiesen, Weidland und Sümpfen umschlossen. Von den Urkunden über diese linksrheinische Umgebung mußten diejenigen herangezogen werden, die sich auf geistlichen oder auf städtischen Grundbesitz beziehen, dagegen hatten die Urkunden über Liegenschaftsbesitz von Privaten außer Betracht zu bleiben. Es sei gestattet, bezüglich der Beziehungen dieses Urkundenbandes zum darstellenden Teil des Werkes auf die Einleitung zum ersten Bande zu verweisen.

Kann sich auch die Stadt Konstanz hinsichtlich des Reichtums ihrer privatrechtlichen Urkundenschätze mit andern rheinischen Bischofstädten, vorab mit Straßburg, nicht messen, so ist es doch gelungen, für die kleine Bodenseestadt einen Bestand von 335 Grundeigentumsurkunden aus der in Frage kommenden Zeit zusammenzubringen. Zum weitaus größten Teile erscheinen dieselben hier erstmals im Drucke. Und zwar wurde der vollständige Abdruck gewählt. Mit Rücksicht darauf, daß der vorliegende Band

in erster Linie eine Herausgabe von Rechtsquellen sein und somit rechtshistorischen Zwecken dienen will, schien bei der Ausarbeitung desselben die Wiedergabe des vollen Wortlauts der Stücke durchaus angezeigt. Einmal war dieselbe durch die nicht allzugroße Urkundenmasse möglich geworden. Sodann aber entstammen die Konstanzer Urkunden etwa nicht einer einheitlichen Kanzlei, wie beispielsweise die Mehrzahl der Straßburger Urkunden dem dortigen Offizialate. Sie zeigen vielmehr eine erfreuliche Mannigfaltigkeit, wenn sie sich auch in mehrere Hauptgruppen scheiden, in Urkunden des Rats, des Ammangerichts, des Offizials. Der Versuch, innerhalb dieser Hauptgruppen eine Abkürzung der formelhaften Teile der Urkunden nach dem Vorgang Schulte-Wittes vorzunehmen, hatte das Ergebnis, daß dadurch eine Druckersparnis nur in geringem Maße erreicht worden wäre auf Kosten der leichten Benutzbarkeit, wenigstens was den Juristen angeht. Für den Nichtjuristen erübrigt sich die Lektüre der vollen Urkunden durch die Beigabe möglichst getreuer Regesten.

Der angedeutete Zweck des vorliegenden Bandes brachte es weiter mit sich, daß derselbe nicht mit dem Anspruch auftreten will, ein allen Anforderungen der modernen Urkundenpublikation entsprechendes Urkundenbuch zu sein. Zwar sind sämtliche Verschriebe, Auslassungen, verdorbene und unleserliche Stellen in Anmerkungen notiert und alle Konjekturen des Herausgebers durch eckige Klammer als solche angemerkt, so daß die Wiedergabe des Textes eine genaue ist. Dagegen lag es außerhalb der gestellten Aufgabe, ausführliche Siegelbeschreibungen und dergleichen den einzelnen Urkunden beizugeben. Es wurde jedoch bei allen Originalurkunden bemerkt, ob die Siegel vorhanden, ob sie beschädigt sind oder ob sie ganz fehlen, so daß dem Sphragistiker wenigstens nachgewiesen ist, an welchen Urkunden sich Siegel befinden und wem dieselben angehören. Auch sind die für die örtliche Festlegung der beurkundeten Rechtsverhältnisse wichtigen Rückvermerke der Urkunden aufgenommen worden. Für die Scheidung von Groß- und Kleindruck war ebenfalls das juristische Interesse maßgebend. Urkunden, die lediglich durch ihre topographischen Angaben von Bedeutung sind, sowie der Hauptbestand der Urkunden über geistlichen Besitz wurden in Petit wiedergegeben, während alle Kauf- und Erbleihebriefe sowie andere Urkunden, die für die Privatrechtsgeschichte des Grundeigentums die Unterlage bieten, großgedruckt sind.

Ein ausführliches Orts- und Personenregister sowie ein Sachregister suchen die leichte Benützung der Urkundensammlung zu ermöglichen.

Dem heutigen Aufbewahrungsorte nach entstammen die mitgeteilten Urkunden in der Hauptsache dem Stadtarchiv und Spitalarchiv Konstanz, dem Großherzogl. Generallandesarchiv Karlsruhe, dem thurgauischen

Kantonsarchiv Frauenfeld. Wenige Stücke befinden sich noch heute in Konstanzer Privatbesitz.

Das Stadtarchiv Konstanz enthält außer dahin im Laufe der Zeit verbrachten Urkunden von Privaten die Titel städtischer Liegenschaften, sodann aber namentlich versprengte Reste einzelner Konstanzer Kloster- und Stiftsarchive, die in der Reformationszeit unter Obhut des Rates genommen und nach dem Anfall der Stadt an Österreich nicht mehr voll ausgeantwortet wurden. Namentlich gehören dahin Urkunden des Franziskanerklosters, welches von Anfang an einer Pflegschaft von drei Bürgern unterstand, Urkunden des Frauenkonvents zur Sammlung, einzelne Stücke aus dem Augustinerkloster, solche aus dem Archive des Stifts S. Johann, ganz vereinzelt auch Briefe des Domkapitels.

Das Spitalarchiv Konstanz, heute bestehend aus zwei Urkundenreihen, wovon die eine erst vor einem Jahrzehnt durch den inzwischen verstorbenen Stadtarchivar Professor Philipp Ruppert wieder aufgefunden wurde (sogenanntes neues Spitalarchiv), enthält die Urkundentitel für die zahlreichen Besitzungen und Rentbezüge des Heiliggeistspitals, des Sondersiechenhauses der Armen am Felde und der Almosenpflege (Raite). Das Spitalarchiv zeichnet sich durch eine große Vollständigkeit der Erhaltung aus. Da es vielfach auch die früheren Rechtsurkunden über dingliche Rechtsverhältnisse, in welche eine der drei genannten Anstalten succedierte, mitenthält, sind in ihm auch einzelne Urkunden der Abteien Petershausen und Kreuzlingen sowie anderer geistlicher Anstalten und Stiftungen wie auch privater Rechtsvorgänger aufbewahrt.

Das Großherzogl. Generallandesarchiv zu Karlsruhe birgt zunächst die weltlichen Urkunden des Bistums Konstanz, also namentlich diejenigen über den Besitzstand des Bischofs und Domkapitels sowie der einzelnen Domkaplaneien an liegenschaftlichen Rechten in der Stadt Konstanz selbst. Außerdem beruhen in Karlsruhe die hier in Betracht kommenden Archive der Chorstifter S. Stephan und S. Johann sowie des Franziskanerklosters in Konstanz, der Klöster Petershausen und Salem, sowie der Deutschordenskommende Mainau.

Das thurgauische Kantonsarchiv Frauenfeld steuerte einzelne Stücke bei aus seinen Abteilungen, welche die Archive des Augustinerchorherrenstifts Kreuzlingen bei Konstanz und des Chorstifts Bischofszell enthalten.

Eine Urkunde beruht im Stadtarchiv Überlingen.

Mehrere Urkunden entstammen dem Archiv des früheren Dominikanerinnenklosters, jetzigen Lehrinstituts Zofingen in Konstanz.

Der Herausgeber empfindet den lebhaften Wunsch, den Verwaltungen der genannten Archive für die vielseitige entgegenkommende Förderung seiner Arbeit den verbindlichsten, wärmsten Dank öffentlich aussprechen

zu dürfen. Namentlich wurde dem Unterzeichneten durch die in liberalster Weise gehandhabte Urkundenübersendung an das Stadtarchiv Freiburg seine Aufgabe wesentlich erleichtert. Insbesondere fühlt sich derselbe verpflichtet, seinen Dank abzustatten dem Herrn Apotheker Leiner, Stadtarchivar zu Konstanz; dem Direktor des Großherzogl. Generallandesarchivs, Herrn Geheimrat Dr. von Weech, dem Herrn Großherzogl. Archivrate Dr. Krieger, dem Herrn Großherzogl. Archivassessor Dr. Brunner zu Karlsruhe; dem Herrn Professor Dr. Meyer zu Frauenfeld; dem Herrn Realschulvorstand Professor Dr. Roder zu Überlingen; dem Herrn Stadtarchivar Dr. Albert zu Freiburg i. Br., welch letzterer den Unterzeichneten bei Benutzung der Archivalien in den Diensträumen seines Archives in jeder Weise unterstützte. Herr Privatdozent Dr. Cartellieri in Heidelberg erwarb sich den Dank des Herausgebers durch Mitteilung einzelner Urkunden. In der Fertigung der Urkundenabschriften leistete Herr Rechtspraktikant Stöhr in Freiburg willkommene Hülfe.

Endlich ist der materiellen Unterstützung dankbar zu gedenken, welche der Stadtrat von Konstanz dieser Herausgabe von Konstanzer Urkunden angedeihen ließ. Namentlich sei dem Herrn Oberbürgermeister Weber in Konstanz für das verständnisvolle Interesse und die lebhafte Förderung, die er dem vorliegenden Werke stets zuwandte, aufrichtiger Dank auszusprechen.

So mag denn dieser Band als erster Teil der Konstanzer Rechtsquellen hinausgehen, nicht, um einem Urkundenbuch der Stadt Konstanz vorzugreifen, sondern um dasselbe für die Zukunft zu entlasten. Im Zusammenhang mit dem von dem Unterzeichneten herauszugebenden Konstanzer Stadtrecht, welches in gleichem Formate und bei demselben Verlage erscheinen wird, wird auf diese Weise der deutschen Rechts- und Verfassungsgeschichte ein hervorragender Quellenkreis erschlossen sein. Dann erst vermag die alemannische Bischofsstadt den ihr gebührenden Platz in der Geschichte des deutschen Rechts einzunehmen.

Freiburg, 27. März 1901.

Dr. **Konrad Beyerle.**

Verzeichnis der angewandten Abkürzungen.

GLA. = Gr. General-Landesarchiv in Karlsruhe; GLA. V, Spec. 180 = Archivabteilung V (Konstanz-Reichenau) des Generallandesarchives; innerhalb derselben der Urkundenfaszikel Specialia (bezw. Generalia) Nr. 180.

StAKZ. = Stadtarchiv Konstanz.

SPAKZ. = Spitalarchiv Konstanz.

NSPAKZ. = Neues Spitalarchiv Konstanz.

Regg. ep. Const. = Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Konstanz, Innsbruck, Wagner 1895 ff.

Marmor, Urkk.-Ausz. = Urkundenauszüge zur Geschichte der Stadt Konstanz. Erschienen als Anhang der Schriften des Vereins für Geschichte des Bodensees und seiner Umgebung. Lindau 1873 ff.

Ruppert, Beiträge III = Konstanzer geschichtliche Beiträge, Heft 3. Konstanz, Selbstverlag. 1892.

Ruppert, Chroniken = Die Chroniken der Stadt Konstanz. Verlegt beim Münsterbauverein Konstanz. Konstanz 1891.

Cod. dipl. Sal. = von Weech, Codex diplomaticus Salemitanus. 3 Bde. Karlsruhe, Braun 1883 ff.

ZGO. = Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins.

Die mit Stern versehenen Urkunden erscheinen hier erstmals im Druck.

Nr. 1.

Bischof Hermann I. von Konstanz entscheidet einen Streit des Klosters Kreuzlingen mit den Bürgern von Konstanz über Weid- und Wegrechte der letzteren auf einer Wiese und durch einen Weinberg des gen. Klosters.

Konstanz, 1152, Juni 17.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego H. dei gracia Constanciensium episcopus universitati fidelium in perpetuum. Ad nostre siquidem pontificalis dignitatis excellentiam pertinere non dubium est, ut ecclesiastice possessiones pro virium facultate per eam amplificentur, communiantur ac conserventur.

Eapropter notum esse volumus tam instantis quam sequentis temporis fidelibus, qualiter ego Heremanus divina providentia Constantiensis episcopus fratribus sancti Ödalrici in loco, qui dicitur *Crucilingen*, Christo militantibus ius, quod cives Constantienses post secationem feni in prato eorum, quod salicibus obsitum contiguum est vinee eorum, ad pascua animalium suorum habere ab antiquo decreverant, semitam quoque qer eandem vineam antiquitus directam a civibus eisdem in generali conventu ipsorum precibus perpetualiter optinui. Ea videlicet interiecta conditione, ut singulis septimanis per circulum anni missa defunctorum celebretur, in cuius salutari ac sacrosancta actione ipsorum memoria habeatur, suorumque preterea parentum universe terre viam ingredientium absolutione in ea Christo generalis oratio persolvatur.

Ut autem omni evo hec nostra peticio ipsorumque traditio firma inconvulsaque permaneat, sigilli nostri impressione presentis decreti paginam insignimus ac corroboramus, precipientes, ut nulla prorsus magna parvave persona, quod communi civium nostrorum consensu parique devocione actum est, ausu temerario infringat seu dissolvat. Quod si maligni spiritus instinctu facere presumat, anathematis mucrone feriatur et a sacrosancta communione corporis et sanguinis Christi velut aliena repellatur, donec pro perpetrata iniquitate condigna satisfactione corrigatur; advocato quoque Conrado pro banno regio sexaginta solidos componat, quem iuxta tenorem nostre sententie in ipsum devolverat.

Acta sunt autem hec anno millesimo centesimo LII, indictione XV, XV kal. iulii, presentibus et astipulantibus Hildeboldo, Hugone et Hugone, Regenhardo, Eberhardo, Heinrico, Heinrico, Rödolfo, Ottone, Walthero, Marquardo, Ebernando, Cönrado, Heinrico, Heremanno, Bernhardo, Cönrado, Heinrico, Wernhero, Ortwino, Hezone, Ottone, Ödalrico, Cönrado, Marquardo, Ödalrico, Heinrico, Bertholt, Ödalrico, Liutfrido, Volcnant, Cónrath, Rödolfo, Otto, Heremanno et aliis quam pluribus de maiori ecclesia clericis et laicis urbanis.

Or. Kantonsarchiv Frauenfeld. Siegel verletzt. Ruckvermerk: durch den weingarten zue dem Stainhauss, item auf der Morderwiss, so man diser zeit den grossen Bruel nennt. Druck Thurgauisches Urkundenbuch II, 115 ff. Nr. 34. Regest: Regg. ep. Const. 891. Pupikofer, Regg. Kreuzlingen Nr. 8; Hidber, Schweizer Ur. Nr. 1984.

Nr. 2.

Fälschung. Friedrich I. verbietet die von seiten der Konstanzer Bürger gegen den Besitzstand des Klosters Kreuzlingen gerichteten Angriffe.

Konstanz, 1154 [?].

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus Romanorum divina favente clementia imperator et semper augustus. Quoniam longinquitate sepe fit temporis, ut non pateat condicio originis, ecclesiasticis utilitatibus, ut nostri iuris est, providentes presentem paginam auctoritate sigilli nostri roboramus, ne quis, quod absit, inposterum ausu temerario federa pacis ecclesie sancti Ŏldarici *Crŏcelin* commutet in odium falsitatis. Provida nimirum consideratione Manigoldus abbas vigorem et statum totius prefate ecclesie in presentia nostri et principum non solum privilegii tuicione, verum etiam testium approbatione confirmavit. Verum quia virtus religionis reprobis prebet incitamenta livoris, cives Constantienses nulla prescriptionis ope freti, nullo iusto titulo seu bona fide muniti, domos [et][1] vineas sancti collegii conabantur infringere, contendentes esse publica strata sui fori, prata vero tamquam communia pascua calcare nitebantur. Zelo itaque domus dei inflammatus, Hermanus eiusdem sedis episcopus, concordi assensu civium, moderante sententia principum presumptuosam litem presente celsitudine Romani inperii prudenter terminavit et perpetuo exspirare fecit. Adhibito demum rationabili decreto, quatinus canonici regulares inibi deo famulantes vivificas hostias missarum pro remedio fidelium animarum per continuas exsolvant ebdomadas. Interiectu igitur temporis, cum minarentur ruinam menia civitatis, predictum collegium cretam gravi labore conquisitam subministrabat in munitionem urbis hac scilicet ratione, ut de cetero in quieta maneret possessione. Quia ergo mundanarum legum nec sacroruum instituta canonum permittunt, res monasterii ab eius iure quolibet titulo segregari, quicumque convulsor, contradictor aut temerator huius pagine extiterit, ut sacrilegus iudicetur, et nisi dampnum restituerit, anathema sit.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCLIIII, indictione XV., anno IIII Friderici Romanorum imperatoris. Datum Constantie, Hermanno episcopo moderante, adhibitis testibus, quorum nomina hec sunt: Conradus Wormatiensis episcopus, Wido Ypoliensis episcopus, Wernherus abbas de Sancto Gallo, Welpho dux Spoleti, Fridericus palatinus de Tuingen, frater eius comes Hugo, Rŏdolfus comes, comes Wernherus, comes Hartmannus, comes Eberhardus, comes Marquardus.

Or. Thurgauisches Kantonsarchiv Frauenfeld. Druck: Thurgauisches Urkundenbuch II, 127, Nr. 38. Regest: Böhmer 2470. Regg. ep. Const. Nr. 910; Pupikofer, Regg. Kreuzlingen, Nr. 10; Müller, österr. Notizblatt II, 3; Stumpf, Reichskanzler, Nr. 3690. Die Datierung ist vollständig verwirrt. An der Urkunde hängt ein Reitersiegel. Siehe die Unechtheitsgründe thurg. Urk.-Buch a. a. O.

---

[1] Fehlt in der Vorlage.

Nr. 3.

Papst Hadrian IV. bestätigt dem Chorstift S. Stephan in Konstanz den Besitz seiner Güter und verleiht demselben mehrere Privilegien.
Rom, 1159, Januar 29.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Folcnando preposito ecclesie beati Stephani, que in Constantiensi civitate sitta est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicam vitam professis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Curtes ac domos claustrales canonicorum, quarum una iuxta capellam beati Georgii martyris proxime sitta est, cetere in circuitu monasterii. Decimas *Winfeldin*[1]. *Eminshoven*[2] unam. Curtes quoque in pago *Lienzegowe*, duas videlicet in villa *Lenstetin*[3] et tres in eadem mansos, molendinum unum, scupozas quatuor; in *Luiprehtisruti*[4] curtem unam cum dimidio manso; in villa *Ǒdiltingin*[5] duos mansos; in *Menzilshusin*[6] scupozam unam. *Heigersowe*[7] curtem unam. In villa *Rothwilo*[8] curtem unam cum duobus molendinis. Villam *Altinshusin*[9] et quoddam allodium in villa *Leingewillare*[10]. Et alia predia, que in civitate Constantiensi habetis, unde vobis census persolvi debent. Quicquid iuris habetis in villa in pago *Turgowe* sitta, scilicet *Hartpretiswillare*[11], que cum omni iure videlicet agris, pascuis, silvis ad eandem spectant ecclesiam; sive in curtibus scilicet *Salmasa*[12] et quinque scupozis et novalibus in eadem villa; *Leingewillare*[10] curtem unam et predium cuiusdam matrone Gerdrudis cum duobus scupozis; *Stadelhoven* curtem unam cum dimidio manso; necon et mansos: in villa *Buch*[13] duos, in villa *Turstorf*[14] unum, *Anninhusin*[15] unum, *Appishusin*[16] unum, *Nunewillare*[17] unum et agros quosdam ad ipsum pertinentes, *Gunthirshoven*[18] unum.

Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic deliberaverint sepeliri, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat. Statuimus etiam, ut nullus ibidem nisi unus ex canonicis sacerdos plebanus substituatur. Ceterum, quia facultates iam dicte ecclesie non magne dicuntur existere, cum numero novem canonicorum et uno preposito tantum decernimus esse contentam, nisi divina gratia eiusdem ecclesie opes ad plurium sufficientiam augmentaverit. Obeunte vero te nunc eiusdem loci preposito vel quolibet

[1] Weinfelden Kt. Thurgau. [2] Emmishofen Kt. Thurgau. [3] Leustetten bad. BA. Überlingen. [4] Lippertsreute bad. BA. Überlingen. [5] Uhldingen bad. BA. Überlingen. [6] Mendlishausen bad. BA. Überlingen. [7] Heigersau, bisher nicht nachgewiesen. Vielleicht Auf der Haige, Gemeinde Aach, bad. BA. Pfullendorf, Krieger, top. WB. 229. [8] Rottweil württ. OA.-Stadt. [9] Altishausen Kt. Thurgau. [10] Lengweil Kt. Thurgau. [11] Happersweil Kt. Thurgau. [12] Salmsach Kt. Thurgau. [13] Buch Kt. Thurgau. [14] Thurstorf Kt. Thurgau. [15] Andhausen Kt. Thurgau. [16] Eppishausen Kt. Thurgau. [17] Neuweilen bei Schwaderloch Kt. Thurgau. [18] Gontershofen, östl. Teil des Fleckens Weinfelden, Kt. Thurgau.

tuorum successorum nullus ibidem qualibet subreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii secundum dei timorem canonice providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva tamen in omnibus sedis apostolice auctoritate et diocesiani episcopi canonica iusticia. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes vel advocatus, iudex aut persona quelibet magna vel parva, secularis vel ecclesiastica hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo terciove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Runzeichen Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus subscripsi (Monogramm).

† Ego Gregorius Sabiniensis episcopus subscripsi.

† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus subscripsi.

† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus subscripsi.

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte crucis in Jerusalem subscripsi.

† Ego Octovianus presbiter cardinalis tituli sancte Cecilie subscripsi.

† Ego Astaldus presbiter cardinalis tituli sancte Prisce subscripsi.

† Ego Heinricus presbiter cardinalis tituli sanctorum Nerei et Achillei subscripsi.

† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII apostolorum subscripsi.

† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum subscripsi.

† Ego Jacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmodin subscripsi.

† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Teodori subscripsi.

Datum Laterani, per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, IIII. kal. febr., indictione VII., incarnationis dominice anno MCLVIII, pontificatus vero domini Adriani pape IIII. anno quinto.

Gleichzeitige Kopie auf Perg. GLA. Selekt der ältesten Urkunden B 26. Druck: Neugart, cod. dipl. II, 91. Dümgé, Reg. Bad. 48 (im Auszug). Wirtemb. Urk.-Buch 2, 119, Thurgauisches Urkb. II, 170 Nr. 44. Regest: Jaffé Reg. pont. Rom. Ed. II. Nr. 10539.

Nr. 4.

Ulrich König, Bürger von Konstanz, schenkt seine Besitzungen in und außerhalb der Stadt der Domkirche und erhält dieselben von Bischof Berthold zurück als Lehen. Außerdem errichtet er für sich und seine Ehefrau von zwei Häusern, in der Niederburg und in der Amlungsgasse gelegen, durch Zinsbestellung Jahrzeitstiftungen in der Domkirche und in der S. Stephanskirche.

Konstanz, 1176 o. T.

In nomine sancte et individue trinitatis ego Bertoldus dei gratia Constantiensis ecclesie electus. Consulta ratione, impellente necessitate

talis ab antiquo tradita a modernis consuetudo immo constitutio celebris observatur, quod donationes ecclesie dei, emptiones, venditiones ceterique contractus, ut facilius et fidelius ad futurorum noticiam perveniant, scriptis autenticis annotantur. Nisi enim emunitates ecclesiarum litterarum munimenta reciperent et inviolabilem confirmationem sortirentur, oblivio errorem, error confusionem procul dubio cum damno ecclesiarum induceret.

Notum sit igitur omnibus tam futuris quam presentibus bone voluntatis hominibus, qualiter Ŏlricus Rex, civis Constantiensis, predia quedam in pago *Turgŏ* scilicet in villa *Botenchoven, Illinchusen, Willare, Sprutenhoven, Toteneich*[1] et curiam suam in porta[2] et alia, que in sua proprietaria possessione habuerat, et mancipia[3] ecclesie Constantiensi ad honorem sancte genitricis dei Marie contradidit. Hec autem traditio hac conditione, hoc pacto facta est, quod ipse cum filio suo Pilgerino dicta predia in beneficium a manu nostra reciperent. Hoc etiam in pacto constituit, quod quicumque predia illa in beneficio possideret et in alteram quamcumque personam per depactionem transferri postularet, episcopus Constantiensis sine omni contradictione et exactionis violentia concederet. Sin autem aliquod eorundem prediorum ad aliquod claustrorum Constantiensi ecclesie pertinentium transferre pro salute anime sue desideraret, episcopus ad id assensum omni remota occasione adhiberet. Hec omnia ab ipso Ŏlrico disposita iuxta suam liberam et voluntariam donationem in domino concessimus. Et ne aliquis suam super his ordinationem et nostram iustam concessionem diabolico instinctu infringere vel aliquo pravo ingenio vel in parte vel in toto transmutare presumeret, dicta predia Ŏlrico et filio suo iuxta predictam ordinationem in presentia multorum concessimus et paginam presentem conscribi et nostro sigillo signari fecimus.

Preterea idem Ŏlricus domum Gotefridi in inferiori parte urbis sitam ad usum fratrum concessione Constanciensium tributariam tradidit, hac tributi ratione, quod quicumque domum eandem possideret singulis annis in festo beate Marie Magdalene canonicis Constantiensibus duas urnas de vino meliori usque ad obitum ipsius Ŏlrici vel uxoris sue omni remota ambiguitate ministraret. Post obitum vero alterius eorum, quicumque ipsorum premoreretur, in die obitus sui idem tributum persolveret. Minoris autem lege tributi unius videlicet urne domum

---

[1] Bottighofen, Illighausen, Weilen beim vorgenannten Ort, Sprutenhofen?, Dotnach, alles Orte im Kt. Thurgau.

[2] Die Worte: et curiam suam in porta sind von etwas jüngerer Hand übergeschrieben.

[3] Desgl. die Worte: et mancipia.

in vico *Amulunges* sitam canonicis sancti Stephani ad eundem temporis terminum donavit. Constituit etiam, quod si possessores dictarum domorum tributa iuxta suam constitutionem persolvere quoquomodo recusarent, ipsi canonici domos ipsas usui suo manciparent.

Facta sunt hec in choro Constantiensi anno ab incarnatione domini millesimo centesimo lxxvi., indictione viiii., presidente sedi apostolice venerando papa Alexandro, Friderico Romanorum imperatore semper augusto, Chònrado advocato civitatis, presidente ecclesie beati Galli et ecclesie Curiensi abbate Òlrico, abbate Augiensi Tethalmo. Testes, in quorum presentia hec facta sunt: Hermannus prepositus, Hainricus decanus, Fridericus de *Nidingen,* Ortolfus camerarius, Chònradus de Foro, Òlricus de *Willare,* Waltherus, magister *Albero,* Òlricus de *Aha,* Hugo cellerarius, *Hesso,* Hainricus de *Vrichingen,* Òlricus de *Oberohoven,* Tethalmus de *Bernanch,* Chònradus de *Phina,* Chònradus filius Ottinonis, Albertus de *Hugolteshoven,* Chònradus de *Tegirvelt.* De ministerialibus: Rŏdolfus et Òlricus et Wernerus de Arbona, Arnoldus et Hugo de *Grûninberg,* Burchardus et Hainricus et Bertoldus *Stateli,* Chònradus et Bertoldus de *Bollingen,* Burchardus de *Hohenburg,* Wezilo dapifer, Bertoldus et Chònradus de *Willare,* Òlricus Albertus Otino fratres, Fridericus de *Sconenber[g]* et omnes de *Anninwillare* et fratres de *Otilehusen,* Albertus de *Heidoltswillare.* De civibus: Hainricus minister civitatis, Hilteboldus, Hugo fratres; Rŏdigerus, Azzo fratres; Reinhardus senior et iunior; Rŏdolfus filius Mahtildis et filii sui, Hainricus Dux, Martinus, Bernhardus, Chònradus Dromeli, Chònradus filius Martini, Hermannus, Ecchebertus, Òlricus *St[r]oli*[4] cum filiis suis, Chònradus monetarius, Hainricus filius Eccherici, Hermannus *Rize,* Anno et Chònradus fratres, Bertoldus, Òlricus, Dietericus filii Ebernandi, Chònradus, Alewicus de *Brantstete.*[5] Dux Welfo, advocatus Chònradus, Thiethelmus de *Tochemburg,* Eberhardus de *Burgelun,* Albertus de *Bussenanc,* Hainricus de *Warte,* Rŏdolfus de *Guttingen,* Egilolfus, Rŏdolfus de *Rorschach,* Swigerus de *Glateburg,* Òlricus de *Rammiswag.*

Ipse etiam Òlricus quedam predia, [que][6] ad episcopium pertinebant, ab hominibus conquisivit, que ipse et filius suus nostra concessione de manu nostra in beneficium suscepit.

---

[4] Die Vorlage hat St°lj. Es handelt sich um die Konstanzer Geschlechterfamilie Stroli, demnächst Strŏli genannt.

[5] Die folgenden Zeugen sowie der Schlußsatz sind von etwas jüngerer Hand nachgetragen.

[6] Fehlt in der Vorlage.

Or. GLA Selekt der ältesten Urkunden. Siegel beschädigt. Druck: ZGO, 32, 67 ff. Thurgauisches Urkundenbuch II, 196, Nr. 52. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1038. Hidber, schweiz. UR. Nr. 2347.

Nr. 5.*

Priester Ulrich von S. Moriz am Dome schenkt der Domkirche ein Haus bei der S. Stephanskirche, welches ihm der verstorbene mag. Ulrich mit der Bestimmung zugewandt hatte, davon für ihn ein Seelgeräte zu bewirken, zu des Verstorbenen und seinem eigenen Seelenheil und erhält es als Wachszinslehen, mit einer jährlichen Abgabe von 2 Wachskerzen belastet, auf Lebenszeit aus der Hand des Dompropstes zurück. Nach seinem Tode folgt im Besitz des Lehens der Sohn des Schenkers, Konrad, mit einer jährlichen Zinspflicht von 3 Schilling; jeder fernere Besitzer hat dem Domkapitel 4 Schilling Zins zu entrichten.

Konstanz, 1176 o. T.

In nomine sancte et individue trinitatis ego Bertoldus dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus. Antiqua sanctorum patrum traditione cautum habemus et communi utencium approbacione observamus, quod facta priora, quo comodius et fidelius futurorum posteritati commendentur, scriptis autenticis diligencius annotemus. Labilis enim humane condicionis memoria dampnosum deffectum pateretur, nisi litterarum munimenta ad futuram successionem reciperet.

Notum sit igitur omnibus tam futuris quam presentibus bone voluntatis hominibus, qualiter Ůlricus sacerdos sancti Mauricii domum suam iuxta ecclesiam beati Stephani martiris sitam beate semperque virgini Marie pro salute anime domini et magistri Ůdalrici Constanciensis ecclesie canonici et magistri, in remedium eciam peccatorum suorum ad usum fratrum Constanciensium libere contradidit. Ipse enim iam dictus magister proprietatem eiusdem domus sacerdoti legitime contulit et, quod aliquam in salutem anime sue ordinacionem salubriter faceret, sepius exoravit. Tradicionis igitur et peticionis sibi facte ipse sacerdos memor et prioris negligencie dampna recompensans donacionem premissam et ordinacionem effectui mancipavit. Hec autem tradicio hoc pacto, hac condicione facta est, quod ipse cum filio suo Cůnrado domum ipsam de manu prepositi Constanciensis reciperet et quod ipse sacerdos in diem vite sue in assumpcione beate Marie duos cereos unius libre in annuam pensionem annis singulis persolveret. Post obitum vero ipsius sacerdotis iamdictus Cůnradus filius suus tres solidos monete Constanciensis fratribus Constanciensibus in die obitus sui ministraret. Si autem possessor domus in solucione constituti tributi negligenciam quoquo admitteret, chorus domum ipsam usui suo manciparet. Hoc eciam iuris sibi et filio suo in ipsa domo reservavit, quod si ipse sive filius suus domum ipsam in aliam quamcunque personam per depactionem transferri postularet, prepositus Constanciensis una cum consensu

fratrum sub dicto pensionis canone, omni remota contradiccionis et exaccionis occasione, concederet.

Quia vero mundus in malingno positus est et iniquitas ex adipe prodiit, ne quis diabolico instinctu factam tradicionem infringere presumeret, presentem paginam conscribi et nostro sigillo singnari fecimus. Facta sunt hec in choro Constanciensi anno ab incarnacione domini M°C°LXX°VI°, indiccione IX^a, presidente in sede apostolica venerando papa Alexandro, Friderico Romanorum imperatore semper Augusto, advocato civitatis Cŭnrado, presidente ecclesie Curiensi abbate Sancti Galli Ůdalrico, abbate Augiensi Diethelmo.

Preterea ipse sacerdos talem in sua donacione condicionem constituit, quod quicumque ipsam domum post obitum suum et filii sui per depaccionem possideret, quatuor solidos monete Constanciensis fratribus Constanciensibus sine omni ambiguitate ministraret. Constituit eciam, quod si quis, sive ipse prepositus, sive aliquis de choro, hanc suam ordinacionem aliquo malo ingenio vel in toto vel in parte mutare vel infringere presumeret, domus ad heredes rediret.

Testes, qui viderunt et audiverunt: Hermannus prepositus, Hainricus decanus, Fridericus de *Nidingen*, Conradus de Foro, Ulricus de *Willare*, Ortolffus camerarius, Waltherus, Ulricus de *Aha*, cellerarius Hugo, Heinricus de *Fridingen*, magister Albertus, Hesso, Ulricus de *Oberohoven*, Tethalmus, Conradus de *Phina*, Conradus filius Ottinonis, Albertus de *Hugolteschoven*, Conradus de *Tegervelt*; cives: Hilteboldus, Hainricus minister civitatis, Hugo Olla, Rodigerus, Azzo fratres, Ulricus Rex, Renhardus, senior et iunior; Hermannus, Ecchebertus fratres, Volchnandus, *Vegille*; provinciales: advocatus urbis Conradus, Gotefridus de *Rordorff*, Benno et Hainricus de Marchtorff, et quam plures alii; ministeriales ecclesie: Heinricus et Conradus de Winterthura, Albertus de *Heidolteswillare*, Conradus, Rŭdolfus de *Annewillare* et quam plures alii.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschriften im GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319) f. 41; 491 (alte Nr. 305) Nr. 6; 509 (alte Nr. 322) f. 41. Regest: Regg. ep. Const. 1037.

Nr. 6.*

Dompropst Ulrich von Konstanz beurkundet die seitens des Chorherrn Ulrich von S. Stephan und seiner Schwester unter Leibzuchtvorbehalt erfolgte Schenkung eines Hauses in der S. Stephansgasse an das Stift S. Stephan zu Jahrzeitzwecken. Nach dem Tode beider gelangt das Haus zunächst an eine Nichte derselben gegen einen jährlichen Jahrzeitzins von 4 Schilling, nach der letzteren Tode fällt es dem Stifte S. Stephan heim.

Konstanz, 1193, Dez. 6.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Ůdalricus dei gratia Constantiensis ecclesie prepositus. Preter alias penalitates, quas

per originalis [peccati admissionem][1] nostre carnis infirmitas cottidie sustinet, memoria [nostra, oblivionis] nube obfuscata, caduca et labilis habetur, et ideo facta [presentium ad posterorum] cognitionem transferri minime permittit. Ut ergo donationes sive [contractus] sub temporibus preteritis celebrati ad futurorum noticiam perveniant, [sancti patres] ecclesiarum inquietationibus condolentes, [quia] ipsarum donationes a malignorum intrusu sepius in irritum revocate fuerant, litteris, que sunt baculi memorie, statuerunt perhennari.

Sciant igitur presentes ac posteri, qualiter Ůdalricus sacerdos, sancti Stephani canonicus, et soror sua Måchthildis domum quandam in vico sancti Stephani sitam, quam jure predii [proprii] possiderant, ecclesie iam dicte scilicet sancti Stephani pro salute animarum suarum et parentum suorum et fratribus in eadem ecclesia deo servientibus absque omni contradictione libero consensu donarunt. Hec autem donatio tali fuerat ordinata pacto, ut post obitum iam dicti sacerdotis et sororis sue dies anniversariorum suorum singulis annis in choro sancti Stephani celebrentur et missa defunctorum celebrata ipsorum memoria salubriter habeatur, et in utroque anniversario duo solidi den. Constantiensis monete fratribus a possessore predicte domus ministrentur. In hac etiam donatione ordinatum est, ut sepedicti donatores ipsam domum in diem vite possideant cum quiete. Memoratus autem sacerdos, si prior sorore sua decesserit, ipsa soror predictam domum pro beneficio claustrali possideat et fratris sui diem anniversarium celebrando denarios statutos fratribus persolvat. Similiter si eadem Måchthildis forte premoriatur, frater eius superstes pretaxatam observet ordinationem. Exutis vero ambobus de carnis ergastulo, neptis sua Måchthildis dicta *Cikovin*[2] ipsis forte succedens prescriptam domum in beneficium usque in diem vite sue possideat, ita tamen, quod dies anniversarius awunculi sui sacerdotis scilicet et matertere sue singulis annis celebrando fratribus sancti Stephani quatuor solidos den., scilicet in utroque anniversario duos solidos iuxta predictam ordinationem persolvat. Illa vero mortua pretaxtata domus cum omnibus suis pertinentiis ad communem usum et prebendam fratrum libere redeat.

Ne autem huius donationis et ordinationis tam rationabilis pactio in scrupulum questionis posset everti et a protervis hominibus in posterum retractari, hanc paginam fecimus inde conscribi et nostri sigilli [munimine qualicunque] roborari. Acta sunt hec in choro sancti Stephani [anno dominice] incarnationis M° C° nonagesimo tertio, indictione unde-

[1] Die Stellen in eckiger Klammer haben durch Wasserfleck sehr gelitten.

[2] Der Name kommt sonst unter den Konstanzer Geschlechtern nicht vor und ist vermutlich durch den Abschreiber verderbt.

cima, Olympiadis [periodi(?) quarto(?), decenno]venalis cycli XVI°, epactis XV, concurrentibus [quatuor, dominicali m] litteris, octavo ydus decembris, presidente sedi apostolico [Celestino], anno apostolatus eius tertio, imperante gloriosissimo Romanorum imperatore Heinrico, anno regni eius XXIIII°, imperii vero III°, Diethalmo Constantiensem cathedram gubernante, presentibus probabilibus personis tam spiritualibus quam secularibus. Sunt autem hii testes qui aderant: sancti Stephani canonici Syfridus plebanus, Hugo de sancto Paulo, Eggeritus, Albertus, Martinus, Conradus, et layci: Azzo civitatis causidicus, Hugo Figulus et alii quam plures. Si quis autem ausu dyabolico armatus prescripte ordinationi in posterum obviare attemptaverit, ex hoc facto in die tremenda sicut dyployde confusione sua induatur. Amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Kopialbuch No. 585 (alte Nr. 340 zz.) f. 98¹ 2 mit der Bemerkung saec. XV.: Instrumentum de curia domini plebani. Regest: Regg. ep Const. Nr. 1134.

Nr. 7.

Bischof Konrad von Konstanz bestätigt dem Kloster Salem die demselben von seinen Vorfahren erteilte Erlaubnis, das Seeufer bei Konstanz aufzufüllen und darauf zu bauen.

Konstanz, 1217 o. T.

Conradus, dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis notum facimus, quod cum quondam monasterio de *Salem* apud Constantiam locus ad edificandam domum datus esset, a predecessoribus nostris fratribus eiusdem loci concessum fuit, ut infra lacum usque dum domus alie protenduntur, nullo contradicente aut aliquomodo impediente, lacum implendi et desuper edificandi liberam haberent facultatem, prout sibi visum foret ad suum commodum expedire. Nos vero eorundem predecessorum nostrorum in hac parte pia imitantes vestigia, locum eundem, sicut supra dictum est, eidem monasterio iure perpetuo confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, sub pena anathematis firmiter inhibentes atque districte precipientes, ut nullus omnino hominum supradictum locum, sicut ante dictum est, infra lacum usque dum domorum aliarum edificatio ante se extenditur, quasi ibi aliquid edificaturus invadere audeat, super hoc ipsis molestiam aliquam illaturus. Quod si quis post hanc predecessorum nostrorum et nostram donationem et presentem confirmationem roboratam patrocinio scripti nostri dictos fratres de *Salem* super eodem loco vexare in aliquo presumpserit, omnipotentis dei iram et nostri presulatus offensam ex hoc se noverit graviter incursurum atque cum Juda traditore in ultimo divini iudicii examine dampnationis sue sententiam percepturum.

Datum Constantie anno ab incarnatione domini M.CC.XVII., indictione V., regnante domino F. Romanorum rege et semper Augusto et rege Sicilie.

Or. GLA. Siegel erhalten. Rückvermerk: Confirmatio domini C. Const. ep. super domo nostro, quam habemus Constantie. Druck: Cod. dipl. Sal. I, 145, Nr. 102. ZGO. 35, 145. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1302.

Nr. 8.*

Bischof Konrad von Tegerfeld beurkundet die durch Dompropst Heinrich von Tanne erfolgte Bestätigung des durch einen Eigenmann der Dompropstei vorgenommenen Verkaufs eines Hauses in der Azzogasse an den S. Konradspfründner Walther am Dome. Der letztere schenkt mit Salmannenhülfe das Haus seiner Pfründe und belastet seinen Pfründnachfolger mit einer jährlichen Abgabe zur Feier seiner Jahrzeit im Dome, in S. Stephan und bei den Schottenmönchen.

Konstanz, 1220, Juli 29.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Chůnradus dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus || huius nominis secundus. Dum per antiquum serpentem virus in precordia primorum parentum spargitur, || humanum genus penalitatibus diversis inficitur, ex quibus una et precipua est scilicet oblivio, que contractus sive donationes et cetera negotia, que perpetuam poscunt memoriam, ducit in confusionem, quia sua nubi caliginosa ea impedit ad futurorum transferri noticiam. Ut ergo huic obviaretur periculo, tale remedium antiquorum et prudentium virorum invenit subtilitas, ut negotia, que rationabiliter celebrata fuerint, litterarum indiciis perpetuentur.

Elucescat igitur tam presentibus quam posteris, qualiter magister Waltherus, sancti Kůnradi prebendarius, aream quandam in vico quondam Azzonis dicto sitam a quodam viro nomine Ůlrico, qui erat de familia prepositure maioris ecclesie Constantiensis cum consensu uxoris sue, per quam tunc temporis non habebat prolem, et a nobis impetrata licentia, quia tunc ipsi preposituram ecclesie maioris Constantiensis tenebamus, iuxta consilium burgensium et formam inter eos habitam publice et absque contradictione coemit. Postmodum idem Waltherus, edificiis pro posse suo erectis, saluti anime sue prospiciens eandem domum cum suis pertinentiis prebende sancti Kůnradi per manus quorundam civium Constantiensium scilicet Otenonis et Cůnradi de *Matewiler* et Ůlrici de Sancto Gallo militum, quibus mediantibus predictum fundum susceperat, presentibus reverendis personis Hainrico de *Tanne* maioris ecclesie Constantiensis preposito et Alberto et Ůlrico in ecclesia sancti Stephani et *Bischofcelle* prepositis et presente dilecto fratre nostro Růthero de *Ratirshoven*, qui formam donationis dederat, et pluribus aliis confratribus et militibus et laicis: Wezzelone dapifero et Lútfrido et Bernehardo de Littore fori civibus Constantiensibus et Ravenoldo thelonieario et multis aliis viris tam clericis quam laicis, voce publica et nullo contradicente contradidit.

Quam donationem predictus Waltherus postmodum coram nobis et ministerialibus ecclesie et civibus urbis primum iam dicto preposito, maioris ecclesie Constantiensis sententiante et ceteris aliis consencientibus,

legitime celebrata[m] fore obtinuit, excepto solo preposito de *Bischofcelle*, qui eam irrationabilem diiudicabat. Unde et ex aliis discretorum virorum suggestionibus, qui in huiusmodi contractu et in similibus agendis subtiliores fuerant, prememoratus maior prepositus suam fundans intencionem, pretaxatam domum nomine prepositure sibi pertinere constanter asseruit. Postmodum peticioni honorabilium virorum, qui partes suas interposuerant, benigno animo cedens et presertim saluti anime sue intendens, quicquid iuris in sepedicta domo sibi vendicaverat, coram nobis et confratribus nostris, propriis manibus tactis sancte dei genitricis Marie reliqui[i]s, consentientibus fratribus, docta verborum sollempnitate, nullis reclamantibus prebende sancti Cůnradi voce publica contradidit, donationem magistri Waltheri ratam habens. Statuit itaque prenominatus Waltherus, ut singuli successores sui in prebenda sancti Cůnradi singulis fratribus de maiori choro, qui presentes fuerint, de prefata domo in anniversario suo IIII^or^ den. pro stoupa et edituis tres den., et singulis fratribus sancti Stephani tres den., qui presentes fuerint, et edituo unum, et Scottis sextarium vini singulis annis perpetuo ministrent et tam ipsi fratres de maiori choro quam de choro sancti Stephani et Scotti anniversarium diem ipsius Waltheri in missa defunctorum et in ceteris orationibus suis singulis annis perpetuo agant. Statuit etiam idem Waltherus, ut sepedicti successores sui in singulis ebdomadibus unam missam defunctorum in perpetuo pro sua dicant requie et in anniversario suo in propria persona unam missam defunctorum pro eius dicant remedio et VII missas similiter defunctorum in eius memoriam per alios sacerdotes figeri [!] rogent.

Celebrata est autem hec donatio sepedicti maioris prepositi et terminacio cause coram nobis in sacrario maioris ecclesie Constanciensis anno dominice incarnationis M°CC°XX°, anno decemnovenalis cycli V°, indictione VIII[a], anno bisextili, J littera annali, D littera dominicali, epactis XIIII[cim], conçurrentibus tribus, IIII° kal. augusti, presidente sedi apostolice Honorio huius nominis III°, anno apostolatus eius V°, regnante Romanorum Sicilie rege Friderico, anno regni eius VIII°, gubernantibus nobis Constantiensem cathedram, anno eleccionis nostre XII°, consecracionis vero XI°. Ut autem, que prescripta sunt, longa posteritatis consenescant memoria et ne a perversorum valeant attemptari calumpnia, hanc paginam fecimus inde conscribi et sigillo nostro, appenso eciam sigillo chori nostri, communivimus. Si quis autem in posterum hanc donacionem et cause terminacionem tam rationabiliter celebratam in recidivam suscitaverit contencionem vel ullomodo infringere attemptaverit, cum dominus revertetur a nupciis et transiens in eternam Jerosolimam suis ministrabit dilectoribus, ab illo eterno convivio excludi mereatur.

Testes, qui presentes fuerant, sunt hii: Wernherus decanus Constantiensis, Ůlricus custos, Albertus et Ůlricus sancti Stephani et in *Bischofcelle* prepositi, Růdigerus de *Ratirshoven*, Waltherus de *Rotenleim* et Lútoldus frater suus, Hainricus camerarius, Heinricus de *Raphersuiller*, Hilteboldus de *Shina*, Heinricus filius Lútfridi, Burchardus de Castello, Heinricus Figulus, Otteno, Heinricus de Domo, Heinricus de *Clingen*, Bilgerinus, Constancienses canonici. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319) f. 62½. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1331.

Nr. 9.*

Bischof Konrad II. beurkundet die durch den Domkanoniker Burkhard von Kastel vorgenommene Schenkung eines ihm erblich anerfallenen Hauses am Markte unter den Säulen an das Domkapitel. Der Schenker belastet das Haus mit mehreren Zinsen zu Jahrzeitstiftungen.

Konstanz, 1224, Mai 28.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. C. Ego Conradus, dei gracia Constantiensis ecclesie episcopus, huius nominis secundus. Oportet, ut negocia, que longam deposcunt memoriam, ne oblivionis voragine possint absorberi, litterarum indiciis perpetuentur.

Sciant igitur tam presentes quam posteri, qualiter confrater noster Burchardus de Castello, Constanciensis ecclesie maioris canonicus, domum quandam in foro in loco, qui dicitur sub statuis, sitam, que sibi in partem hereditatis contigit, ad communem mensam fratrum Constanciensium libero consensu, nullis contradicentibus et omni legitima solemnitate adhibita, ob remedium anime sue et parentum suorum publice contradidit. Ordinavit autem de eadem domo idem Burchardus, ut in anniversario fratris sui Conradi pincerne octo capellis ex antiquo fundatis singulis dentur tres denarii et edituis quatuor et nichil amplius in hoc anniversario de illa domo. In anniversario sororis sue dentur tantum quinque solidi fratribus et prebende sancti Conradi. In anniversario ipsius Burchardi et fratris sui Johannis similiter singulis prefatis capellis dentur tres denarii, edituis quatuor: quod residuum fuerit de annuo censu memorate domus, ad communes usus fratrum et prebende sancti Conradi in anniversario ipsius et fratris sui Johannis dividatur. Et hoc annuatim in perpetuum observetur.

Ne autem hec donacio tam legitima celebrata imposterum maliciose possit immutari vel per tenebras oblivionis deleri, ipsam in scriptum

redigi[1] decernimus et sigillo nostro apposito auctorisavimus. Si quis autem hoc factum imposterum infringere attemptaverit vel ei ullomodo proterve contraire presumpserit, ab illa tercia (?) et pessima in die districti examinis pertimescat audicione.

Acta sunt hec in choro Constanciensi anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo vicesimo quarto, anno decemnovenalis cycli VIIII°, indictione duodecima, E littera annali, F littera dominicali, concurrente uno, epactis XXVIII°, quinto kalen. iunii, presidente sedi apostolice Honorio, huius nominis tercio, anno apostolatus eius octavo, imperante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico et rege Sicilie, anno regni eius duodecimo, imperii vero quarto, gubernantibus nobis Constanciensem cathedram anno electionis nostre decimo quinto, consecracionis vero decimoquarto. Testes qui presentes fuerant sunt hii: Wernherus decanus, Rüdegerus de *Retirschoven*, Ulricus prepositus de Episcopali cella, Hilteboldus, Hainricus Figulus, Ottino, Hainricus de Domo, Wernherus *de Velpach*, Constancienses canonici, et Waltherus prebendarius sancti Conradi et alii plures clerici. Laici vero qui aderant sunt hii: Johannes pincerna, Marquardus scultetus civitatis, Lutfridus et Lůtfridus filius suus, Ulricus de Sancto Gallo et plures alii, quos nominatim exprimere longum est.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift: GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 16. Nr. 7; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 88½. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1362. Marmor, Urkk.-Ausz. 5. Das Org. ist im StAKZ unter Nr. 1589 nicht auffindbar.

Nr. 10.

Bischof Konrad II. beurkundet die durch die Konstanzer Bürger Heinrich von Bizzenhofen und Ulrich Blarer erfolgte Stiftung des Heiliggeistspitales zu Konstanz durch Widmung eines zinseigenen Grundstücks und Erbauung des Spitales auf demselben. Der Bischof verleiht der Neugründung eine Reihe von Privilegien und überträgt die Verwaltung des Spitales dem Rat von Konstanz.

Konstanz, 1225 o. T.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cůnradus dei gratia Constanciensis ecclesie minister, huius nominis secundus, omnibus presentibus quam futuris || Christi pauperibus hospitalis Constant. in *Margitstat* in perpetuum. Cum teneamur ex officio nostro, pauperes Christi fovere, magis magisque iustum duximus, pietatis opera ab aliquibus inchoate ad ampliora || incrementa promovere.

Innotescat igitur universis in omni evo, quod duo cives Constant. Heinricus de *Bithunhovin* et Olricus dictus *Blarreri*, igni caritatis accensi, construxerunt ad honorem sancti spiritus hospitale in *Margitstat*, tali opere sibi omnibusque sibi attinentibus, civitati quoque et omnibus

[1] Vorlage hat redimi.

inhabitantibus in sempiternum felicitatem et uberiorem celitus benedictionem comparantes, ut ammodo placabilior sit dominus super peccatis inhabitantium in ea et eius ira clementius quiescat. Processus vero operis huius talis ab omnibus cognoscatur.

Supradictus Ŏ. *Blarreri* fundum in *zinscigin* id est censuale predium secundum commune ius civium habuit in *Margitstat* sub censu candele de sepo sufficienti per unam noctem illuminare debito capelle sancti Petri, et hic census a nobis cum assensu Ŏdalrici eiusdem capelle clerici est remissus et de domo contigua hospitali census candele ceree sufficienti per unam noctem illuminare eidem capelle in festo sancti Petri apostoli est constitutus. Postmodum predictus fundus a nobis simul et a predicto Ŏ. Blarrario et suis *salmannis* R. Johilario et Hermanno de *Sulgin* cum assensu nostrorum fratrum canonicorum et ministerialium et urbanorum ad hospitale pauperum in honorem sancti spiritus dicatus est domino deo et traditus, ipsumque fundum et superedificatam domum, quam tam Heinricus predictus de *Bithunhovin* quam ipse Ŏ. Blarrarius construxerunt in honorem sancti spiritus, receperunt pauperes in vice omnipotentis sibi et omnibus pauperibus ad hospitale perpetuum pro salute tam vivorum quam mortuorum, ut supra narratum est. Hoc etiam cum assensu fratrum nostrorum canonicorum et ministerialium et urbanorum constituimus, ut omni libertate sicut alia hospitalia, que sunt libere constitucionis, gaudeat tam hospitale quam capella in eo, nec ad nostram vel successorum nostrorum vel alicuius subiectionem vel institucionem, sed tantum ad pauperes hospitalis pertineat tam de ipso quam de celebratione divinorum in capella, prout eis expediat, ordinare et sicut in aliis capellis eiusdem civitatis licitum est, divina celebrari omnibus audire ea volentibus, hoc in capella hospitalis similiter fieri licite concedimus. Statuimus quoque oblationes in capella futuras ad pauperum ordinationem pertinere. Sepulturam eciam eis in hospitali defunctis liberam concedimus, ut, ubi elegerint vel etiam sacramentorum communicationem, nullatenus eis negetur. Statuentes etiam res pauperum defunctorum in hospitali nulli competere nisi tantum hospitali nec intra septa ipsius ad decimas dandas teneantur, sicut et alia eodem iure gaudent hospitalia.

Statutum est eciam fratribus nostris et ministerialibus et urbanis consentientibus, quatenus communitas civitatis Constantiensis vel aliqui, qui sunt civitatis consilium, hoc hospitale manuteneant et in omnibus fovere non ommittant. Quisquis hoc hospitale in personis vel possessionibus vel rebus molestare presumpserit, omnipotentis dei et beate virginis Marie et omnium sanctorum iram et domini pape et nostram et omnium successorum nostrorum indignationem se noverit incursurum.

Ut autem hec inconvulsa permaneant, hiis litteris cum inpressione nostri sigilli sunt autenticata. Actum publice in choro maioris ecclesie Constancie, anno ab incarnatione domini M°CC°XXV°, indictione XIII^a^, concur. II, epactis IX, presidente papa Honorio III°, anno pontificatus eius X, regnante Friderico Romanorum imperatore et semper augusto et rege Sicilie, anno consecrationis eius VI°, filio eius Heinrico rege Romanorum constituto, anno pontificatus nostri XVI°, ordinatis in ecclesia nostra H. de *Tanne* preposito, W. de Arbona decano, V. de *Tegirvelt* thesaurario, W. de *Rotinleim* scolastico. Testes sunt hii: Constantiensis ecclesie maioris et sancti Stephani prepositus, W. decanus, W. et L. carnales fratres de *Rotinleim*, Ůl. custos, Ůl. Episcopaliscelle prepositus, R. de *Retirshorin*, W. de *Velpach*, Pilgerinus de *Tanne*, H. de *Shinun* plebanus sancti Pauli, magister O. de *Riet*, Ů. plebanus sancti Petri. Ministeriales sunt hii: H. et R. de *Arbun*, *Wezilo* dapifer, Marscalcus, Joh. pincerna, Marquardus minister, Walth et Ůl. de Sancto Gallo, Liutfridus, Heinricus in Harena, Rudolfus *Johilere* et O. frater suus, Hugo de *Sulgin* et H. frater suus, Berhtoldus de *Wintirture*, Heinr. de *Ubirlingin* et alii quam plures tam clerici quam laici. In domino feliciter amen.

Or. NSPAKZ. Nr. 1. Siegel erhalten. Druck: Ruppert, Chroniken 298; ders., Beiträge III, 20; Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1417.

Nr. 11.*

Der Pleban Berthold von Umminchon schenkt ein von ihm gekauftes Haus im Tümpfel der Domkirche Konstanz zu Jahrzeitzwecken, erhält es für sich und seinen Vater als Wachzinseigen zurück und bedingt für den Fall ihres kinderlosen Versterbens, daß das geschenkte Haus zunächst an zwei Vaterbrüder des Stifters und deren Abkömmlinge, in Ermangelung von letzteren an den Domkustos Ulrich von Tegerfeld und nach dessen Tod an das Domkapitel fallen solle.

Konstanz, 1227, Januar 19.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Heinricus maioris ecclesie Constantiensis prepositus, imperialis aule prothonotarius, totum que capitulum maioris ecclesie. Quia ex humane conditionis fragilitate temporumque more fluentis aque decurrentium diuturnitate gesta modernorum plerumque impediuntur derivari || usque ad posteros, antiquorum et prudentum virorum industria ea litterarum commendari memorie adinvenit.

Universis igitur Christi fidelibus tam postfuturis quam presentibus innotescat, qualiter Lůtoldus subdiaconus de *Ůmminchon* plebanus domum quandam lapideam, in vico *Tumpfele* dicto sitam, a quondam Heinrico dicto *Brisechare*, qui eam iure proprietatis possederat, XV

marcarum pretio comparatam, maiori ecclesie Constantiensi libere contradidit, hac conditionis forma intercepta, ut idem Lůtoldus et pater suus Heinricus et mater sua Hadewiga eandem nomine censualis allodii de cetero ecclesie nostre attinentis sub censu annuo possiderent, ipsa tamen Hadewiga nichil sibi iuris in ipsa preterquam mansionem personalem usque ad vite sue terminum sibi vendicante. Ipsi autem Heinricus et Lůtoldus seu ipsorum heredes annuatim candelam unam ex uno fertone cere factam in purificatione beate Marie ad maius altare debent exinde offere sicque successiva memorate domus gaudere libere posessione. Si autem heredibus de lumbis suis eos carere contigerit, Chůnradus miles et Hartliebus, predicti plebani patrui, antedicte domus nullo requisito sine venditionis titulo intrare debent quietam et liberam possessionem, dummodo censum exinde debitum administrent. Qui C. et H., si liberorum susceptione caruerint, domino Ůl. de *Tegirvelt* custodi domus ipsa usque ad vite sue finem similiter sine alienationis cedere debet titulo possidenda, post cuius obitum communi usui maioris ecclesie fratrum cedat. Statuit quoque memoratus Heinricus, ut anniversarius ipsius in choro maiori more solito de mercede domus peragatur et singulis fratribus presentibus singuli III denarii et III denarii ambobus edituis sollempnioris pulsationis gratia largiantur. Quod si victus pennuria vel aliquo necessitatis ingruente articulo solos scilicet Heinricum et Lůtoldum vel alterum eorum sepefatam domum contigerit emancipare, remoto contradictionis obstaculo vendendi eam debent habere liberam potestatem, emptore nullius beneficium invocante, sed ius, quo venditores prius gaudere solebant, simpliciter et remoto quovis obstaculo percipiente, statuti tamen census debito persoluto.

Ut autem, que prescripta sunt, ordine sui iuris conservato in perenni vivant memoria, presenti ea scripto fecimus annotari et appensione sigilli maioris ecclesie ad maius auctoritatis robur studiosius insigniri. Acta igitur sunt hec in choro maioris ecclesie anno dominice incarnationis M°. CC°. XX°. VII°, anno decemnovenalis cycli XII°, concurrentium IV, epacta I, C littera dominicali, XIII kal. Februarii, presidente sedi apostolice Honorio III°, anno apostolatus eius XI°, gloriosissimo Friderico Romanis imperante, anno regni eius XV°, imperii vero VII°, illustri filio eius Heinrico in sortem regni secum electo, anno electionis eius VIII, Chůnrado de *Tegirvelt* Constantiensem cathedram gubernante, anno electionis sue XVIIII°, consecrationis vero XVIII. Testes autem, qui hec viderant et audierant, sunt hii: H. prepositus maioris ecclesie, W. de Arbona decanus, Ů. custos, W. de *Rotinlaim* scolasticus et L. frater eius, Ů. Episcopaliscelle prepositus, R. de *Ratirshovin*, H. de *Raprehtiswillare*, Bilgerinus de *Thanne* frater pre-

positi, magister O., Heinricus de Domo, W. de *Veltpach*, H. filius ministri, B. de Castello, *Oteno*, H. de *Schinůn*, H. filius Lůtfridi, C. de *Walthurch*: maioris ecclesie canonici. Milites vero: Johannes pincerna, C. de *Haidilberch*, A. de Castello, B. de *Annewillare*, M. minister, R. dictus *Chadel*, R. de Cimiterio, C. Figulus, L. senior, L. filius suus, W. et Ů. de Sancto Gallo fratres carnales. Cives vero: R. et C., O. et Ů. dicti *Johelare*, C. patruelis eorum, Bernehardus, Volknandus, Chůnradus carnales fratres, Heinricus in Harena, Heinricus et Chunradus dicti *Bihzinhoraere*, Heinricus et Chůnradus Spuelones, Hermannus *Tåggewaso*, Ůl. ad Portam, Hermannus et Hugo de *Sulgin*, Hugo de sancto Paulo, B. et W. et C. fratres de *Wintirtåra*, Chůnradus et Ůl. de Curia, Oteno et Chunradus filii Otenonis, Ortwinus et Ravenoldus filii Toezis M. super Domo, *Ahzo*, et filius eius, C. monetarius et alii quam plures tam clerici quam laici.

*Ungedruckt. Or. Stadtarchiv Konstanz Nr. 1589. Siegel fehlt. Abschrift GLA. 5 Spec. 138; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 85 1/2; Regest: **Marmor**, Urkk.-Ausz., 6; **Regg. ep. Const. 1385.***

Nr. 12.

Abt Dietrich von Kreuzlingen urkundet, daß Ulrich zum Burgthor zwei Hofstätten an der Fähre mit Erbenlaub und Zustimmung seiner Ehefrau dem Kloster Kreuzlingen unter dem Geding verkauft habe, daß auf Bitten des Domherrn Heinrich Hafener an dessen Scholaren Hugo die eine Hofstätte und an dessen Haushälterin Gertrud mit ihren Kindern die andere Hofstätte als Zinseigen gegen ein jährliches Viertel Wachs vom Abte von Kreuzlingen verliehen werden sollen. Kreuzlingen, 1227, Juni 31.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Ditricus dei gratia Crůcelinensis humilis abbas. Quia memoria hominis oblivionis nube obumbrata facta priorum usque ad futurorum minime concedit transferri noticiam, imo prudenciores et antiquiorns negocia rationabiliter celebrata litterarum indiciis statuerunt eternari.

Sciant igitur tam presentes quam futuri, qualiter Ůlricus prope Portam duo curtilia, que vulgo vocantur *hovistette*, in pontomio sita, que sibi iure proprietatis attinebant, pecunia inductus, cum consensu uxoris sue Willibirgis et filie sue Adilheidis et aliorum heredum suorum monasterio sancti Ůdalrici in *Crůcelin* et fratribus ibidem commorantibus contradidit, tali pactionis forma intercepta, ut rogatu Heinrici Figuli, maioris ecclesie Constanciensis canonici, Hugo scolaris eius unum et Gerdrudis de domo eius et pueri ipsius alterum curtile et heredes eorum successive pro censu annuo duobus scilicet fertonibus cere in feste sancti Ůdalrici annuatim solvendis de manu abbatis Crůcelinensis monasterii sub hoc pactionis titulo possideant, ut si forte aliqua necessitate

cogente memorata curtilia vel ambo vel unum ipsorum vendere contingat, sub precio, quo possunt vendi, abbati Crûcelinensis monasterii et fratribus sui conventus primo exhiberi debent pre ceteris comparanda. Quod si abbas et confratres sui ea comparare noluerint, vendendi ea vel obligandi vel, quicquid necessitati eorum expedierit, ex ipsis disponendi liberam habeant potestatem, ita tamen, ut sepedictum Crûcelinense monasterium annuo censu non privetur.

Ne autem protervia malignorum recidive contencionis in posterum exinde suboriri possit scrupulus, presentem fecimus exinde paginam conscribi et inpressione sigilli nostri ad maius robur auctoritatis firmiter insigniri. Acta igitur sunt hec in choro Crûcelinensi anno dominice incarnationis M. cc. xxvij., anno decemnovenalis cycli XII., epacta una, concurrentibus IIII., C littera dominicali, II. kalendas Februarii. Testes autem, qui huic donacioni et pactioni interfuerunt, sunt hii: Riwinus prior, Volwinus plebanus, Rudolfus cellerarius de *Obirriedir*, Sivridus camerarius, Hugo quondam cellerarius, Ulricus de *Betmaeringin*, Cunradus *Phinaere*, Cunradus de *Sigehardishusin*, Ulricus de *Mollisheim*, Heinricus de *Wengin*, confratres nostri. Laici vero sunt hii: Hugo de *Biunde*, Cunradus Figulus, Heinricus de Lata platea, Hermannus *Tuckiwaso* et Cunradus frater suus et Ůlricus filius Cûnradi.

Or. thurg. Kantonsarchiv Frauenfeld. Siegel beschädigt. Druck: Thurgauisches Urkundenbuch, II. 408, Nr. 120.

Nr. 13.*

Der Priester Otto, Subkustos am Dome, schenkt dem Domkapitel ein beim Kirchhof des Münsters gelegenes Haus zu Jahrzeitzwecken und bestimmt, daß nach seinem Tode der jeweilige Subkustos das geschenkte Haus vom Domkapitel sich gegen jährlich fünf Schilling Zins übertragen lassen solle.

[Konstanz, o. J. und T. Um 1230.[1]

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam, que in tempore aguntur, cum tempore labuntur, necesse est, ut per scripta, que nunc presentia sunt facta, ad futurorum posteritates transferantur. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod Otto sacerdos subcustos pro remedio anime sue et parentum suorum domum quandam

[1] Die Urkunde ist undatiert. Für die erste Hälfte des 13. Jahrhunderts sprechen folgende Umstände: Der vergabende Subkustos Otto erscheint in der Urkunde 1220, Okt. 27, Regg. ep. Const. 1333. Die seit 1268 zum Kollegiatstift erhobene Kirche St. Johann wird noch als Kapelle bezeichnet. Die Schenkung erfolgt ad mensam fratrum Constantiensium ecclesie maioris. Seit Mitte des 13. Jahrhunderts verdrängt die Bezeichnung canonici die ältere fratres völlig. Die in der Urkunde erwähnten Kirchen und Kapellen waren in der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts alle schon vorhanden. Von einer Kapelle des hl. Martinus verlautet sonst nichts.

iuxta cymiterium maioris ecclesie Constantiensis sitam, quam iure emptitio possederat, ad mensam fratrum Constantiensium ecclesie maioris et prebende sancti Kunradi libere contradidit tali adiecta conditione, ut usque ad ipsius obitum dies anniversarius patris eiusdem quondam Kunradi eiusdem ecclesie editui ab eiusdem fratribus celebretur, post obitum vero ipsius Ottonis ad ipsum anniversarii memoria transferatur. Quilibet quoque subcustos eiusdem domus possessor prefatis prebendis quinque solidos perpetuo persolvat et singulis sacerdotibus in capellis sancti Johannis, sancti Mauritii et sancti Martini et in altaribus sancti Kunradi, sancti Petri, sancti Stephani, sancti Laurentii et sancti Pauli unus denarius conferatur ab eodem. Ipse vero Otto eandem domum possideat ad tempus vite sue. Post terminum autem vite sue quilibet in subcustodia succedens eidem de manu decani et custodis ecclesie Constantiensis loco totius capituli suscipere debet eandem et sub prenominato servitio possidere.

Ut autem predicta a nullo quoque futurorum ullatenus infringantur, presens pagina sigilli Constantiensis capituli est munimine consignata. Si quis igitur hec infringere presumpserit, indignationem omnipotentis dei in districti examinis iudicio se timeat incursurum.

Ungedruckt. Orig. GLA. V. Gen. 14. Siegel beschädigt. Rückvermerk des 16. Jhs.: Littera donationis domus unius subcustodie cum censu tamen V sol. capitulo Const. Caret datis vid. anno, die, mense, loco, regimine principis et est scriptum confusum. Abschrift GLA Copb. 532 (alte Nr. 340c), pag. 8.

Nr. 14.*

Bischof Heinrich I. gestattet die Gründung eines Predigerklosters auf der Rheininsel bei Konstanz, einem vormals vom Domkapitel lehenbaren Grundstücke, nach Aufgabe der Erblehenrechte durch die bisherigen Besitzer und Ablösung des Lehenzinses des Domkapitels. Der Bischof giebt der Neugründung weiter die Erlaubnis, die Insel mit dem Festlande durch eine Brücke zu verbinden, und gewährt dem Kloster zum Gebrauche seiner gläubigen Besucher ein Wegrecht über zwei Gärten.

Konstanz, 1236, Juli 12.

Hainrich von gottes gnaden Costantzer kirchen bischoffe und gemain capittel der merern kirchen allen dise geschrift ansehende beschehens dings kantnusse. Wie die liebsten in Gott brůder prediger ordens, helfer und mitwůrker ze arbaiten mit uns in dem wingarten uns empfolhen, gerůffet und bey uns ze setzend fruchtbar und nutz sin gesehen hatten, haben wir denselben in der hofstatt, gelegen in dem Rin by des abtes von Petershusen hus, da vormals ein múle was, versehen und daselbst wonung gelihen, die gelichen aigenschaft des grundes vor durch derselben besitzer mit namen R. ritter genannt Kadilo und C. lútpriester ze Lŏfen ainem capittel, von dem sy die empfangen hatten, uffgegeben und darnach durch dasselb capittel gantz aigenschaft willeklich mit allen rechten, so es in demselben grund gehebt hatt, den gedachten brůdern gelihene, och vor gnůg beschehen umb zins dreyer march, der von demselben grund demselben capittel jårlich ze bezalen gewin was gesin. Wan aber die begriffung derselben statt zu buwen, nebenbůwen, múnster

und ander wonungen, die klôsterliche notturft aischett, ze vil eng und ring beducht ward, haben wir derselben stat end gestrecket, in die lengi untz an die marken in dem Rin gesetzet und in die braite von der hofstat des vorgenanten aptes untz an die pfål. Haben ouch denselben urlob und gewalt verlihen ain brugg zu buwende von ir hoffstatt untz an die strass, so stosset an maister Hainrichen von Tetingen, aines custers der mereren kirchen [und des][1] ammans gerten, durch dieselben glôbigen zu inen geng und zufluss offen syge. Hierumb aber, das sy in besitzung desselben grundes und der brugg kainer zúgnus hienach understand, habend wir dise gegenwårtige geschrift schriben thon, die wir zu angedächtnusse beschehens dinges mit unser insigele wårung ståarkent. Geben ze Costentz in dem jar 1236, IIII idus Julii, unsers regierens in dem vierten jar.

Deutsche Übersetzung des XIV. oder XV. Jhs. nach dem heute verlorenen lateinischen Originale[2]. Überliefert bei Schulthaiss, Collectaneen Bd. I, 188 «erbuwung des predigerklosters.» Regest: Regg. ep. Const. No. 1484.

Nr. 15.*

Ritter Rudeger genannt Kadil stiftet für sich und seine Frau in der Kirche S. Stephan in Konstanz eine Jahrzeit durch Erhöhung des Zinses der ihm vom Stifte in Erbleihe verliehenen Gärten am kleinen Brül.

Konstanz, 1239, Juni 23.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis E. prepositus sancti Stephani et conventus salutem et habere || noticiam rei geste. Ne nostris temporibus ecclesie nostre pia devotione a Christi fidelibus exhibita subsidia processu || temporis a nostra aut successorum nostrorum

---

[1]) Fehlt bei Schulthaiß.

[2]) Der Verlust des Konstanzer Predigerarchives bringt es mit sich, daß wir auch heute, gleich dem Herausgeber der Konstanzer Bischofsregesten, genötigt sind, die Gründungsurkunde des Predigerklosters zu Konstanz nach dem bei Schulthaiß überlieferten deutschen, hier erstmals im Vollabdruck gebotenen, Texte wiederzugeben. Wie mir von germanistischer Seite mitgeteilt wird, haben wir in der Übersetzung höchst wahrscheinlich eine alte Interlinearübertragung vor uns, die wohl beim Kirchweihfest dem Volk von der Kanzel verlesen wurde. Diese Vermutung stützt sich auf die undeutsche, sich an die lateinische Vorlage eng anschließende Wortfolge. Zum besseren Verständnis des zweiten Satzes der Urkunde mag es gestattet sein, einen Versuch der Rekonstruktion des lateinischen Textes anzufügen. Derselbe dürfte ungefähr, wie folgt gelautet, haben: Cum dilectos in Christo fratres ordinis predicatorum, auxiliatores et cooperatores ad laborandum nobiscum in vinea domini nobis commendatos, vocavimus et apud nos consedere fructuose et utile esse vidimus, eisdem in area sita in Rheno apud domum abbatis de Petershusen, ubi quondam molendinum erat, providimus et ibidem habitationem concessimus, proprietate fundi prius per eiusdem possessores nomine R. militem dictum Kadilo et C. plebanum in Lôfen capitulo, a quo eandem in feodum receperant, resignata et postea per idem capitulum plena proprietate libere cum omnibus iuribus, que in eodem fundo sibi competerant, prenominatis fratribus concessa, prius etiam satisfacti circa censum trium marcarum, qui census ab eodem fundo eidem capitulo annuatim solvendus commodo fuerat.

memoria per exortam oblivionis caliginem evanescant, litterarum ea, que digna sunt memoria, decrevimus indiciis eternari.

Noverint igitur universi, quod Rüdegerus miles dictus *Kadil* ortos minori *Brûle* adiacentes ad ipsum nomine hereditarii feodi spectantes, ex antiquo ecclesie sancti Stephani in tribus solidis et III^{or} denariis censuales, post obitum Willebirgis uxoris sue beate memorie ecclesie prelibate, legitima iuris et consuetudinis approbate tam verborum quam facti adhibita sollempnitate, libero consensu, nullis reclamantibus tradidit sub hac forma, ut quatuor solidis et VI den. Constant. probate monete pensioni pretaxate pro censu solvendo perpetuo superadditis ipse et sui legitimi heredes eisdem ortis a prenominata ecclesia hereditario feodo investirentur. Ita videlicet, ut XII. kal. iulii, cum predicte Wil. anniversarius celebrandus est, fratribus, qui tunc presentes fuerint, XXVII den. de censu superaddito persolvantur et totidem post obitum predicti R. militis, ut anniversarius ipsius in eadem ecclesia debito termino et more solito perpetuo celebretur. Ne autem huiusmodi salubris et provida ordinatio possit ab aliquibus in dubium revocari, presens scriptum sigillis prepositi et conventus fecimus communiri.

Datum Constantie in ecclesia sancti Stephani anno ab incarnatione domini M°CC°XXXVIIII, VIIII kal. Julii, indictionis duodecime, presentibus istis, quorum nomina sunt subscripta: magistro C. plebano, C. de *Löfin*, Herman. cellerario, Ůl. de *Schöph*, magistro Alber. H. plebano de *Bollingen*, et C. et H. canonicis ecclesie memorate; et Alberto milite de Castello et C. Figulo, Ůl. in Arena et H. patre suo, Ortwino et R. et B. fratribus in *Hofin*, Fiustungo, R. et O. fratribus dictis *Johiler*, Heinr. ministro civitatis et E. fratre suo.

Si vero quod absit heredes predicti militis vel hii, ad quos eedem fuerint possessiones devolute, in exequendis hiis videlicet censum predictum debito termino exsolvendo negligentes fuerint aut remissi, sciant se a iuris sui usibus cecidisse.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ I E. h. Nr. 1458. Ältestes Siegel des Stiftes S. Stephan. Regest: Ruppert, Beiträge III, 22.

Nr. 16.*

Das Domkapitel giebt auf Bitten des Domherrn H. von Rapperswil die Hälfte eines Hauses, welches der genannte Domherr auf einer von ihm dem Domkapitel geschenkten und hierauf von ihm zu Wachszinsrecht innegehabten Hofstätte erbaut hatte, an A., die Schwester des Zimmermanns Eberhard, zur Leibzucht aus. Das Kapitel behält dem genannten Domherrn die, abgesehen von der bestellten Leibzucht, freie Verfügung über das Haus vor und belastet die Leibzüchterin für ihre nach dem etwa vorangehenden Tode des erwähnten Kanonikers liegende Lebenszeit mit einem Zinse von 5 Schilling. Konstanz, 1240, Okt. 9.

B. decanus et capitulum Constantiensis ecclesie maioris omnibus noticiam rei geste. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum

tempore, solent litterarum indiciis confirmari. Notum sit || igitur omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos ad peticionem dilecti confratris nostri H. de *Raperswiler* medietatem domus, quam idem H. edificavit super curtile, quod || conparaverat de Hermanno, qui dicitur *Escher*, et ecclesie notre ad communem prebendam fratrum sub annuo censu contulerat possidendum, videlicet fertone cere, concessimus A. sorori magistri Eberhardi carpentarii quoad terminum vite sue tali condicione facta, ut predicto H. de eadem domo, quicquit velit, liceat ordinare. Ita tamen quod predicta A. medietate sua usque ad obitum suum non privetur, sed nec heredes A. post obitum eius in predicta domo nil iuris penitus obtinebunt. Si autem supervixerit memoratum H., de medietate sua persolvet quinque solidos annuatim, quocumque dictus H. illos decreverit persolvendos. Quod si predictus H. nihil de domo ordinaverit supradicta post obitum eius et supradicte A. census, qui de domo poterit pervenire, ad communem prebendam fratrum in perpetuum ministretur.

Acta sunt hec in capella Margarete circa primam in festo Dionisii anno domini M°cc°xl°, indictione terciadecima. Testes autem, qui hec viderant et audierant, sunt hii videlicet: B. decanus; H. de *Shcinon;* W. de *Ramestain;* O. prebendarius sancti Cůnradi; H. sacerdos; Volcnandus diaconus; R. clericus; R. Johilarius laicus. Ut autem hec concessio maneat inconcussa, presentem cedulam sigillo capituli nostri duximus roborandam.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 153. Siegel erhalten. Abschrift ebenda Copb. 509 (alte Nr. 322) f. 62.

Nr. 17.*

Der Subdiakon Burkhard Vogelsang trägt sein freieigenes Haus am Neumarkt der Kirche St. Stephan auf und erbittet sich dasselbe, zusammen mit dem Chorherrn und Keller Heinrich der genannten Kirche, als Zinseigen gegen einen Wachszins. Er überträgt weiter dem erwähnten Chorherrn die Ausführung seiner letztwilligen Anordnungen.

Konstanz, 1241, Januar 8.

In nomine patris et filii et individue trinitatis amen. Noverint universi et singuli, quod ego Burkardus subdyaconus dictus *Vogilsank* proprietatem domus mee site in vico qui dicitur *Nuwemarkt* contuli ecclesie beati Stephani in Constantia, petens me et Hainricum canonicum et cellerarium eiusdem ecclesie eadem [1] omni verborum iuris et facti adhibita sollempnitate sub annuo censu liberaliter infeodari, videlicet uno fertone cere in festo beate Margarete in ara beati Stephani comburente

[1]) Vorlage hat eodem.

singulis annis persolvendo. Ita tamen quod eandem nobis liceat vendere vel in heredes aut extraneos transfundere, contradictione heredum prepositi aut conventus dicte ecclesie non obstante.

Ad hec omnes res meas tam mobiles quam immobiles predicto cellerario commisi fideliter conservandas et exigendas et vendendas et pro voluntate ipsius aut cui ipse commiserit, secundum quod expedire viderit, erogandas. Ita tamen, ut si divina ordinante providentia viam universe carnis ingressus fuero, ipse sorori mee duas lib. den. probate monete persolvat et tribus [2] pueris meis, ita tamen, ut dicta pecunia in eorum usus non expendatur, sed in dicti cellerarii custodia remaneat, donec ad annos pervenerint discretionis. Et si forte unus eorum decesserit, alter superstes defuncto non succedat in pecunia memorata, sed eius portio in usus pauperum vel ecclesiarum, prout dictus H. canonicus ordinaverit, convertatur. De hiis vero, que dicte pecunie videlicet octo libris superexcreverint, anniversario meo in ecclesia beati Stephani et patris et matris, si voluerit, ordinato, ordinandi, prout sibi divina inspiraverit bonitas, liberam habeat facultatem.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini milesimo ducentesimo quadragesimo uno, sexto ydus Januarii, indictione tredecima, presentibus istis: C. de *Lŏfin* et C. sacerdotibus et H. de *Bollingen* plebano et magistro Ůlrico et Alberto et Hainrico subdyaconis et B. de *Winte[r]tur* et Hainrico *Schwiger* et Ůlrico fratre suo et multis aliis tam clericis quam laycis in secretario beati Stephani in Constantia.

Ne autem series huius ordinacionis valeat quovis occasio suscitari, presentem cartam petii sigillo venerabilis domini nostri H. dei gratia Constantiensis episcopi communiri. Datum ut supra.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift: GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz), fol. 77. Fehlt Regg. ep. Const.

Nr. 18.

Der Konstanzer Münzmeister Ulrich, welcher die Zehntrechte der Dompropstei an einigen dem Kloster Kreuzlingen gehörigen Gärten bei Konstanz zu Lehen hatte, veräußert durch die Hand des Dompropstes diese Zehntrechte an das genannte Kloster und verspricht unter Bürgenstellung, für die Kaufsumme ein anderes Gut zu erwerben und von der Dompropstei als Lehen zu nehmen.

Konstanz, 1243, März 8.

Peregrinus Constantiensis ecclesie maioris prepositus universis hoc scriptum inspecturis rerum notitiam subscriptarum. Notum sit, quod cum Wlricus Constantiensis monetarius de manu nostra in feuodo tenuisset decimas in quibusdam ortis apud Constantiam sitis, ecclesie de Crucelino attinentibus, idem Wlricus, receptis decum marcis a venerabili Sivrido abbate eiusdem monasterii, iamdictas decimas in

[2] Die Vorlage hat «sex». Aus der gleich erwähnten Summe von 8 Pfund ergiebt sich, daß in dem Original «tribus» gestanden haben muß, da $2 + 3 \times 2 = 8$ Pfund ergeben.

manum nostram resignavit. Et nos consequenter presente et consentiente capitulo nostro easdem decimas in manus memorati abbatis ecclesie de Crucelino tradidimus perpetuo possidendas. Predictus vero Wlricus per receptam pecuniam aliud predium comparabit, quod de manu nostro in feuodo tenebit. Et super hac re fideiussores nobis posuit Cůnradum cognomento Porcellum et Hugonem cognominatum *Snewize*. Actum in sacrario Constantie, anno verbi incarnati M. cc. xl. tercio, VIII idus marcii. Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, presentem cedulam conscribi fecimus et sigillo nostro et capituli nostri appensione communiri.

Or. thurg. Kantonsarch. Frauenfeld. Siegel erhalten. Druck: Thurgauisches Urkundenbuch II 523, Nr. 159. Regest: Pupikofer, Regg. des Stifts Kreuzlingen No. 46.

Nr. 19.*

Bischof Heinrich I. verleiht ein Haus am Tümpfel an Ulrich Lösen sowie dessen Frau und Sohn als Wachszinseigen gegen jährlich 1½ Pfund Wachs.
Konstanz, 1245, Febr. 2.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos H. dei gratia Constantiensis episcopus universis || in Christo fidelibus salutem in omni salvatore. Temporum levitas, humanitatis fragilitas || nos hortatur, scriptis que geruntur perhennari, maxime autem ea, que pia consideracione meritorum non sine iuris permissione subditis conceduntur.

Igitur presentibus et futuris innotescat, quod nos domum quondam H. de *Tetingen* et uxoris eiusdem, sitam in vico qui dicitur *Tumphel* cum omni iure omnique libertate, qua dicta domus de manu nostra nostrorumque antecessorum hactenus tenebatur ab eisdem, dilecto in Christo Ůlrico dicto *Lôsen* et uxori eiusdem filioque suo Lutfrido [concessimus][1] iure hereditario possidendam, ius predictorum H. et uxoris sue de voluntate eorundem in ipsos plenius transferentes. Hac adhibita condicione, ut iidem[2] libram cere nobis et successoribus nostris et dimidiam ad faciendum cereum in maiori altari Constantiensis chori accendendum in annunciacione beate virginis Marie persolvant[3] annuatim. Liceat autem Ůlrico dicto ac heredibus suis, qui se nostris et nostrorum obsequiis fidelius mancipavit, domum antedictam distrahere cum omni iure, vendere aut donare seu quocumque modo in aliam utriusque sexus cuiuscumque condicionis personam transferre cum predicta libertate, salvo iure nostro et ecclesie nostre de censu predicto persolvendo a quolibet eius herede vel successore, presente aut futuro.

Sane ut concessio taliter facta futuris temporibus omni cavillacionis ingenio maneat inconvulsa, iure, consuetudine, constitucione, privilegio seu indulgencia vel excepcione qualibet non obstante, quibus et per quas nolumus huic nostre ordinacioni in parte aliqua a nobis et posteris nostrisque pro tempore successoribus derogari, presens instrumentum

---

[1] Fehlt in der Vorlage (Abschrift). [2] Vorlage hat iisdem. [3] Vorlage hat persolvat.

fieri iussimus et sigilli nostri et capituli munimine roborari. Testes qui viderunt hec et audiverunt sunt hii: Peregrinus prepositus maioris ecclesie Constantiensis, Burchardus decanus Constanciensis, Eberhardus sancti Stephani prepositus in Constantia, Albertus de *Bolli*, *Ottino*, Růdolfus, W. Dihtelarius, H. filius Lutfridi et Hainricus de *Hohenvels*, Lutoldus de *Schilberch*, canonici; Heinricus minister Constantiensis, Ŭlricus monetarius, *Otino* miles, Otto Johelarius, Cůnradus de *Schopf*, H. dictus *Bancstoch* et alii quam plures tam clerici quam laici. Acta sunt hec [anno] dominice incarnacionis M°CC° XLV, indictione tercia, IIII° nonas Februarii, pontificatus nostri anno XII.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), Nr. 47; Copb. 506 (alte Nr. 319) f. 71; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 86½. Regest: Regg. ep. Const. 1614.

Nr. 20.*

Das Domkapitel genehmigt, daß der Domherr Rudolf von Hasenweiler eine Hofstätte bei der Brücke, Klaustralbesitz seiner Pfründe, gegen einen jährlichen dem genannten Domherr oder dem Nachfolger desselben zu entrichtenden Zins von 5 Schilling als Klaustrallehen an Konrad Wirfller verleiht.

Konstanz, 1245, März 13.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis P. dei gratia Constantiensis ecclesie prepositus, B. decanus totumque capitulum || eiusdem ecclesie rei geste habere noticiam. Cum labilis sit hominum memoria, eorum gesta literis solent inseri , ut sic possint humanis temporibus perhennari. Noverint igitur cuncti, quod Růdolfus noster concanonicus, dictus de *Hasinwilaere* aream sitam prope domum Johannis fabri iuxta pontem, contiguam domui C. Wirfilarii, ad ecclesiam nostram spectantem, eidem C. cum omni iure concessit pro quinque solidis cum consensu nostri capituli, dicto R. suisque in eodem feodo successoribus in festo Michahelis anno quolibet persolvendis. Dicto eciam Cůnrado licitum est eandem aream quocumque genere alienationis in aliam personam transferre, suprascripto Růdolfo salvo in omnibus iure suo, et recipiens eandem aream solvat sibi dimidium quartale vini nostre terre, quocienscumque in personam aliam transferatur.

Testes autem, qui huic facto interfuerunt, sunt hii: Ego Burchardus, Constantiensis ecclesie maioris decanus; Per. eiusdem ecclesie prepositus; E. prepositus sancti Stephani; Albertus dictus de *Bolle;* Waltherus Tihtelarius; Hiltiboldus de Schinun; C. scolasticus; *Otheno*, Hainricus filius Lutfridi, canonici maioris ecclesie; Hainricus sacerdos sancti Pauli; Ůlricus *Lutare* et alii quam plures. Ne autem factum huiusmodi possit in posterum cavillari et ut maior fides eidem valeat adhiberi, presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno domini M°cc°xl°v°, indicione tercia, tercio idus Marcii.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V. Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerk: 13. Jh.: «Instrumentum super domibus dicti Stier»; 16. Jh.: gibt jetz Io. Held ab sinem hus in Nidernburg 5 schill. 1689 zinset anietzo Ierg Schellhasen seel. Wittib. 1690 zinst dermahlen Christoph Kolpen seel. Wittib 20 kr.; Ignatii Baumann Wittib.; Gibt ietzt Haushagen genant der Langenburger uf Michaelis; Ist gangbar.

Nr. 21.*

Bulle Innocenz' IV. ‚Religiosam vitam' für das Schottenkloster S. Jakob in Konstanz. Dem Kloster wird der Besitz seiner Güter bestätigt und eine Reihe von allgemeinen Privilegien erteilt: Freiheit von Novalzehnten, freie Aufnahme von Geistlichen und Laien, Erlaubnis des stillen Gottesdienstes in Zeiten des Interdikts, Freiheit von Abgabenerhöhungen seitens geistlicher und weltlicher Machthaber, Begräbnisfreiheit, freie Abtswahl nach der Regel des hl. Benedikt.

Lyon, 1245, Sept. 24.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati monasterii sancti Jacobi Scotorum Constant. ordinis sancti Benedicti eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in etc. etc.[1] Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementes annuimus et monasterium sancti Jacobi Scotorum Constant., in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis:

Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis; domos de *Stehainhus* cum pertinentiis earundem; domum de *Selvais* iuxta *Stekborn*[2] cum pertinentiis suis; domum, quam habetis in *Bobrashus*[3] cum terris, vineis et aliis pertinentiis suis; domum et predium de villa *Marstetten*[4]; domos, quas habetis in *Alsus*[5] cum terris et aliis pertinentiis earundem; terras, quas habetis apud *Grabalsus*[6], *Engelhartswiler*[7] et *Lantzendaran*[8]; domum, vineam et terram, quas habetis apud *Willare*[9]; domos et terras, quas apud *Valtun*[10] iuxta Danubium, apud *Grozollinc*[11], apud *Spachingen*[12], apud *Furcheim*[13], apud

[1] Die in Copie überlieferte Urkunde kürzt hier ab. Ausgelassen sind jedenfalls nur wenige Worte, etwa «domino salutem et apostolicam benedictionem».

[2] Steckborn: thurg. Bezirk Steckborn. Selvais dürfte eine Entstellung von Seelwiesen in der Ortsgemeinde Gündelhart (Munizipalgemeinde Steckborn) sein. Gütige Mitteilung des Herrn Prof. Dr. Meyer in Frauenfeld. [3. 4] Boltshausen und Märstetten: thurg. Bezirk Weinfelden. [5] Altishausen: thurg. Bezirk Gottlieben. [6. 7. 8] Graltshausen, Engelswylen, Lanzendorn: thurg. Bezirk Weinfelden. [9] Welches Weiler? [10] In Württemberg od. Hohenzollern zu suchen. Würt. Urk.-Buch überträgt das Wort Valtun in Wald ohne nähere Ortsbezeichnung. [11] Grosselfingen: hohenz. OA. Hechingen. [12] Spaichingen: württemb. OA.-Stadt. [13] Furchheim. Unerklärt.

Thalinchuf[14], *Ergoltinten*[15] et apud *Dinglesdorf*[16] habetis cum pertinentiis earundem, ortos, quos habetis iuxta muros civitatis Constantiensis; vineam et pomerium iuxta monasterium vestrum; domos et terras, quas habetis apud *Cůnbrechsus*[17] apud *Berga*[18] et apud *Degrawiler*[19]; pratum, quod habetis in *Degramus*[20], et aliud pratum, quod habetis iuxta *Wolmatingen*[21] cum terris, vineis, pratis, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non protexit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat.

Liceat quoque vobis, clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit, sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdicto, suppressa voce divina officia celebrare. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationen altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancti Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, achidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem tenere, capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli

---

[14] Sicherlich nicht Hemmenhofen am Untersee, wie württemb. Urk.-Buch meint. Vielleicht Delkhofen Gem. Deilingen: würtemb. O.-A. Spaichingen. Ich verdanke diese Vermutung einer gütigen Mitteilung des Herrn Geh. Archivrats Dr. Stälin in Stuttgart. [15] Eigeltingen: bad. Bez.-Amt Stockach? [16] Dingelsdorf: bad. Bez.-Amt Konstanz. [17] Kümmertshausen: thurg. Bezirk Bischofszell. [18] Berg: thurg. Bezirk Weinfelden. [19] Tägerweilen: thurg. Bezirk Gottlieben. [20] Tägermoos bei Konstanz, nicht bei Steckborn. [21] Wolmatingen: bad. Bez.-Amt Konstanz.

omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi eternus[!] et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(Rundzeichen.) Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus (Monogramm).

+ Ego Petrus tituli sancti Marcelli presbiter cardinalis subscripsi.

+ Ego Willelmus basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis ss.

+ Ego fr. Johannes tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.

+ Ego fr. Hugo tituli sancte Sabine presbiter cardinalis subscripsi.

+ Ego Oto Perinensis sancte Rufine episcopus subscripsi.

+ Ego Petrus Albanensis episcopus subscripsi.

+ Ego Willelmus Sabinensis episcopus subscripsi.

+ Ego Egidius sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.

+ Ego Octavianus sancte Marie in via lata diaconus cardinalis ss.

+ Ego Petrus sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ss.

+ Ego Johannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

+ Ego Willelmus sancti Eustachii diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Lugduni per manum magistri Marini Romane ecclesie vicecancellarii VIIII. kal. Octobris, incarnationis dominice anno M°cc° XLv°, indictione III[a], pontificatus vero domini Innocentii pape quarti anno tertio

Ungedruckt. Or. verloren. Copie des 15. Jhs. STAKZ. Regest: Ruppert, Beiträge III, 22. Im Auszug gedruckt: Württemb. Urk. Buch, VI, 465.

Nr. 22.

Kloster Salem erwirbt für 36 Mark Silber käuflich von Berthold Ruthag, dessen Frau und Töchtern ein Haus in Konstanz mit Salmannenhülfe.

Konstanz, 1246, Januar 25.

Notum sit, quod fratres de Salem emerunt domum in Constantia cum omnibus pertinentiis suis pro triginta sex marcis argenti de manu Bertholdi cognomento Růthagi et de manibus uxoris et quinque filiarum eius.

Facta est autem hec emptio apud Constantiam in predicta domo per manus Sifridi cellerarii de Salem et Cůnradi monachi de Cella anno gratie M°CC°XL°VI°, octavo kalendas Februarii, presente ac mediante Hainrico sculteto civitatis, presentibus etiam Ůlrico monetario, Ůlrico de Harena, Hessone fratre predicti Bertholdi, Ottone

Johelario, Hainrico filio Salome, Cůnrado *Under shopfe*, Walthero Stokario, Hainrico de *Pizzenhoven*, Hainrico Sub vite, Cůnrado Fustungo, Hainrico *Mansthoc* aliisque quam pluribus. Predicti autem contractus iuxta consuetudinem civitatis electi et statuti sunt *salmanni* tres videlicet: Hainricus scultetus, Ůlricus de Harena, Otto Johelarius. Ego Hainricus scultetus ad preces utriusque patris sigillum nostre civitatis huic scedule appendi.

Perg. Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Codex diplomaticus Salemitanus I. 260, Nr. 231. ZGO., 35, 260.

Nr. 23.

Kloster Kreuzlingen empfängt schenkweise zu Jahrzeitzwecken ein Haus in Konstanz und giebt dasselbe dem Schenker zu Erbleihe, mit einem Zinse belastet, zurück.

[Konstanz], 1246, Mai 17.

Ůlricus de permissione divina abbas in *Crucelingen* totusque eiusdem ecclesie conventus omnibus presens scriptum intuentibus salutem in omnium salutari. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, solent scripturarum indiciis insigniri.

Sciant itaque universi, quod Cunradus de *Uldingen* proprietatem domus, site in vico fratrum minorum, nobis et ecclesie nostre eo iure tradidit et donavit, quod post mortem ipsius C. et uxoris eius Gerdrudis eadem domus sine quolibet impedimento iure feodi redire debeat ad duas ipsius C. filiàs sororis, Maechtildim videlicet et Adilhaidim et earundem legitimos heredes, proprietate nichilominus Crucilinensis ecclesie remanente. Adiectum est eciam in ipsa donatione, ut de eadem domo Crucilinensi ecclesie quatuor solidi denariorum Constantiensis monete annis singulis persolvantur, ut in eadem ecclesia quatuor anniversaria: Cunradi donatoris, Gertrudis uxoris eius, Bertoldi patris ipsius C., et Henrici, patris prefate Gertrudis, singulis annis, cum evenerint, celebrentur, et in quolibet anniversario de summa quatuor solidorum superius nominatorum sunt duodecim denarii persolvendi.

Et ne super premissis aliqua possit dubitatio exoriri, presens instrumentum sigillo nostro fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M°CC°XL°VI°, indictione quarta, XVI. kalendas Junii.

Perg. Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech. Codex diplomaticus Salemitanus I, 263, Nr. 234, ZGO. 35. 263. Thurgauisches Urk.-Buch II. 571, Nr. 177.

Nr. 24.*

Die Schwester G. des verstorbenen Dommesners Ulrich schenkt ihr Haus mit Hofstätte zu Konstanz an die Kustodie des Domes unter Vorbehalt von Leibzuchtrechten, welche die Schenkerin zwei Neffen, den Klerikern C. und Ulrich, eingeräumt hat. Die beiden stimmen zu.

Konstanz, 1248 o. T.

In nomine domini amen. Ne labantur cum tempore, que geruntur, expedit ea litterarum vivaci memoria perhennari. Notum sit igitur omnibus presens scriptum inspec|turis, quod ego G. soror Ůlrici, quondam editui ecclesie Constantiensis, domum meam cum area et universis pertinentiis eidem, sitam iuxta domum *Bůllarii*, quam || hactenus possedi titulo proprietatis, officio custodie ecclesie memorate ob reverentiam gloriose virginis Marie ac in remedium anime mee omniumque parentum meorum de consensu tamen heredum meorum videlicet C. et Ůlr. clericorum, filiorum fratris mei prenotati, quibus eandem domum legaveram ad exitum vite ipsorum possidendam, tradidi libere deinceps pertinendam.

Acta sunt hec in choro Constantie anno domini M⁰ cc⁰ XLVIII⁰ indictione secunda. Et hii sunt testes, qui hec viderunt et audierunt: Peregrinus prepositus Constantiensis; B. decanus; Ůlr. custos Constantiensis; Eberhardus sancti Stephani prepositus; Walter. de *Ramstain;* Albertus de *Bolle;* Oetteno; W. Dithelarius; H. filius Liútfridi, Riúdigerus de *Raetershoven*, canonici Constant.; Otto prebendarius sancti Chůnradi; H. minister; Oetteno miles; Otto Jôhelarius; C. Sub scopa cives Constantienses et alii quam plures fide digni. Et ut hec predicta imposterum firma permaneant et inconvulsa, presens instrumentum iussi conscribi atque sigillo capituli Constantiensis, cum non haberem, petii communiri.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA, V. Gen. 14. Siegel erhalten. Rückvermerk: Instrumentum super donatione aree subcustodie site iuxta aream dictorum Bůller. Capellanie sancti Jodoci.

Nr. 25.*

Der Konstanzer Bürger Hermann von Sulgen schenkt mit Zustimmung von Frau und Sohn dem Frauenkloster Paradies bei Konstanz sein Gut in Altnau unter Leibzuchtsvorbehalt hinsichtlich der Hälfte der Gutserträgnisse und mit der Auflage, nach seinem Tode ein Ewiglicht in der Franziskanerkirche zu unterhalten. Er läßt das geschenkte Gut nach Konstanzer Stadtrecht in die Hände von vier Konstanzer Bürgern auf, welche nach Umlauf von sechs Wochen und drei Tagen das Kloster in die Gewere des Gutes einweisen.

Konstanz, 1250, Okt. 15.

In nomine domini amen. Cum actorum memoria sepe soleat apud homines per defluxum temporis aboleri, consultum est et utile, ut ea, que aguntur in tempore, literarum testimonio perennentur.

Sciant | itaque presentes ac posteri, quod ego Hermannus de *Sulegen*, civis Constantiensis, intuens, his rebus transitoriis in caritate distributis posse bona intransitoria et eterna feliciter comparari, predium meum in *Altenǒwe* | situm, domos videlicet, hortos, agros, prata, silvas, virgulta sive

quocumque nomine alio censeantur, cum viis et inviis, cultis et incultis ad honorem dei et gloriose virginis ac omnium sanctorum claustro Paradysi apud Constantiam et sororibus ibidem deo famulantibus ordinis sancti Damiani, de Berthe uxoris mee et Thome filii mei voluntate pariter et assensu, contuli pleno iure ac integritate qualibet, quibus ea possederam bona fide et iusto titulo multis annis, imperpetuum possidenda. Renuntiando cum predictis uxore et filio omni iuri, quod habebamus vel heredes, qui iam sunt vel postmodum erunt, videbantur habere in possessionibus predictis casu quocumque contingente. Tali pacto interposito, ut videlicet medietas omnium proventuum eorundem bonorum mihi cedat tantum usque ad terminum vite mee excepto feno, quod claustro cedet pro suis usibus indivisum. Adiecto etiam, quod de comuni ante divisionem proventuum triturantibus in precio et agris seminandis in semente singulis annis debeat provideri. Et sic post obitum meum illa medietas, que vite mee cesserat, ad idem claustrum sine omni prepedimento libera revertetur, de quibus proventibus ex tunc uni lampadi continue ardenti in choro fratrum minorum Constant. oleum sufficiens in perpetuum providebit.

Ut itaque malignandi via undique clauderetur, in manus istorum quatuor scilicet Hainrici tunc ministri, Ůlrici de Haren'a, Cůnradi retro Macellum et Hainrici dicti *Lindo*, civium Constantiensium, coram multis supradictas possessiones cum omni iure libere resignavi, memorato claustro post sex hebdomadas et tres dies iuxta ius et consuetudinem civitatis nostre assignanda[s] in possessionem perpetuam ab eisdem; qui quatuor, transactis sex septimanis et tribus diebus, ut dictum est et ut ius posscebat, easdem possessiones ipsi claustro die consecrationis primi altaris in statione publica, presente et annuente domino venerabili Eberhardo, tunc Constantiensi episcopo, possidenda perpetuo, nullo reclamante, manifeste et rationabiliter assignarunt.

Ne autem contra huiusmodi donum pietatis in posterum quicquam audeat malorum protervitas attemptare, sepedicto claustro et sororibus presens scriptum memorati domini venerabilis episcopi E, capituli et civitatis nostre Constantiensis sed et mei proprii sigillorum munimine roboratum tradidi sub testibus subnotatis: domino Peregrino, preposito maiori, domino Walthero Thytelario, magistro Burcardo de *Zovingen*, magistro Cŏnone de Lucerna et aliis pluribus canonicis et clericis; militibus domino Hainrico seniore de *Guttingen* et H. iuniore et Ůl., domino Berhtoldo de *Annuwilar* seniore et B. iuniore, Cůnrado marscalco et aliis quam pluribus nobilibus; civibus Hainrico ministro Constantiensi, Ůl. de Harena, H. *Byzenhover*, C. de Macello, H. Lindone, H. *Banstock* et C. fratre suo, R. Johelario et aliis

multis tam clericis quam laicis. Acta sunt hec anno domini M°CC°L°, ydus Octobris, pontificatus domini Innocentii IIII[ti] anno VII°.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. Nr. 409. I. B. h. Siegel erhalten. Regest: Ruppert, Beiträge III, 23. Fehlt in Regg. ep. Const.

Nr. 26.

Der Konstanzer Bürger Heinrich aus der Bünde parzelliert seinen außerhalb der Stadtmauern gelegenen Obstgarten als Neugasse und thut denselben zu Erbleiherecht aus. Konstanz, 1252, Juni 18.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Heinricus scultetus, consules et universitas civium Constantiensis civitatis omnium noticiam subscriptorum. Ut ea, que provide geruntur et bene, in posterum a malignis impugnari non possint, scripturarum auctoritatibus confirmantur.

Noverint igitur universi, quod dum vir prudens Heinricus concivis noster dictus *ussir der Bůnde*, utilitate sua considerata suorumque heredum, pomarium suum prope muros nostre civitatis immediate inter vicos dictos *Stadilhoverregasse* et *Morderregasse* situm, quod hactenus bona fide proprietatis titulo possidebat, in areas certis limitibus, prout expedire sibi visum fuerat, limitatas ad construendas desuper domos distinguens et vicum novum faciens dictum *Niuwogasse*, areas ipsas quibusdam de concivibus nostris, convento inter ipsum et singulos eorum de canone certo hoc est annuo censu in festo beati Johannis baptiste annis singulis exsolvendo hac cum pena, si a festo iam predicto infra septem dies solutus non fuerit, cum tribus solvatur solidis et abinde singulis septimanis cum totidem solidis, dictorumque civium heredibus in emphiteosin, libere videlicet meliorationis contractum perpetuum, cum parvulorum suorum conivencia, quos in presenciarum habuerat, concessisset et ipsi eas sub forma prescripta de suis manibus recepissent hoc addito, quod si H. predictus vel aliquis heredum suorum dominium cuiusquam aree predictarum vendere velit, primum illud exhibeat eiusdem aree possessori, et similiter, si quisquam civium predictorum aut heredum eorum meliorationes suas proponat vendere, primum eas aree domino exhibeat; et denuncient invicem sibi, quantum offertur eis ab aliis ac renuncient invicem quinque solidos de precio quod offertur. Ita tamen, quod cum aliquis meliorationes cuiusquam emerit predictorum, emens tantum ipsi domino solidum unum denariorum Constanciensium exsolvat et ab eodem recipiat eas emphiteotico iure, sicut venditor eas habebat, libere cum suis heredibus possidendas, nec ob id impositus primo canon aliquatenus augeatur.

Nos equitate suadente ius suum predictis omnibus conservare volentes, eo, quod ab eisdem sic provide factum est, approbantes un-

animi de consensu, in evidentiam et maius robur omnium predictorum hanc paginam exinde conscribi procuravimus et sigilli nostre civitatis munimine consignari. Actum Constantie anno domini M.CC.LII°, XIIII° kalendas Julii, indictione X^a^, gubernante Constanciensem cathedram venerabili domino nostro Eberhardo, presentibus nobis H. sculteto, Ulrico *an dem Griesse*, Cunrado et Henrico *Under scophe*, Ottone, Walthero et Rodolfo Johelariis, Ulrico monetario, Cůnrado et Hugone retro Macellum, Hermanno de *Sůlgen* et Thoma filio suo, Cunrado, Heinrico et Bertholdo *Spůlen* et aliis quam pluribus, quos brevitatis causa reticemus. In domino feliciter amen.

Ein Original befindet sich im germanischen Museum in Nürnberg. Siegel fehlt. Danach wurde die Urk. publiziert von Gothein in der ZGO. N. F. V., 127; Copie GLA. V, Spec. 91. Regest: Regesten des Klosters Feldbach. Chur. 1852, Nr. 1. Das zu diesem Regest gehörige Original des Kantonsarchives Frauenfeld, Abteilung Feldbach, findet sich nicht vor.

Nr. 27.*

Der Konstanzer Bürger Konrad Schilling veräußert ein durch den Chorherrn Ulrich von S. Stephan in seine treue Hand gegebenes Haus im Moriziergäßchen für 4 Mark Silber an die Mathilde Voglerin und deren Bruder Martin zu Handen ihrer drei benannten Salleute.

Konstanz, 1252, August 2.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ůlricus shcultetus Constantiensis noticiam subscriptorum. Si res geste litterarum memorie commendantur, successoribus aufertur penitus || occasio litigandi.

Presentes igitur noverint et futuri, quod dum Cůnradus filius Alberti dicti cognomine *Shiling*, civis Constantiensis, domum in parva plateuncula, dicta *Moriziars gazili*, inter ortum domini Hainrici quondam schultheti et aream sive territorium domine Gerdrudis relicte quondam Burchardi textoris sitam, cuius fines a strata publica usque ad ortum domini Ůlrici dicti de Macello canonici sancti Stephani directe protenduntur, ad iussionem magistri Ůl. avunculi sui canonici sancti Stephani multis presentibus iuratus in suam recepisset taliter potestatem, quod ipse sub observatione dicti iuramenti in collatione seu donatione domus predicte mandato eiusdem Ůl. avunculi sui in omnibus obediret, et idem Cůnradus ad iussionem et mandatum prenominati Ůl. avunculi sui domum iam predictam cum omnibus eidem domui intus et extra pertinentibus Mahthildi filie *Bertun* dicte *Vogilarun* et Martino fratri suo, receptis ab ipsis quatuor marcis argenti puri et ponderati, libere contulisset et donasset proprietatis nomine perpetuo possidendam; renuncians omni iuri, quod ex receptione huiusmodi ipse vel

etiam heredes sui in eadem domo habebant vel habere aliquatenus videbantur; quoniam ego et viri discreti mecum dominus Hainricus videlicet dictus cognomine *Swigger* et dominus Cůnradus de Macello secundum consuetudinem civitatis Constantiensis hactenus approbatam nomine talium virorum, qui vulgo dicuntur *sallute*, memoratam domum cum predictis Mahthilda et Martino recepimus, ut ipsos in iure et consuetudine civitatis Constantiensis ab omni vexatione et iniuria pro viribus manetenere et defendere debeamus et de collatione seu donatione dicte domus, cum ab ipsis requisiti fuerimus, eisdem in omnibus obedire: ego de consilio predictorum et aliorum quam plurium proborum virorum, qui dicte donationi interfuerunt, hanc cedulam predictis Mahthildi et Martino contuli, in testimonium huius facti sigilli universitatis Constantiensis munimine roboratam.

Testes autem, qui huic facto rogati interfuerunt, sunt hii: dominus Růdolfus filius quondam Rudolfi Johilarii, Albertus *Shili* Fridericus filius domini Rudigeri de Lata platea, Cůnradus dictus *Nót*, Cůnradus thelonearius, Cůnradus filius Friderici, Petrus filiaster Hainrici Bruvisini, Hainricus de Alospaco, Růdolfus *Badare*, Eberhardus *in deme Winkile* et alii quam plures. In domino feliciter amen. Acta sunt hec ante hostium domus superius memorate anno dominice incarnationis M°CC°L°II°, indictione XI., IIII nonas Augusti.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 102. Siegel erhalten. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 6.

Nr. 28.*

Das Domkapitel überträgt dem Konstanzer Bürger Ulrich Kesswiler Haus und Hofstätte am Tümpfel als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Pfund 5 Schilling Pf.

Konstanz, 1252, Sept. 19.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis P. prepositus, B. decanus totumque capitulum Constantiensis ecclesie cum || oracionibus in domino devotis noticam subscriptorum. Ut ea, que provide geruntur ad bonum, in posterum a malignis impugnari non possint, || scripturarum auctoritatibus confirmantur.

Noverint igitur universi, quod nos considerata utilitate ecclesie nostre aream et domum ligneam in vico *Tumphelgassen* Constantiensis civitatis sita dicta *an dem orte*, que bone memorie domina Benedicta nobis contradidit et statuit pie de illis celebrari in ecclesia nostra V anniversaria singulis annis, videlicet XVIII°. et XIII°. kalendas et V. idus Februarii, X. kalendas Marcii et kalendas Octobris, viro discreto Ůlrico civi Constantiensi dicto de *Kesswille*, Ůlrico filio suo et Irmengardi filie sue eorumque iustis heredibus in linea descendenti, cum eadem domus

quasi consumpta foret nimia vetustate, in enphiteosim sub canone certo concessimus libere possidenda, una libra videlicet et V. solidis in quinque terminis anniversariorum predictis particulariter, hoc est singulis V terminis V solidis exsolvendis. Hoc adiecto, quod si predicti tres sine prole decesserint de se procreata, Elsebeta filia Ůlrici prefati cum sobole sua in linea similiter descendenti succedat eisdem in predictis area atque domo. Si vero predictorum aliquis quocumque superveniente casu vendere proponat melioraciones suas, primum nobis eas exhibeat et denunciet, quantum sibi offertur ab aliis, ac remittat nobis unam libram Constantiensium de pretio, quod offertur. Et si taliter eas non comparaverimus infra mensem, ex tunc eas vendat libere, cui velit, emphiteotico iure, sicut eas ipse tenuit, libere possidendas.

Ut autem hec omnia firmiora persistant, hanc paginam exinde conscriptam sigillorum venerabilis patris et domini E. Constantiensis episcopi, qui suum in hiis omnibus consensum adhibuit, et nostri munimine consignamus. Actum Constantie anno domini M°CC°LII°, XIII. kal. Octobris, indictione X. Sunt autem hii testes: H. Lůtfridi, W. de *Ramstain*, R. de *Hasewiler*, Alber. de *Bolle*, W. Tihtelarius, Lutoldus de *Schiltberg*, W. custos, magister Bur. de *Zovingen*, Eglolfus de *Falkenstain*, H. de *Strasse*, Ber. de *Bussnang*, R. de *Haidelberg*, Rupertus de *Tannenfels*, magister Walko, H. de *Bizenhoven*, canonici Constantienses; Otino miles, Otto Jôhelarius, Hugo de *Stoka*, Dietricus scriptor et alii quam plures tam clerici quam laici. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA, Copb. 506 (alte Nr. 319), fol. 72.[1] *Regest: Regg. ep. Const. 1808.*

Nr. 30.

Das Kloster Salem erwirbt schenkweise die Hälfte eines Hauses in der Amelungsgasse mit Salmannenhülfe und giebt sie dem Schenker für ihn, seine Frau und seine Abkömmlinge als Erblehen zurück gegen einen jährlichen Wachszins. Vgl. Nr. 33. Konstanz, 1253, Juli 14.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Hainricus scultetus Constantiensis noticiam subscriptorum. Si res geste litterarum memorie commendantur, successoribus aufertur occasio litigandi.

Presentes igitur noverint et futuri, quod dum Hainricus dictus

---

[1] Eine zweite Copie befindet sich im GLA. Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 89. Sie trägt das Datum vom 1. Oktober 1252, der Abschreiber ließ also hier das XIII vor kalendas weg. Durch diese Verschiedenheit der Datierung hatte ich bei der Einreihung der Urkunden die beiden Abschriften als zwei verschiedene Urkunden gezählt (Nr. 28 und 29). No. 29 fällt demzufolge jetzt aus.

de *Vrûnstetin*, civis in *Uberlingen*, et Dietricus *Kântilâre*, civis Constantiensis, aream et domum lapideam in eadem in fine superiori platee, que dicitur *Amelungesgazze*, in loco qui dicitur *under dem Shophe* sita, cum omnibus eisdem intus et extra pertinentibus secundum consuetudinem civitatis inter se simul empta per viros discretos, qui dicuntur *salliute*, qui electores suos in iure et consuetudine civitatis tenentur pro viribus defensare, iuste et rationabiliter possedissent et idem Dietricus, partes suas tam aree quam domus predictarum et edificiorum ligneorum, que ipse et prefatus civis de *Uberlingen* in area supradicta communibus laboribus et expensis construere proponebant, per manum meam et Rudolfi filii quondam Johelarii, quoniam ipsius *salliute* extitimus, reverendo in Christo Eberhardo abbati de Salem suoque monasterio contulisset proprietatis nomine perpetuo possidendas, renuncians omni iuri, quod habebat in eisdem casu aliquo contingente, et prefatus E. abbas partes predictas sibi suoque monasterio contraditas in manibus proborum virorum Ottonis videlicet Johelarii et Rudolfi filii C. quondam fratris sui, quos *salliute* elegerat, recepisset et tandem prenominatus H. civis in *Uberlingen* iam dicto E. abbati suoque monasterio in medietate possessionum omnium prescriptarum ius plenum recongnovisset et partitionem earundem possessionum modo debita faciendam, conditione tamen huiusmodi subsecuta, quod is, qui prior prenotatas possessiones partiri desideraret, ipsas partiri deberet, ita quod alter inter partes ex condicto eligendi haberet plenariam potestatem; quia tandem prefatus Dietricus cum Anna uxore sua partes sepedictas tam domus lapidee quam lignee de manu dicti domini abbatis pro censu annuo, uno scilicet fertone cere, singulis annis in assumptione beate virginis persolvendo, in feodum taliter receperunt, quod ipsi cum liberis suis, si quos simul genuerint, partes iam dictas cum omnibus pertinenciis suis possideant pro tempore vite sue, ita tamen, quod nullus aliorum heredum suorum, si prolem simul non genuerint, in eisdem partibus ius aliquod consequatur, sed post obitum amborum pretaxato monasterio cum omni suo iure vacare debeant ex condicto: ego ad peticionem predictorum et consilium quam plurium civium Constantiensium, qui dicte interfuerunt donationi, hanc paginam in testimonium huius facti sigillo universitatis civium communiri.

Actum in Constantia in area sepedicta anno domini M°CC°LIII°, pridie idus Julii, presentibus subnotatis, videlicet Hainrico dicto de *Bizzenhoven*, Ottone Johelario, Rûdolfo et Rûdolfo fratruelibus suis, Egelolfo *Under shophen*, Hainrico dicto *der Vric*, H. dicto *der Linde*, civibus Constantiensibus, Wernhero ministro de *Uberlingen*, Burcardo caupone, Rudolfo dicto *Engeli*, civi-

bus de *Überlingen*, domino Sivrido cellerario et G. bursario, fratribus de Salem et aliis quam pluribus probis viris.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. I, 318, Nr. 282.

Nr. 31.*

Das Domkapitel thut eine ihm geschenkte Hofstätte beim Thor der Bruggasse als Erblehen gegen jährlich 15 Schilling an den Maurermeister Heinrich aus. Vgl. Nr. 57. Konstanz, 1253, Juli 27.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus P. prepositus, D. decanus totumque capitulum Constantiense subscriptorum || noticiam cum salute. Quoniam pro diverso temporis et hominum statu memorie virtus oblivionis scrupulo denigratur, necessarium est, rerum gestarum veritatem in posterum litterali testimonio confirmare.

Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod vacante nobis area intra muros civitatis Constantiensis sita iuxta portam vici, quo itur ad pontem maiorem, nostre communioni ad obsequium prebendale quondam ab Ůlrico dicto *Werfelär* cive Constantiensi in anime sue remedium legata: nos eandem aream, ut in ea domus cum cellario lapideo construeretur, magistro Hainrico cementario et suis heredibus ab ipso per nativitatis ordinem descendentibus concessimus iure censuali perpetuo possidendam, scilicet ut prefatus magister Hainricus seu heredes sui vel et quicumque, ad quos iamdicta [area] [1] fuerit devoluta, communioni nostre aut successorum nostrorum singulis annis in purificacione beate virginis quindecim solidos monete Constantiensis sine difficultate qualibet solvere non omittant, vel si ea die neglexerint solvere aut noluerint, quod statim crastino ad penam trium solidorum ex debito teneantur. Si autem post edificationem domus in area pretaxata ipsum domum vetustate vel excidio qualicunque in tantum contigerit depravari, quod sepedictus magister H. sive sui heredes vel et quicunque, ad quorum possessionem cedet area sive domus prenominata, censum premissum solvere non curaverint, tunc domus eadem sive curtis ad nostras vel nostrorum successorum manus non obstante condicione premissa libere devolvatur. Preterea sepenominato magistro H. suisque heredibus ab ipso, sicut predictum est, per nativitatis ordinem descendentibus pretaxatam aream sive domum vendicione, obligacione seu quocumque legacionis modo in aliam transferendi personam condicionibus premissis ratis habitis et habendis liberam concessimus facultatem, ad hoc ipsum nostros successores nichilominus obligando.

Ut autem premissa nullius obviacionis contradicio valeat obfuscare, nos prelibato magistro Hainrico et suis heredibus ab ipso, sicut dic-[2]

---

[1] Fehlt in der Vorlage.

[2] Vorlage hat habitum.

tum est, procreatis presens instrumentum nostro sigillo tradimus communitum. Actum publice in choro Constantiensi anno domini M°CC°LIII°, VI° kalendas Augusti, indictione XI[a], presentibus reverendo in Christo: preposito[3] . . . *Langenowe*, H. quondam ministro Constantiensi, H. dicto *Bizenhovaer*, Cůnrado fratre Ot[e]nonis militis, C. filio domine Adelhaidis et Ůlrico monetario, civibus Constantiensibus. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA., Copb. 506 (alte Nr. 319) f. 68; Copb. 509 (alte Nr. 322) f. 81.

Nr. 32.*

Der Kardinallegat Hugo beauftragt den Bischof von Konstanz, den Guardian und die mindern Brüder daselbst in der Verfügungsfreiheit über die Hofstätte ihres Klosters auch nach dessen beabsichtigter Verlegung gegen alle Belästigungen zu schützen. Metz, 1253, Juli 29.

Venerabili in Christo patri . . dei gratia episcopo Constantiensi frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter || cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in domino caritatem.

Cum, sicut dilecti in Christo . . gardianus et conventus ordinis fratrum minorum Constantiensium nobis exponere curaverunt, iidem in area sua, in qua domus ipsorum consistit, remanere commode non valentes, ad alium locum oportuniorem in civitate ipsa desiderent se transferre, nos ipsorum precibus inclinati paternitati vestre, qua fungimur autoritate, mandamus, quatinus ipsos, quominus de area predicta, postquam domus ipsa translata fuerit, disponere seu ipsam alienare valeant, prout eis visum fuerit expedire, non permittatis ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescando.

Datum Metis, IIII. kal. Augusti, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno undecimo.

Ungedruckt. Or. StAKZ. Nr. 197. Siegel beschädigt. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz., 12.

Nr. 33.

Der Amman (scultetus) Ulrich [am Grieß] von Konstanz urkundet, daß das Kloster Salem mit Salmannenhülfe ein dem Konstanzer Bürger Dietrich und seiner Frau gegen einen jährlichen Zins gewährtes Leibgeding an der von den Genannten dem Kloster geschenkten Hälfte eines Hauses in der Amelungsgasse mit 12 Mark Silber abgelöst habe. Vgl. Nr. 30.

Konstanz, 1254, August 2.

Universis hanc paginam inspecturis Ůlricus scultetus Constantiensis noticiam rei geste. Presenti scripto notum esse cupio tam posteris quam modernis, quod dum vir providus Dietricus civis Constantiensis et Anna uxor sua medictatem domus et aree site in fine superiori platee, que vulgo dicitur *Amilungesgazze*, in loco qui dicitur *Under shophen*,

[3] Ohne nähere Angabe dieses und der andern geistlichen Zeugen, welche die Abschrift übergeht.

quam reverendus in Christo Ebirhardus abbas et conventus de Salem ipsis concesserant usque ad sue vite terminum pro censu annuo possidendam, sicut in confecto exinde instrumento plenius continetur, eisdem abbati et conventui, receptis duodecim marcis argenti puri ac legalis, in manibus proborum virorum Ottonis videlicet Jőhelarii et Rudolfi, filii Cunradi quondam fratris sui, qui eorundem abbatis scilicet et conventus *salliute* extiterunt, publice resignassent, renunciantes omni iuri, quod habebant vel habere videbantur in eadem casu aliquo contingente: ego ad preces parcium in testimonium huius facti sigillo universitatis civium hanc paginam roboravi.

Actum in Constantia anno domini M°CC°LIIII°, IIII nonas Augusti, presentibus fratre G. monacho de Salem, Ůlrico monetario[1], Cunrado dicto *Hinder der Mecij*, H. dicto *Linde*, H. filio suo, H. dicto *Spuol*, Hainrico de *Lôbegge*, . . dicto *Buzze* et aliis quam pluribus probis viris.

Or. GLA. Siegel beschädigt. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. I. 332, Nr. 297.

Nr. 34.

Der Amman (scultetus) Ulrich [am Grieß] von Konstanz beurkundet, daß das Kloster Salem mit Salmannenhülfe ein Haus in der Stadelhofergasse erworben und daran den Schenkern ein Leibgeding gegen einen jährlichen Zins bestellt habe. Konstanz, 1254, November 18.

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Ulricus scultetus Constantiensis noticiam subscriptorum. Tenore presentium pateat universis, quod dum Waltherus dictus *Ammunman* et Maehtildis uxor sua aream et domum suam tam lapideam quam ligneam cum orto et suis pertinentiis universis in vico, qui vulgo dicitur *Stadelhoveregazze*, sitas ex opposito ecclesie sancti Pauli, quas ipsi secundum consuetudinem civitatis per viros discretos, qui dicuntur *salliute*, videlicet Hainricum advocatum dictum *Under schopphen* et Conradum dictum *Hinder der Mecii* iuste et rationabiliter possederant illucusque, monasterio de Salem per manus eorundem libere contulissent pro animarum suarum remedio et salute, pleno iure perpetuo possidendas; renunciantes omni iuri, quod habebant vel habere videbantur in eisdem casu aliquo contingente; quia reverendus in Christo Ebirhardus abbas prefati monasterii easdem possessiones in manibus probi viri Hugonis dicti *Snewizze* et meis, quos super hoc *salliute* elegit, sibi suoque monasterio contraditas, postquam ipsas possederat VI ebdomadis et amplius secundum ius et consuetudinem civitatis, prefatis Walthero et sue uxori pro censu annuo videlicet ...[2] denariis concessit, in festo omnium sanctorum

---

[1] Vorlage hat monetat, worauf eine kleine Lücke folgt.

[2] Lücke im Original.

annis singulis persolvendis usque ad vite sue terminum possidendas, ita quod post obitum utriusque ipsorum, Waltheri scilicet [et] Maehthildis, possessiones sepenominate monasterio supradicto cedere debeant ipso facto.

Actum in Constantia anno domini M°CC°LIII°, XIIII° kalendas Decembris, presentibus Ottone et Rudolfo, fratruele suo, Johelariis, ..[1] monetario et ..[1] fratre suo, Peregrino, Hainrico de Campidona et fratre Chozzoldo, monacho de Salem, et aliis quam pluribus probis viris. Ego ad preces partium in testimonium et munimen omnium premissorum sigillo universitatis civium presentem litteram communivi.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck v. Weech, Cod. dipl. Sal. I, 337, Nr. 301.

Nr. 35.

Der Amman (scultetus) Ulrich [am Grieß] von Konstanz urkundet, daß das Kloster Salem ein Haus in der Neugasse, ein Erblehen Heinrichs aus der Bünde, erworben und es den bisherigen Inhabern als Aftererblehen gegen einen Zins von jährlich 6 Pfennigen zurückverliehen habe.

Konstanz, 1254, Dezember 15.

Universis hanc paginam inspecturis Ůlricus scultetus Constantiensis noticiam subscriptorum. Tenore presentium notum facimus universis, quod dum vir providus Ebirhardus textor et Adelhaidis uxor sua domum suam cum area sitam in vico, qui vulgo dicitur *diu Niwegazze*, quam ipse de manibus viri discreti Hainrici dicti *uz der Biunde* pro censu annuo possidebant videlicet VIII solidis usualis monete in festo Johannis Baptiste annis singulis persolvendis, eidem publice resignassent et ipse Hainricus dictam domum cum area, inductus precibus eorundem, reverendo in Christo Ebirhardo abbati de Salem suoque monasterio pro eodem censu annuo concessisset perpetuo possidendam; quia tandem idem abbas dictam domum prefatis E. et A. uxori sue pro VI denariis concessit nomine census suo monasterio annis singulis in supradicto festo persolvendis usque ad vite sue terminum possidendam, ita quod altero ipsorum defuncto, si superstes cum alio coniuge matrimonium duxerit contrahendum et prolem genuerit per eundem, ipsa proles nichil iuris penitus in eadem domo et area consequatur, sed post obitum utriusque ipsorum scilicet E. et A., si prolem simul non genuerint, sepedicta domus cum area cedant libere cum omnibus pertinenciis suis prenotato monasterio ex condicto: ego ad preces partium in testimonium et munimen omnium premissorum presens scriptum exinde conscribi et sigillo universitatis civium nostrorum procuravi debite communiri.

Actum in Constantia anno domini M°CC°LIIII, XVIII. kalendas Januarii, presentibus Ottone Johelario et R. fratruele suo, Walthero Stokario, Heinrico dicti *hern Ebernandes*, H. filio H. Mollis,

[1] Lücke im Or.

Heinrico dicto *Spuol*, Walthero dicto *Ammanman*, fratre Gozzoldo, monacho de Salem, et aliis quam pluribus probis viris.

Or. GLA. Siegel fehlt. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. I, 338, Nr. 303.

Nr. 36.*

Bischof Eberhard II. weist als Schiedsrichter, zusammen mit dem Lektor Diemon des Predigerklosters und dem Chorherrn Hermann von St. Stephan, den Anspruch der Konstanzer Bürger, auf einer Wiese des Klosters Kreuzlingen nach der Heuernte ein Weiderecht auszuüben, auf Klage des genannten Klosters als unbegründet zurück. Vgl. Nr. 38. Konstanz, 1255, Jan. 27.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos dei gratia Ebirhardus Constantiensis episcopus omnibus in perpetuum. || Cum fiunt aliqua, quorum memoria in plures annos est necessaria, utile est et expediens, ut litterarum et sigillorum testimoniis taliter ro borentur, ne per oblivionem excedant scientiam futurorum.

Ad notitiam ergo transmittimus futurorum, quod cum inter cives Constantienses ex una parte et abbatem et canonicos de *Crucelingen* ex altera coram nobis questio verteretur, dicti cives proponebant, se habere quoddam ius in prato eorum, quod salicibus obsitum contiguum est vinee eorum videlicet, ut post primam graminum sectionem ipsorum ibidem animalia pascerentur. Sed dominus abbas prefatus suusque conven'us ex hoc sibi accidere gravem iniuriam estimantes et sue ecclesie intolerabile dispendium, affirmabant, predictos cives in dictis pascuis nullum omnino ius habere, maxime cum talis controversia a longis retro temporibus in presentia principum fuerit decisa et causa decisionis posita, sicut in ipsorum privilegiis satis patenter expressum est. Partibus itaque convocatis et equo consensu requisitis utrique in nostrum et fratris Diemonis, lectoris fratrum predicatorum in Constantia necnon magistri Hermanni canonici sancti Stephani fuit arbitrium compromissum. Nos igitur privilegiis ipsorum videlicet Friderici imperatoris et Hermanni quondam episcopi Constantiensis diligenter inspectis, attendentes, quod eadem pro libertate monasterii faciebant, volentes eorum antiquum ius illibatum conservare nec sopitas querimonias partium suscitare sed eos in perpetuum ab omni impetitione sepedictorum civium reddere securos, arbitrati sumus iuris ratione id dictante, ut secundum formam in privilegiis ipsorum expressam a civibus sepedictis omnis actio vel impetitio in pratis predictis amplius vim nullam obtineat firmitatis.

Ne igitur in posterum de predicta ordinatione aliquis scrupulus dubietatis possit suboriri, sed semper inconcussum permanere, presens scriptum sigilli nostri et capituli nostri necnon civium Constant. fecimus munimine roborari. Acta sunt hec anno domini M° CC° L° V°. VI° kal. Februarii, indictione XIII, presentibus Hu. advocato, Ů l. ministro, Ů l. monetario, Cůnr. Sub scopa, Cůn. et Hugone fratribus de Macello, C. de *Hove*, Hu. Swiggero, Ů l. fratre suo, Ottone *Joheler*, Waltero et Rudolfo fratribus, R. dicto *Ruhin* et alis quam pluribus. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Perg. Or. Kantonsarchiv Frauenfeld. Siegel erhalten. Regest: Regg. ep. Const., Nr. 1880; Regg. Kreuzlingen Nr. 58; Auszug: Thurg. Urk.-Buch II, 116, Note.

Nr. 36a.

Sühnebrief des Abtes Berthold von St. Gallen im Streite zwischen Bischof Eberhard II. und der Bürgerschaft von Konstanz.
Konstanz, 1255, November 29.

In dem namin des vatters, des suns und des haeiligen geistes amen. Suln alle kristen liute wizzen, die disen brief sehend und hôrint, die sûne, die unser herre der abbit Berhtold von Sante Gallin hat gesezet zwischen unserme herrin bischof Eberhart und sinin capitiln und der phaffeheit und den burgern von Kostinze.

[1.] Umbe den schadin, der unserme herrin dem bischof geschehin ist durch sin gebreite ze Stadilhovin, daz solt man ime widerlegen, alse die sheitliute hiezent, an die ez wart gesezet. Daz geschah und wart widerleit.

[2.] Swatz Ummendorf gab ze bûze, daz solt man ime wider gebin, daz in wart. Daz wart wider gigebin.

[3.] Umbe die fråveli und den shadin, der beschach an dem grabin und der veste ze Gotliubon: daz stûnt an unserme herrin dem abbite von Sante Gallin, der hiez darumbe hundirt marke silbers gebin zi bezirunge unserme herrin dim bischof Eberhart. Und wart ŏch der gewert.

[4.] Das gût, daz die Juden gabin, die in der stat ze Kostinze sezhaft sint, daz solt man wider gebin alde mit ir willen behabin. Das wart virendot mit der Juden willen.

[5.] Des gotshus dienstman suln umb ir gulte sin in dem rehte, alse si unz her komin sint gegen den burgern.

[6.] Umbe die wahte, diu da beshach, do unser herre der abit von Sante Gallin was ze Kostinze, des butten die burger ir unshulde, daz die unserme herrin dem bischof ze laster inen beschach. Das gelòbte din burgern unsir herre der bishof.

[7.] Umbe die unzuht, diu dem kûster beshach in sinem hove, do Ůlrich von Kastel wart gesûchit und daz er uz der stat furshriuwen wart, des ergabin sich die burger shuldig und wrden darumbe gehorsan dem capitil und liez daz diz capitel durch der burger bette varn.

[8.] Umbe den ban in dem munster, umbe die gloggen und umb die wahte uff dem wendelsteine suln die burger han enkeinin gewalt won nach diz bischofes willin und dez capitils.

[9.] Die klosterhove und diu hiuser, diu durch got lediclik gegebin sint an unser frowen und an sante Steffan alde noch durch got gigebin werdent, noch diu klosterlehen, danc gat stiure noch wahte von; noch diu hiuser, diu ir sint und die wile so sú ir sint und mit hus dar inne sint. Swas ŏch in dien selbin wart genomin, daz wart ŏch widergebin.

[10.] Die mesenere, die phister und unsers herrin des bischofes und des tůmes und sant Stephans ambetliute, die suln mit wahte, mit stiure enkeinin dinest tün, si triben danne älligen köff mit linwat, mit wahse, mit pheffer und mit einvarwer wat, ald mit gastliuten leien, alde haben eigen ze Kostinze: davon suln sú dienin.

[11.] Swaz unserme herrin dem bishof von hern Hugen Snêwizen und hern Cůnrat Under shophe geshehin ist mit ubelrede vor dem kunge alde anderswa, des sint die burger niht wer unde butten des ir unshulde. Öch butten sú baide desselben ir unshulde. Des irlie si unsir herre der bishof alle und gelöbte in daz.

[12.] Umbe die unzuht, diu nachshachlich beshach, swen des unsir herrin ansprechin, der sol sin login darumbe bieten ald aber bůzen.

[13.] Umbe die liute, die in unsers herrin des bishoves kelnhove und vorstenhove sizzent, kelner vorster, die suln enkeine stiure gebin noch die bi in darinne sizzent.

[14.] Die hovestete, die in den kelnhof hôrent ald in den vorsthof, ald unsers herrin spizlen ald unsers herrin gartinlen, die suln von dem gůte enkain stiure gebin. Aber die liute, die da uff sizzent, die suln stiur gebin von anderme ir gůte, und sol man diu stiure anderswa gewinnen danne uff dem gůte, alde si tůns danne gerne.

[15.] Die prisun solt man dannin tůn. Daz ist öch geschehin.

[16.] Die burger hant den rat abe gelan und stat in dem rehte alse vor vierzic jarin, e ie rat hie wrde. Nement si daruber ainin rat, dunket unsern herren den bishof, daz ime daran unreht beschehe, daz sol er clagin, swa er welle.

[17.] Umbe alliu tor, die zer stat zi Kostinze sint und umbe die kettenne ane daz tor uff der brugge, darumbe sol es stan, als ez daher gestandin ist. Und suln die burger iegliches tors sliuzel bevelhen biderben liuten, da sie unser herre der bishof wizze, dar man in und die sine uz und in laze, swenne ers bedurfe. Gnôge in des niht und wil er darumbe klagin vor dem kunge alde uff der phallenze; sperrint ime des die burger mit gewalt, so sol er klagin, swa er wil.

[18.] Umbe daz tor uff der brugge und umbe die mure in dem se sol ez stan, als ez daher gestandin ist. Dunket aber unsern herrin den bishof, das er zu dien zwein reht habe, so sol er uff die phallenze ze Kostinze vor des gotshus dienstman und den burgern reht nemen darumbe. Ob er des niht enwil, so sol er fiur den kiunig varn und swenne er da hin wil, so sol ers den burgern vor sagin ein manot. Und suln si dahin varn und suln ime darumb antwrten und suln da die burger alle die wer han, die si han mugen mit rehte. Swa man ime des mit gewalt vor gat, da sol er geistlich gerihte sůchen.

[19.] Alle die sûne, die der truhsaeze herr Otteberhtolt und herr Volkmar von Kemenatin hattin uff gesezet, die sint alle abe unz an die sûne, die unser herre der abbit Berhtolt von Sant Gallin nu ze iungist hat gemachit an Sant Andres abint an dem jar, do von krist geburt waren zwelf hundert und fiunve und fiunfzig jar, uff dem hove ze Kostinze.

Und daz diz aein werindiu gehugde si und staete belibe, darumb git unsir herre der bishof, unser herre der abbit Berhtold von Sante Gallin, unsir herrin diz capitil von Kostinze und diz capitil von sante Stephan und die burger von Kostinze ir insigil.

Hier zum ersten Male nach dem Original des GLA., V. Spec. 246. Siegel erhalten. Von der daselbst in zwei Exemplaren (dem städtischen und dem bischöflichen) erhaltenen Urkunde wurde das eine 1898 an das Stadtarchiv Konstanz zurückgegeben. Frühere Abdrücke: ZGO., Bd. 26, Nr. 340 I. nach dem Copialbuch des GLA. Nr. 506 (alte Nr. 319), fol. 40. Ebendarnach St. Galler Urkundenbuch III, 708 Nr. 29 Anhang. Ruppert, Konstanzer Chroniken 302 f. nach der Handschrift «Abgeschriften» des StAKZ, fol. 70 b. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 1900, Marmor, Urkk.-Ausz. 6.

Nr. 37.*

Die Meisterin Guda und die übrigen Schwestern, auf der alten Hofstätte der Franziskaner zu Konstanz wohnhaft, versprechen, an dieser Stelle niemals ein Kloster zu gründen.

Konstanz, 1256, Mai 26.

Ego soror Gůda, magistra, cetereque sorores in veteri area fratrum Constancie residentes || omnibus in perpetuum. Quia gratia nobis a fratribus exhibita eisdem, si clăstrum || apud nos fieret, propter vicinitatem locorum forte in gravamen et tedium verteretur, nos ad precavendum eorum turbationi voluntarie et non coacte sed solum ad preces ipsorum promisimus, nunquam nos in illo loco claustrum facturas, tradentes super hoc presens scriptum sigillis domini episcopi videlicet et civitatis munitum. Acta sunt hec anno domini M°CC°LVI°, VII° kal. Junii.

Ungedruckt. Or. StAKZ., Nr. 619. Siegel beschädigt. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 6; Regg. ep. Const. 1910.

Nr. 38.

Bischof Eberhard II. fällt in der zwischen dem Kloster Kreuzlingen und der Konstanzer Bürgerschaft vor dem Propste zu Zürich als päpstlich delegiertem Richter anhängigen Streitsache über Eigentum, Weid- und Wegrechte an mehreren Wiesen in der Nähe des Klosters Kreuzlingen auf Bitten der Parteien einen Schiedspruch. Vgl. Nr. 36.

Konstanz, 1259, Mai 1.

In nomine domini amen. Eberhardus dei gratia episcopus ecclesie Constantiensis universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cuncta, que || geruntur in tempore, ne labili temporum volubilitate devolvantur, scripturarum ideo solent testimoniis perhennari, ut omnis in posterum ipsarum probatione evacuetur occasio litigiosa.

Noverit igitur tam presens etas quam successiva posteritas, quod cum questio inter reverendos in Christo abbatem et conventum de Crucelino ex parte una et cives Constantienses ex parte altera coram dilecto in Christo preposito montis Turicini iudice sedis apostolice delegato mota fuisset super quibusdam pratis sitis sub claustro inter lacum et prata, que salicibus obsita existunt; quarum proprietatem dicti abbas et conventus pleno iure ex antiquo suo asserebant monasterio pertinere, predictis civibus in contrarium proponentibus, quod eadem prata non solum ipsis sed ad communem hominum pascuam pertinerent: nos ex debito pastoralis officii nostri causa pacis finem predicte liti salubriter inponere cupientes, ad instantiam partium prescriptarum una cum consulibus predicte civitatis, consensu et voluntate communitatis eiusdem accedente, materiam questionis prelibate sub tali forma duximus decidendam, ut pratum situm sub vinea civitati proxima dictum *Morderwisa* et pratum situm apud *Mulswisa*, que post primam graminis secationem ad communem pascuam pertinebant, in perpetuos usus utiliores et commodiores dicti monasterii redigantur. Ortos seu alias culturas fertiliores excolendo in eisdem liberam ipsis concedimus facultatem. Jnsuper partem fundi qui dicitur *Éspan*, quemadmodum per certas metas et fossata existit divisus, sepedicto monasterio duximus conferendam ipso iure, sicut prata in *Tegermos* possident quiete et pacifice perpetuo possidendam. Ceterum ad eradicandam omnem litis materiam, que inter terminos dicti monasterii ac prefate civitatis communitatem in posterum posset suboriri, statuimus consensu utralibet partis accedente, ut fossata strate, que se de curia antedicti monasterii ad lacum extendit, necnon fossata pratorum sub claustro salicibus obsitorum ad usus monasterii pertineant antedicti et perpetuam proprietatem, ita quidem, ut per fossata predicte strate ex parte monasterii expediatur pons, per quem animalibus antedicte civitatis egressus sine difficultate pateat et regressus. Ad recompensationem vero locorum preconceptorum prata predicta, super quibus questio vertebatur et pratum apud muros Constantienses dictum *Morderwise* cum fundo huic contiguo qui dicitur *Mulstat*, que titulo proprietatis prelibato monasterio ab antiquo pertinebant, consensu prememorati capituli accedente, quantum iuris dictum monasterium habuerat in eisdem, communitati Constantiensi cum marca argenti legalis ponderis superaddita in cambium duximus conferenda et ad communem pascuam utriusque partis deputanda. Antiquam quoque semitam, quam de suburbio dicto *Stadelhoven* apud rivos molendini ad fontem, qui dicitur *Schorenbrunnen*, homines transire consueverunt, duximus renovandam [et][1] per ipsam aditum perpetuum concedendum, omnem litium occasionem, quam pretextu permutationis in presentibus preconcepte in posterum posset a partibus suscitari antedictis, ex hoc nostra constitutione prorsus amputantes.

Ut autem hec apud nos et futuris temporibus firma permaneant, presentes litteras sigillo nostro nostrique capituli necnon capituli monasterii antedicti communitas communitati civium Constantiensium duximus concedendas. Acta sunt hec anno domini M°CC°L° IX°, kal. Maii, indictione secunda.

Perg. Or. StAKZ. Nr. 952. Siegel erhalten. Druck: Ruppert, Chroniken 304; Regest: Regg. ep. Const. 1993; Marmor, Urkk.-Ausz., 6; Thurg. Urkundenbuch II, 117 Note; Ruppert, Beiträge III, 24.

---

[1] Fehlt im Original.

Nr. 39*.

Magister Heinrich von Sol und seine Frau Gertrud übereignen ihr Haus in der Bruggasse mit Salmannenhülfe schenkweise dem Domkapitel. Das urkundende Domkapitel verleiht es als Zinseigen, mit jährlich einem Viertel Wachs und 24 Schillingen an den Subthesaurar des Domes für die Unterhaltung von zwei Öllampen belastet, zurück.

Konstanz, um 1260.[1]

Nos . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis || universis tam presentibus quam postfuturis huius notule contextu volumus || intimari, quod discretus vir magister Hainricus de *Sol* animarum sui ipsius et Gerdrudis uxoris sue saluti prospicere cupiens proprietatem domus site in vico, quo itur ad magnum pontem Reni, per manus discretorum virorum Cůnradi dicti *Spůl*, Ottonis Johelarii et Ůlrici advocati, qui domum eandem iure, quod vulgariter *sal* dicitur, sui nomine secundum civitatis Constantiensis consuetudinem possidebant, unacum iamdicta uxore sua ecclesie nostre ad usus communis prebende libere contradidit ab eadem de cetero quiete et pacifice possidendam. Nos igitur devotionem prefati magistri H. necnon G. uxoris sue, cui dicta domus iure quod *lipgedinge* dicitur pertinuit, recompensatione mutua respicere cupientes, ipsis eandem pro annuo censu scilicet uno fertone cere et XXIIII sol. den. monete Constantiensis pro duobus luminibus de oleo expediendis subthesaurario ecclesie nostre, qui pro tempore fuerit, in evum annis singulis in nativitate beate virginis assignandis concessimus. Renunciantes sine dolo et fraude qualibet omni iuri tam communi quam privato, necnon consuetudini vel occasioni cuicumque, per quam huiusmodi nostra concessio secundum formam supra et infra scriptam a nobis facta posset aliqualiter irritari. Dedimus etiam prefatis magistro H. et G. uxori sue liberam protestatem, dictam domum donandi, legandi, obligandi, locandi, permutandi et generaliter per

---

[1] Zu dieser Datierung gelange ich aus folgenden Erwägungen: Die Urkunde befindet sich hinter dem Kalendarium auf einem Blatte des ältesten Konstanzer Anniversarienbuches eingetragen, welches die Einkünfte des Domkapitels verzeichnet enthält. Der unmittelbar auf diese Urkunde folgende Eintrag schließt sich eng an denselben an, ist datiert vom Jahre 1294 und wurde erst nach unserer Urkunde geschrieben, wobei zu beachten ist, daß beide Urkundenabschriften offenbar mit den Originalen gleichzeitig sind. Der in der Urkunde als Salmann auftretende Konrad Spul wird erwähnt zwischen 1227, Januar 19 (Beyerle, Ratslisten S. 40) und 1266, Juni 31 (a. a. O. S. 52). Der zweite Salmann Otto Jocheler kommt sehr häufig in den Urkunden vor zwischen 1225 (a. a. O. S. 39) und 1255 Jan. 27 (a. a. O. S. 48). Ein Konstanzer Vogt Ulrich konnte für die Ratslisten nicht festgestellt werden. Er kann aber nur in die Lücke zwischen 1259—1274 fallen (a. a. O. S. 244). Die Thatsache, daß die im Jahre 1259 schon seit über 30 Jahren in öffentlichen Stellungen befindlichen Otto Jocheler und Konrad Spul nicht mehr allzulange gleichzeitig werden unter den Lebenden geweilt haben, drängt dazu, die Urkunde um 1260 anzusetzen.

quemcunque modum in personam aliam vel alias cuiuscunque sexus aut condicionis coniunctim vel divisim irrequisito quolibet transferendi necnon de ipsa, quicquid placuerit et expedire in vita vel in morte videbitur, faciendi, ecclesie nostre a quolibet ipsius domus secundum quemcunque modum prescriptum vel etiam successionem hereditariam in posterum possessore in recognitionem dominii prefato censu termino debito annis singulis nichilominus persolvendo. Qui census a decano ecclesie nostre, qui pro tempore fuerit, si eius solucio termino prefato negligatur, peti debet a quolibet ipsius domus de cetero possessore . . .

Ungedruckt. Or. fehlt. Unvollständige Abschrift im GLA auf fol. 54 des Anniversarienbuchs A der Domkirche Konstanz.

Nr. 40.*

Heinrich von Bankholzen trägt ein von ihm gekauftes Haus am Marktstad dem Domkapitel auf und erhält es als Zinseigen, mit einem Zins von jährlich einem halben Pfund Wachs belastet, für sich, seine Frau und seine Abkömmlinge zurückverliehen. Konstanz, 1260, Sept. 22.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Cůnradus prepositus, Ber. decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis salutem cum notitia subscriptorum. Cum rerum gestarum veritati debilitatis humane novercetur oblivio, necessarium est, ipsi, ut apud posterorum invalescat notitiam, scripture sive testium aminiculum suffragari.

Ad universorum itaque tam futurorum quam presentium cognitionem per istarum seriem cupimus devenire, quod Hainricus de *Banchelshoven* curtim sive domum sitam in loco fori, quod wlgariter *Mergstat* dicitur, apud domum *Tuggwassin*, ab Ůlrico dicto *Burgar* de Sancto Gallo, qui eam proprietatis possedit titulo, pro XVII½ marcis puri et legalis argenti comparatam, ab eodem resignari et donari libere sine cuiusvis fraudis ingenio ecclesie Constantiensi maiori sub infrascriptis conditionibus procuravit, videlicet, quod ipse predictus Hainricus, *Måhthilt* uxor sua et Johannes filius eius necnon ipsorum heredes secundum geneologie successionem domum eandem nomine allodii seu feodi censualis scilicet pro dimidia libra cere singulis annis in nativitate domini persolvenda, ut ex ea candela in eadem festivitate supra maius altare beate virginis preparetur, ab ecclesia Constantiensi prefata de cetero pacifice possideant et quiete. Adiuncto pariter, quod iidem Hainricus, *Måchthilt* uxor eius et Johannes filius suus et eorum heredes iuxta sue posteritatis processum, vel etiam quicumque, ad quem vel ad quos domus sive curtis prescripta ab eisdem devoluta fuerit, locandi, permutandi, obligandi, vendendi aut transferendi eandem secundum quemcumque modum alienationis in personam aliam vel alias utriusque sexus cuiuslibet conditionis sive etiam, quicquid sibi de ipsa expedire viderint,

faciendi, nullius super hiis requirendo consensu aut licentia, plenam et liberam habeant potestatem. Ita tamen, quod ipsa ecclesia censu suo predicto in nominato termino singulis annis persolvendo quocumque casu contingente nullatenus defraudetur.

Ut autem hec in evum robur firmitatis participent inconvulsum, duo super hiis paria litterarum, quorum unum in sacrario sepedicte ecclesie Constantiensis maioris, reliquum vero apud sepius recitatum Hainricum est depositum, sunt conscripta necnon sigilli capituli Constantiensis munimine roborata. Acta sunt hec in sacrario sepefate ecclesie Constantiensis maioris anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo, decimo kal. Octobris, indictione tertia, presentibus hijs: Egelolfo de *Valkenstein*, Rûperto de *Tannenvelse* et magistro Walkone, canonicis Constantiensibus; Ůlrico de Arena, Hainrico *deme Vrien* dicto *dem Stazenâr*, Walthero de *Hoven* et Hainrico pistore de *Bůchorn* ac aliis quam pluribus. In domino feliciter. Amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 509 (alte Nr. 322), fol. 86; Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 70½.

Nr. 41.*

Heinrich Schattelhofer trägt mit Salmannenhülfe sein Haus in Stadelhofen dem Stift St. Stephan schenkweise auf und erhält dasselbe als Zinseigen gegen jährlich 2 Pfennig für sich und seine Frau zurückverliehen. Der Zins ist gegen 4 Schilling Pf. ablöslich. Der Schenkgeber und seine Frau verpflichten sich weiter, dem Stift St. Stephan zur Ausrichtung von beider Jahrzeit je 20 Schilling zuzuwenden. Konstanz, 1261, Nov. 11.

In nomine domini amen. Notum sit omnibus presentis pagine inspectoribus, quod vir discretus Heinricus dictus *Schattelhower* de Constantia domum suam || cum area et proprietate ipsius cum universis pertinentiis, proximam et adiacentem domui Ůlrici dicti *Ůbelin* pellificis in Constantia, cum suis *sallûtin* eandem proprie tatem sibi manutenentibus Ůlrico dicto Advocato et Dietrico Clipeatore, civibus de Constantia, de consensu et bona voluntate Irmingardis uxoris sue, que eandem domum possidebat eo iure, quod vulgariter *lipgedinge* dicitur, ecclesie sancti Stephani in Constantia contradidit pure et simpliciter propter deum, et eandem proprietatem Cûnradus sacerdos cellerarius dictus Carpentarius nomine capituli recepit ecclesie antedicte. Et consequenter idem Heinricus et Irmingardis uxor ipsius dictam domum et proprietatem ipsius ab ecclesia et C. cellerario sancti Stephani receperunt in feodum censuale, ita videlicet, quod singulis annis in festo beati Martini duos denarios monete Constantiensis in signum proprietatis conferant cellerario ecclesie memorate. Si vero alter eorum iubente

domino decesserit et finierit vitam suam, totum prescriptum ius transire debet ad superstitem, prout superius est expressum. Verum si idem Henricus domum suam et ius proprietatis forsan rehabere seu resumere voluerit, tenetur cellerario sancti Stephani, qui pro tempore fuerit, conferre quatuor solidos denariorum monete usualis occasione prioris census. Et idem cellerarius nomine ecclesie sine contradictione qualibet statim restituere sibi tenetur domum suam et proprietatem ipsius et illis videlicet *sallštin*, quos idem H. ad hoc sibi duxerit acceptandos, dummodo viginti solidi denariorum ab eodem H. predicte ecclesie conferantur, quod singulis annis post obitum suum eius anniversarius dies in ecclesia sancti Stephani sollempniter peragatur, si recipiatur ibi vel alias ad ecclesiasticam sepulturam. Et si iam dicta Irmingardis viam universe carnis fuerit ingressa vivente H. marito suo, idem H. pro anniversario eius celebrando viginti solidos denariorum conferre tenetur ecclesie sancti Stephani versa vice. Si autem eadem Irmingardis H. marito suo premortuo prefatam domum et proprietatam ipsius in aliquem donationis aut venditionis titulo seu alio quocumque modo transferre voluerit, solutis ecclesie Stephani et cellerario ibidem quatuor solidis denariorum, proprietas dicte domus per manum ipsius cellerarii sine contradictione qualibet libere transibit in illum, cui per sepedictam Irmingardim domus eadem vendita fuerit aut donata.

In huius itaque facti testimonium presentem litteram conscribi fecerunt et ob firmius robur eorum, que gesta sunt, sigillo capituli ecclesie sancti Stephani procuraverunt communiri. Acta sunt hec Constantie in choro ecclesie sancti Stephani, anno domini M°CC°LXI°, in festo beati Martini, indictione quinta, presentibus Ůlrico plebano ecclesie sancti Stephani et socio suo Ůl. dicto *Tuggewase;* magistro Hermanno de *Scaphusa;* Cůnr. cellerario dicte ecclesie dicto Carpentarius; Heinrico de *Wigoltingen* sacerdotibus; Ůlrico dicto retro Maccellum: canonicis ecclesie sancti Stephani; Heinrico dicto *Zwiche* diacono, C. dicto Faber subdiacono: clericis; Ůlrico dicto in Arena, Egilolfo Subscopa seniore, Symone dicto *Smerli*, Ůl. de Cella Ratolfi, Burch. de Curia et Bůrch. dicto *Strît*, C. de Ulma et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis presentibus. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Perg.-Or. GLA, V. Spec., 107. Siegel erhalten.

Nr. 42.

Das Kloster Salem erwirbt mit Salmannenhülfe schenkweise von dem Arzt mag. Ulrich von Überlingen ein Haus bei St. Johann in Konstanz, vermietet es sofort an den Schenker gegen einen jährlichen Zins von 30 Schilling, verpflichtet sich zur Verwendung dieses Zinses zu Jahrzeitzwecken sowie zu einer Verteilung von

12000 Gangfischen in der Fastenzeit an den Convent Salem, sobald durch Tod oder Verzicht des Schenkers auf sein Mietrecht das geschenkte Haus der freien Verfügung des Klosters Salem heimfällt.

Konstanz, 1261, Dez. 15.

In nomine domini amen. Omnibus presencium inspectoribus nos frater Eberhardus abbas et conventus de Salem noticiam subscriptorum. Cum futuris casibus prudenter sit occurrendum, ad cautelam eorundem opportunum est, contractus bone fidei scripturarum serie roborari. Hinc est, quod cum dilectus in Christo magister Ůlricus de *Uberlingen* medicus pro remedio anime sue ac parentum suorum nobis libere contulerit domum suam cum area et fundo sitam iuxta capellam sancti Johannis; et quia de consuetudine ita servatur, quod non licet quemlibet ad manum suam tenere iure proprietario aliquas possessiones intra muros Constancienses, nisi condicionis civium sit, ideo hii subscripti scilicet Conradus dictus *Spůlo* et Lutholdus aurifex, qui nomine suo eandem domum tenuerunt, qui vulgariter dicuntur *salliut*, una secum nobis et Walthero Johelario ministro Constanciensi, Rodolfo Johelario fratre suo, Rodolfo Johelario filio antiqui ministri et Ůlrico in Arena, qui nomine nostro racione consuetudinis ipsam tenebunt, modo debito tradiderunt. Quam domum a nobis sic possessam sibi pro annuo censu XXX[ta] solidorum usualis monete titulo locacionis contulimus. Sunt autem dicte donacioni postmodum adiecte tales condiciones de censu prenotato, scilicet ut pro singulis decem solidis anniversarium unius persone tempore suo adveniente a nobis celebretur et dicta pecunia conventui eisdem diebus cedat in solacium. Adiectum est eciam, quod pro tribus personis, postquam decesserunt sive successive sive simul, eodem modo ab ipso et a nobis fiat. Post obitum vero dicti magistri Ůlrici, vel si vivens locacioni renunciaverit, nos racione dicte domus duodecim milia piscium euncium desiccatorum annuatim conventui nostro tempore quadragesimali tenebimur ministrare, ita quod ter in septimana singulis ministrentur.

Et ut premissa maiorem obtineant firmitatem, presens instrumentum nostro ac venerabilis patris et domini nostri abbatis de Lucela sigillis duximus roborandum. Nos vero abbas de Lucela, consentientes et auctoritatem prestantes predictis, ad peticionem coabbatis nostri et conventus de Salem sigillum nostrum presenti cedule appendimus et premissa auctoritate nostra confirmamus. Actum in Constancia anno domini M°.CC°.LX° primo, XVIII kalendas Januarii, presentibus testibus subnotatis et rogatis, scilicet: Rodolfo de *Hohenegge*, magistro Walküno, magistro C. officiali, Bertholdo plebano de *Burg*, R. dicto *Tingius*, plebano de Guttingen, et magistro Alberto de *Rotwil*,

clericis, Sifrido cellerario, Ůlrico gratario et Ůlrico de *Altenowa*, sacerdotibus et monachis de Salem et aliis quam pluribus probis viris.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. I, 402 Nr. 364. ZGO 35, 102. Erwähnt: Heusler, Instit. I, 223 Anm. 21; Mone, ZGO. IV, 424.

Nr. 43.*

Bischof Eberhard II. verzichtet auf die bischöfliche Lehenherrlichkeit an zwei von dem Konstanzer Bürger Ulrich am Grieß dem Kloster Petershausen verkauften Fischenzen im Rhein und nimmt dafür vom Verkäufer dessen Haus in Konstanz als Lehen auf.

Konstanz, 1263, April 11.

Ebirhardus dei gratia Constantiensis episcopus universis Christi fidelibus presens instrumentum inspecturis salutem eternam in domino cum noticia subscriptorum. Ut insidiose malorum adinventiones contra celebrationem contractuum publicam machinantes iugiter amputentur, piorum consuevit sinceritas, suos contractus scripturarum et testium suffragiis imprimere memorie posterorum.

Ad noticiam igitur singulorum et omnium tam presentium quam postfuturorum per istarum continentiam volumus devenire, Ůlricum dictum *an deme Grieze*, civem Constantiensem, duas piscinas *ziuge* vulgariter nominatas, unam videlicet *an Schallenberge* apud modernos dictam, que tamen ab antiquis *an Strenge* fuerat nuncupata, et aliam *ze tage zuge an Grůbe* appellata, quas idem a nobis sive ecclesia nostra tenebat in feodo, dilectis in Christo . . abbati et conventui de Domo Petri, ordinis sancti Benedicti nostre dyocesis, pro novem marcis argenti nomine sui monasterii vendidisse. Sane quia in eosdem abbatem et conventum aut ipsorum monasterium a cive prefato dicte piscine titulo feodi de iure transferri non poterant, utrisque in nostra presentia constitutis, ipse Ůlricus civis prefatus pretaxatas piscinas ad manus nostras nomine ecclesie nostre libere ac spontanee resignavit, petens instanter, quod easdem prescriptis abbati et conventui de Domo Petri nomine sui monasterii cum omni iure conferre in proprium dignaremur, nobisque et ecclesie nostre pro hoc domum suam propriam *Madelstorfs hus* dictam, sitam retro macellum et contiguam domui dicte *Seåmezers*[1] in recompensationem supra nominatarum piscinarum contradidit, eandem nichilominus a nobis et ecclesia nostra in iustum feodum recipiendo. Igitur quia de nostre liberalitatis benivolentia votis petentium rationabilia cogimus inclinari, nos petitioni sepius nominati Ůlr. *an deme Grìeze* cendescendentes, sepesepius dictas piscinas prediffinitis abbati et conventui de Domo Petri nomine sui monasterii de consensu nostri capituli cum omni iure contulimus ab eisdem de cetero proprietatis titulo quiete et pacifice possidendas. Renuntiantes sine dolo et fraude qualibet tam pro nobis quam pro nostris in evum successoribus omni iuri communi vel privato, scripto seu consueto et generaliter occasioni cuicumque, per quam prefatus contractus et huiusmodi nostra donatio posset in futurum a nobis vel ab aliquo nostrorum pro tempore successorum impeti, diremi vel divelli. Super cuius contraditionis, renuntiationis ac contractus prehabiti ratificatione firmiori quam pluries memoratus Ůlricus se et suos heredes de omni impetitione, que super dictis piscinis premissis abbati et conventui ac ipsorum mo-

[1] Vielleicht auch Leåmezers; S und L unterscheiden sich in der Schrift der Urkunde nicht deutlich.

nasterio emergere posset in posterum, debere prestare warandiam per contextum presentium profitetur. Unde ne nos vel aliquis nostrorum successorum aut etiam sepissime dictus Ůlricus sive quisquam suorum heredum contra premissorum seriem in toto vel in parte alicuius occasionis pretextu venire unquam ullo tempore valeamus, presens instrumentum de consensu mutuo conceptum nostri nostreque ecclesie capituli sigillorum est caractere communitum.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M°CC°LX°III°, III° idus Aprilis, indictione VI[a], in capella sancta Margarete monasterii beate virginis Constantiensis, presentibus Cůnrado preposito, Berhtoldo decano Constantiensi, Waltero sancti Stephani, Liutoldi Episcopalis celle ecclesiarum prepositis, Berhtoldo thesaurario, Ebirhardo de *Winterstettin*, Hainrico de *Clingenberc*, Baldebrehto de *Anewilår*, magistro Hermanno de *Schafusa*: canonicis Constantiensibus; Burchardo de *Hohenvelse*, Berhtoldo de *Wildenvelse*, magistro Ůlrico de *Hiltelvingen*, Waltero de *Kirchain*: clericis; Hainrico de *Ravenspurch*, Friderico de *Sumeröwe*, Alberto et Cůnrado fratribus carnalibus de Castello: militibus; Cůnrado de *Ůbirlingen*, Gerungo dicto *Zwzo*: scolaribus; Waltero Johelario, Růdolfo fratre suo, Ůlrico dicto *Ubeli*: civibus Constantiensibus; Marquardo de Castello, Gerungo dicto *vor Want*, Berhtoldo dicto *Kiesår* et aliis quam pluribus. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Or. Stadtarchiv Überlingen. Kasten VII, Lade 9, Nr. 2292. Siegel fehlen. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2080.

Nr. 44.*

Der Domherr und Chorherr von S. Stephan in Konstanz, Magister Hermann von Schaffhausen, vermacht das von ihm besessene, dem Stift S. Stephan zinsbare Haus neben dem Pfarrhof von S. Stephan seinen beiden Neffen, den Scholaren Walther und Hermann, und bestimmt, daß nach deren Tod oder Verzicht das Haus als Klaustralhof an einen älteren Priester-Chorherrn des genannten Stifts gegen Übernahme gewisser gottesdienstlicher Verpflichtungen fallen solle. Der Aussteller trifft weiter Bestimmungen darüber, daß das Haus dem von ihm bestimmten Zwecke nicht entfremdet werde.

[Konstanz], 1263, Oktober 3.

In nomine domini amen. Ne rerum dubii[1] eventus statuta salutaria et ordinationes pias valeat immutare, expedit, ea litterarum testimoniis confirmari. Igitur presentes noverint et futuri, quod magister Hermannus dictus de Scafusa, maioris et sancti Stephani ecclesiarum canonicus, de domo sua sita immediate iuxta domum plebani sancti Stephani, dicte ecclesie ac nepotibus suis Walthero et Hermanno scolaribus cupiens utiliter providere, statuit sano usus consilio, ut eandem pro tempore vite sue possideant salvo jure ecclesie circa censum usque nunc solutum, ita quod eandem nec vendere nec in aliquem transferre debeant nisi forte ius suum in aliquem canonicum transferre voluerint, si viderint expedire, et quod eandem non locent tabernario vel generali hospitum receptori vel alicui fornicarie cohabitanti, et quod eis cedentibus vel decedentibus eadem domus cum onere suo transeat ad sacerdotem canonicum antiquiorem in perceptione prebende, quod per singulas successiones statuit observandum, et quod idem in se et in familia honestam habeat conversationem nec eandem locet alicui honestatem ecclesie aut personarum deformantem, sicut superius est specificatum. Si vero idem sacerdos, ad

---

[1] So die Vorlage. ‚Dubius' wäre verständlicher.

quem dicta domus transierit, aliam ab ecclesia habeat, in eius optione existat, ut ipsam personaliter inhabitet, alioquin ad eum, qui[2] post eum antiquior fuerit, devolvatur, eius contradictione seu [voluntate contra non] obstante, quod per singulas successiones debet etiam observari. [Qui possessor, si alias] inhabitator fuerit, singulis diebus ipsius magistri Hermanni et parentum suorum commemorationem facere debet et in qualibet feria [secunda] missam [pro defunctis] pro ipsorum salute animarum, si reproborum effugere voluerit maledictionem, cum ad premissorum omnium quolibet ante introitum iuris sui circa dictam domum coram capitulo cautione iuratoria prestita debeat obligari.[3] Et ne testatoris voluntas circa observationem omnium articulorum prescriptorum in parte aliqua possit aut valeat defraudari, omnis possessor diete domus, ne contra ordinationem antedictam veniat aut transgressor temerarius existat, per cellerarium ecclesie, qui pro tempore fuerit, ad iussum maioris et sanioris partis capituli artari debet, ut universa et singula supradicta fideliter observet, si dictam domum voluerit inhabitare. Si vero monitus infra spatium VII dierum se non correxerit cum effectu, cellerarius eandem locandi alteri secundum formam prehabitam liberam habeat facultatem.

Et ne processu temporis malignorum presumptio, que rem gestam non gestam asserit, valeat infirmari, presens scriptum venerabilis in Christo E. Constant. episcopi et nostri capituli sigillorum testimonio extitit communitum. Acta sunt hec anno domini M° CC° lxiii°, quinto nonis Octobris, ind. septima.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. Nr. 585 (alte Nr. 340 zz.) f. 99. Bemerkung [circa 1420]: Instrumentum super curia domini Conr. Spekh.

Nr. 45.*

Das Stift S. Stephan in Konstanz überträgt ein ihm eigentümlich zugehöriges Haus neben dem Kirchhof von S. Stephan an Wernher den Apotheker, wogegen dieser mit Zustimmung seiner Frau und seiner Salleute die Verpflichtung übernimmt, von dem ihm so übertragenen wie auch von seinem eigenen anstoßenden Hause dem Stift einen Erblehenzins von 25 Schilling Pf. jährlich zu entrichten. Konstanz 1264, Januar 21.

In nomine domini amen. Noverint universi, quod nos provida deliberatione inspecta, sperata utilitate ecclesie nostre, || ut futuris dampnis, periculis et insperatis eventibus caveatur, domum quondam Alwici fabri et Adilhaidis et Willibirgis filiarum eius, sitam inmediate iuxta domum Wernheri Apotecarii iuxta cimiterium sancti Stephani, cuius proprietas nobis pleno iure spectabat, magistro Wernhero supradicto contulimus omne ius, quod nobis in eadem conpetebat, in ipsam totaliter transferentes. Et ipse in reconpensationem eiusdem domus proprie domui sue et prenotate, quam sibi contulimus, sponte imposuit XXX^ta V sol. denariorum monete usualis et approbate heredum, uxoris sue et *salliútorum* voluntate et consilio accedente, quos certis

---

[2] Diese und die folgenden Stellen in eckigen Klammern sind durch Wasserfleck teils verderbt, teils völlig unleserlich.

[3] Vorlage hat obligare.

terminis videlicet in ieiuniis quatuor temporum tenetur dare ecclesie antedicte, ita quod in quolibet termino novem sol. minus tribus denariis persolvat ipse vel qui fuerit possessor domuum antedictarum, nullo dampno occasione vigiliarum, exactione civium vel episcopi seu stiura regum vel aliorum, structura vel reparatione domuum seu incendii seu alia vastatione ecclesie conputato, quocumque casu contingente, donec in areis vel aliis possessionibus tantundem pecunie ad arbitrium Hainrici cellerarii, Růdolfi Jôhilarii canonici ecclesie supradicte et Waltheri Jôhilarii civis Constantiensis assignarit. Si vero aliquis predictorum arbitrorum discesserit, alter in locum suum ad arbitrium parcium assummatur. Et si eciam, quod absit, dictis domibus per incendium vel alias devastatis, aree non possint comode aut utiliter inhabitari, qui possessor vel possessores earum fuerint, ad plenum censum et premissa omnia teneantur. Et si moniti infra tres menses premissa expedire non attenderint cum effectu, cadere debent a iure suo et proprietas utriusque domus vel arearum cedere debet cum omni iure suo ecclesie memorate.

Presens scriptum venerabilis in Christo E. Constantiensis episcopi necnon nostri capituli et magistri Wernheri Apotecarii sigillorum testimonio extitit communitum. Acta sunt hec ante dictam domum, cuius rei testes sunt: Ul. plebanus sancti Stephani, Hainricus cellerarius et R. Jôhilarius canonici ecclesie supradicte; magister Cůnradus dictus *Spůl;* R. dictus *Sleht;* Waltherus Jôhilarius; Ůlricus monetarius; Hainricus Sub scopa; Hainricus *Azzo;* Hainricus dictus *Oxtspurger;* Ůlricus Rasor. Anno domini millesimo ducentesimo LX°IIII°, XII° kal. Febr. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 153. Siegel erhalten. Rückvermerk: Der Stockrúmlinen hus vor sant Steffen am ort gelegen, git 1 ū XV ß den. zins; zum Ritter genannt. [14./15. Jh.] Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2092.

Nr. 46.*

Die Konstanzer Bürger R. Jocheler und H., Sohn des Ebernand, empfangen von Mathild Voglerin und deren Bruder Martin ihr Haus in treue Hand, mit dem Geding, nach dem Tode der beiden dasselbe zu Gunsten des Franziskanerklosters zu veräußern. Die Treuhänder verleihen das Haus sofort wieder an die beiden, Mathild und Martin, auf Lebenszeit gegen einen Rekognitionszins von jährlich 2 Pf. Vgl. Nr. 27. Konstanz, 1264, Juni 27.

Universis hanc paginam inspecturis R. dictus Jôhelärius et H. filius Ebernandi, cives || Constantienses, notitiam subscriptorum. Noverint omnes et singuli, quos nosse fuerit opportunum, quod dum Mathildis filia Berthe dicta *Vogelarin*, et Martinus frater eius domum ipsorum sitam in vico qui Mauritii dicitur, in nostris manibus tali respectu dedissent, quod nos nostrique successores post mortem

eorum pretium, quo domus ipsa vendi potuerit, in utilitatem domus fratrum minorum in Constantia convertere deberemus. Ita etiam, quod eadem domus religiosis aut alias honestis vendatur et aliquid infra marcam de iusto pretio dimittatur. Nos versavice domum ipsam dictis Martino et Mathildi sub censu annuo concedimus pro tempore vite utriusque, duobus videlicet denariis in festo sancti Johannis Baptiste annis singulis persolvendis, hoc etiam adiicientes in pacto, quod si Mathildis predicta ab aliqua religione se transtulerit, vel paupertatis ei necessitas ingruerit, ipsa de domo predicta possit et debeat, quicquid voluerit, ordinare.

Ut autem hec omnia et singula maneant illibata, hanc paginam exinde conscriptam sigillorum domus fratrum minorum predictorum ac civitatis Constantiensis munimine roboramus. Actum Constantie anno domini M°CC°LXIIII°, quinto calendas Julii, indictione septima.

Ungedruckt. Or. fehlt. Papier-Copie [18. Jh.] GLA. V. Spec. 153. Rückvermerk: Haus im Moritzigäble, betrifft den Umlauffgarten.

Nr. 47.*

Das Stift S. Stephan verleiht ein Haus in der Amelungsgasse als Erblehen an Gottfried Baumhart und Konrad Herburg sowie beider Frauen und Nachkommen gegen jährlich 24 Schilling Pf.

Konstanz 1266, Februar 10.

Notum sit omnibus presentis littere inspectoribus, quod nos capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis domum nostram cum area ipsius, sitam in vico qui dicitur *Amulungisgasse*, quam antea Hainricus filius Egiberhti iure proprietario possidebat, que nunc nobis nostreque ecclesie iure proprietatis noscitur pertinere, Gotfrido dicto *Bomhart*, Mâchthildi uxori sue, Conrado dicto *Herburch*, Adelhaidi uxori sue et iustis heredibus suis per manum Conradi sacerdotis cellerarii nostri sub annuo censu videlicet XXIV sol. monete usualis nobis singulis annis persolvendis in feodum concessimus perpetuo possidendam. Tali pacto interveniente, ut iidem G. et C. vel heredes ipsorum in nativitate beati Johannis baptiste octo sol., in festo omnium sanctorum octo sol. et festo beati Gregorii octo sol. den. legalium cellerario ecclesie nostre, qui pro tempore fuerit, dictum censum ministrent et assingnent. Et quamdiu domus eadem per incendium consumpta non fuerit, summa prelibata eo numero et ordine in antedictis terminis ecclesie nostre inviolabiliter persolvatur. Si vero, quod absit, prelibata domus per incendium fuerit consumata, possessor vel possessores eiusdem de area solvet decem sol. den. annis singulis terminis prenotatis, nullo dampno de exactionibus civium ecclesie conputato. Hoc adiecto, si memorati G. et C. vel heredes

ipsorum in solutione prelibati census in unico termino superius assingnato post spatium septem dierum negligentes fuerint et remissi, nisi legitima necessitate prepediti, domus ipsa vacabit extunc ecclesie nostre libera et soluta sine defensione et exceptione ipsam pro tempore possidentium. Sic videlicet, ut uterque predictorum et eorum uxores et successores eorundem, ad quos sine preiudicio capituli devolvi et transire potuerit et debet, in solidum ad omnium prescriptorum quoad summam, numerum et solutionis terminos teneatur. Si vero predicti G. et C., summa et legitima necessitate cogente, domum eandem vendere proposuerint, primo nobis ipsam pre ceteris exhibeant conparandam et in valore pretii, quo vendi potest, tenentur quinque sol. relaxare. Quam si comparare noluerimus, vendendi ipsam persone, que fuerit in eadem habilitate . . .[1] sicut ipsi sunt, sine contradictione qualibet liberam eis concedimus facultatem in eodem tamen jure, prout est superius enarratum. Propterea dictum est, quod nos proprietatem antedicte domus nostre non debemus per venditionem ab ecclesia aliquatenus alienare, sed censum eiusdem antea prescriptum possemus, si voluerimus, vendere vel ad utilitatem ecclesie permutare. Repromittimus etiam, sepefatos G. et C. vel heredes ipsorum a stipendio, quod cives Constantienses occasione prelibate domus forsan requisierint et pignora receperint, sine danpno (!) esse ipsam inhabitantis vel inhabitantium, eadem pignora liberare.

In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et ob firmius robur eorum, que gesta sunt, sigillo capituli nostri procuravimus communiri. Acta sunt hec Constantie in ecclesia santi Stephani anno domini M°CC° sexagesimo sexto, quarto ydus Febr., indictione nona, presentibus Ůlrico plebano ecclesie sancti Stephani, C. sacerdote cellerario ecclesie nostre et aliis quam pluribus presentibus. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. Nr. 585 (alte Nr. 340 zz), f. 97[1] 2. Bemerkung [circa 1420]: Instrumentum de domo et area in Amlungisgasse . . ., quam domum nunc possidet Schallenbri.

Nr. 48.*

Der Domscholaster Burkhard [von Zofingen] schenkt seinen Hof im Tümpfel mit Zubehör dem Domkapitel, damit dieses ihn als Wachszinsgut der Priorin und dem Konvent genannt an der Mauer gegen jährlich ein Pfund Wachs übertrage. Konstanz 1266, Juli 31.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Ut a futuris dispendiis zelo concepta pietatis provide | conserventur, expedit ea memorie commendata scriptis roborari. Noverint igitur presentes || et posteri, quod discretus vir magister Burchardus scolasticus ecclesie Constantiensis, archidiaconus per Burgundiam, non solum de presenti cogitans, sed de futuro cautius inquirens, domum suam in civitate

[1] Wasserfleck. Es schimmert ein Wort durch wie ‚existens‘.

Constantiensi in [1] loco qui dicitur *Tamphel* sitam cum suis appendiciis, curte, curia et horto, cuius ante ius proprietatis contulerat ecclesie maiori, retenta sibi potestate, quod de ipsa domo posset ordinare ad obsequium dei, quod sibi videretur expedire, nunc dei motus spiritu, divini cultus augmentum procurare sollicitus, domum sepedictam sororibus priorisse et conventui, que dicuntur *an der mure* et eis succedentibus omnibus et singulis deputavit tenendam ab ipsa maiori ecclesia seu capitulo pro annuo censu, una libra cere videlicet persolvenda, predicto scolastico, qui sibi domus usufructum retinuit, cedente vel decedente, certa forma infranotata possidendam. Placuit autem et est conventum, ut diete sorores et eis succedentes pro tempore post ipsius cessionem vel mortem scolastici curiam ipsam inhabitent iugiter ibidem deo famulantes et pro ipso ac suis parentibus, fidelibus omnibus, vivis atque defunctis, sinceris affectibus dei misericordiam invocantes, nec ad usus alios domus ipsa possit ullo tempore quolibet ingenio devenire, nec liceat ipsam domum vel aliquid de pertinentiis vendere, permutare aut aliquomodo distrahere in parte vel in toto, sed ipsa curia locus claustralis permaneat semper religiosorum collegio quasi dedicatus et in perpetuum divinis laudibus venerandus. Quod si contra hanc salubrem ordinationem ventura fuerit aliquo modo, eo ipso dictis sororibus seu collegio privatis iure habito, domus ipsa cedat capitulo absque cuiuslibet contradiccione memorate, liberamque facultatem habeat disponendi de ipsa, quod ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis sue genitricis Marie iuxta desiderium ipsius scolastici complendum efficaciter magis debeat provenire, maxime cum omnia sint nutu et auctoritate venerabilis patris E. dei gratia Constantiensis episcopi ac ipsius consensu capituli ordinata provide et statuta.

In cuius facti evidentiam presens instrumentum est confectum et sigillis predictorum ipsius domini episcopi, capituli et sepedicti scolastici roboratum. Testes: H. decanus, G. prepositus maioris ecclesie, Ber. custos, H. prepositus sancti Stephani, L. prepositus Episcopaliscelle, magister Walcho, magister Albertus de *Phin*, Rûpertus de *Tannenvels:* canonici Constantiensis ecclesie; Ůlricus de *Berge*, Ber. et Cunradus fratres de *Anwille* milites; Cůnr. dictus *an der Metzie*, C. et H. fratres dicti *Spůln*, C. et H. fratres dicti de *Tettikoven*, H. dictus der *Frie*, C. dictus der *Schatz*, H. dictus *Tuggewais*, Ůlr. dictus *Bizzinhover*, Ůlricus dictus *Phefferhart*, C. dictus *hern Azzen*, Hugo dictus *der Gůte* et alii quam plures. Item C. de *Bissinhovin* sacerdos. Datum et actum Constantie anno domini M°CC°LXVI^to^, pridie kalendas Augusti, indictione nona.

Ungedruckt. Or. Archiv des Lehrinstituts Zofingen in Konstanz. Siegel erhalten. Abschriften GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 63; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 73½. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2132; Eiselein in Mittlgn. der bad. hist. Kom. Nr. 10, Seite 80.

Nr. 49.

Bischof Eberhard II. verleiht dem neugegründeten Chorstift S. Johann die Freiheit, ohne Salmannen freien Grundbesitz in der Stadt Konstanz zu erwerben. Konstanz 1268, Dezember 27.

E. dei gratia Constantiensis episcopus dilectis in Christo . . preposito totique capitulo ecclesie S. Johannis Constantiensis salutem || et perpetuam in domino karitatem. Cum in privilegiis vestris libertas, quam

[1] Fehlt in der Vorlage.

habet ecclesia sancti Stephani, vobis sit collata, || et propter hoc necesse non sit, si alique domus vel possessiones in civitate Constantiensi site ecclesie vestre donentur vel alias in ipsam transferuntur, que proprie sint vel nulli alii censuales aut ratione feodi pertinentes, quod nullum habeat ecclesia vestra *salmannum* necessarium, sed vos ipsas ratione ecclesie vestre valeatis libere et licite recipere et perpetuo possidere: nos donationem vobis et ecclesie vestre de domibus dilecti in Christo magistri H. de Capella concanonici vestri et Cůnradi dicti Stiere iuxta ecclesiam vestram versus occidentem unam et in vico versus pontem Reni altera sitis et in ecclesiam vestram sub certa forma translationem factas de dictis domibus, presentibus approbamus, concedentes et volentes, hanc approbationem nostram iure et licite factam et in similibus donationibus vel translationibus in ecclesiam vestram factis et faciendis esse perpetuo duraturam.

In huius ratihabitionis seu approbationis nostre testimonium presentes litteras vobis concedimus sigilli nostri robore communitas. Datum Constantie in die beati Johannis apostoli et evangeliste anno domini M°CC°LX°VIIII°, ind. XII., pontificatus nostri anno vicesimo primo. Este sui memores Hainrici posteriores.

Or. GLA. V, Spec. 221. Siegel beschädigt. Druck: Neugart-Mone, Ep. Const. II, 643, Nr. 56. Regest: Regg. ep. Const. 2197 und 2219 [falsch datiert].

Nr. 50.

Der Konstanzer Amman Rudolf [Jocheler] urkundet, daß der Konstanzer Bürger Ulrich Reinstuder sein Haus mit Hofstätte in der Rindgasse dem Kloster Salem geschenkt und dessen Salleuten übereignet, daran jedoch seiner Ehefrau Mechthild das Leibgedingsrecht vorbehalten habe.

Konstanz, 1269 o. T.

Omnibus hanc paginam inspecturis Růdolfus, minister civitatis Constantiensis, rei geste noticiam cum salute. Tenore harum pateat universis, quod cum Ůlricus dictus *Reinstuder*, concivis noster, anime sue suorumque parentum salutem respiciens et profectum, de consensu Methildis uxoris sue ac omnium, quorum intererat, domum suam cum area et omnibus suis appendiciis sitam vulgariter *in der Rintgassun*, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem suoque monasterio, iure illo, quod vulgariter dicitur *sâl*, dominum Ůlricum in Arena et nepotem meum, dominum Růdolfum dictum *der Slehtin* pro illis, qui dicuntur *sallût*, publice eligendo donaverit et tradiderit libere possidendam, illa condicione prehabita, ut dicta matrona suam ipsam domum iure, quod vulgariter dicitur *libgedinge*, possideat pro tempore vite sue. Postmodum prelibata matrona sua, cum coram civitatis Constantiensis civibus in iudicio presiderem, pro habundantiore

cautela in eodem iudicio predicta omnia, prout premissa sunt, protestabatur publice esse vera.

Actum apud Constantiam in iudicio supradicto anno domini M°CCLXIX, subnotatis testibus presentibus et rogatis videlicet . . dicto *Stazmer*, . . dicto *Schallinberc*, Ůl. Nigro, Ůl. filio Clipeatoris, cellerario de *Harprehtiswiler*, Jacobo dicto *Muteriler* et Hainrico de *Horin*, Cunrado de Venetiis. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillo universitatis nostre munitam ipsis porrexi pro testimonio et cautela

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal., II, 25, Nr. 444; ZGO, 37, 157.

Nr. 51.*

Bischof Eberhard II. gestattet dem Priester Heinrich Wäfenlin, Kaplan des S. Johannesaltars im Münster, das von ihm seiner Pfründe geschenkte Haus beim Münster, welches er von Hugo von Almansdorf für 6½ Mark gekauft und mit vielem Aufwand hatte herstellen lassen, mit einer Rente von 4 Schilling Pf., zahlbar durch den jeweiligen Pfründinhaber, zu Jahrzeitzwecken zu belasten. Konstanz 1269, Januar 10.

Eberhardus dei gracia Constanciensis episcopus universis presencium seriem inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem. Circumspectorum requirit discretio, quod peticiones sibi de causa racionabili porrectas optato recipiant cum effectu. Quapropter cum Hainricus sacerdos dictus Wäfenlinus, altaris sancti Johannis evangeliste in monasterio ecclesie nostre maioris a nobis fundati seu dotati officiator, qui ad idem altare domum ab uno latere vie, per quam de curia nostra in Constancia itur ad monasterium, finitimam, ab alio curie claustrali domini Ber. de *Bussenanch* ecclesie nostre canonici contiguam, ob reverenciam eiusdem beati Johannis ewangeliste suorumque remissionem peccaminum a Hugone de *Allmenstorff* pro VI marcis et dimidio ponderis Constantiensis, sicut in instrumento super hoc confecto continetur plenius, comparavit, ad edificacionem domus eiusdem expensas largas de propriis facultatibus postea faciendo, a nobis petierit humiliter ac devote, quod sibi, ut dicte domui peccuniam aliquam tam a se quam in evum suis successoribus, ad quos eadem devoluta fuerit, pro anniversariis sui patrisque et matris sue, cum inciderint, celebrandis solvendam imponere posset, de nostre libertatis gracia concedere dignaremur. Nos peticionem tam honestam necnon adeo de racionabili causa nobis porrectam effectu optato persequi cupientes, prefato H. sacerdoti, quod ipse quivisque pro tempore suorum successorum de prescripta domo ad eos ex collacione predicti altaris beati Johannis ewangeliste, cui eadem pertinet, devolvenda in die anniversario sui ipsius XVI denar. et patris sui XVI, matrisque sue XVI post obitum eorundem octo sacerdotibus, puta altaris sancti Conradi, sancti Ůlrici, sancti Petri, sancte crucis, et capelle sancte Marg[a]rethe infra monasterium ecclesie nostre, necnon capellarum sancti Mauricii, sancte Katherine et sancti Petri extra monasterium pro commemoracione animarum suarum cum missa pro defunctis equaliter parciendos ex nunc in evum annis singulis solvere teneantur, tam pro nobis quam pro nostris perpetuo successoribus de gracia speciali presentibus duximus concedendum. Statuentes, si quisquam, ad quem

prefatam domum ex collacione altaris multociens recitati beati Johannis evangeliste devolvi contigerit, peccuniam prenominatam prelibato modo de eadem solvere recusaret, quod coram ecclesie nostre decano, qui pro tempore fuerit, super hoc conveniri et ab eodem ad solucionem plenariam per censuram ecclesiasticam debeat coartari.

Et ne nos aut aliquis nostrorum vel eciam sepius dicte domus successorum umquam ullo tempore contra pretaxate eiusdem nostre concessionis formam venire aliqualiter valeamus, hoc instrumentum super eo conscribi fecimus necnon nostri dictique decani sigillorum robore communiri. Datum Constancie anno domini M°CC°LX°IX°, IIII° idus Januarii, indictione XIII[a].

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 512 (alte Nr. 325) f. 44. Randbemerkung: IV. sol. den. de domo primissarii. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2199.

Nr. 52.*

Das Domkapitel genehmigt die von dem Domherrn Rupprecht von Tannenfels vorgenommene Verleihung zweier Häuser mit Hofstätten bei der S. Johannkirche, Klaustrallehen des genannten Domherrn, als Zinseigen gegen einen jährlichen Zins von 10 Schilling Pf. Beliehen werden Peregrinus Schonenstand und mag. C. Amman. Konstanz 1269, Februar 11.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis C. dei gratia prepositus, H. decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis || rei geste noticiam cum salute. Cum labilis sit hominum memoria, earum gesta litteris solent inseri, ut sic possint || humanis temporibus perennari. Noverint igitur universi, quod dilectus in Christo Rûpertus de *Tannenvelse* noster concanonicus duas domos et areas earundem ad ecclesiam nostram spectantes ante domum lapideam ecclesie sancti Johannis, que quondam fuerant C. dicti Owarii, sitas et a Hugone filio suo in personas discretorum virorum Peregrini dicti *Shonenstant* et magistri C. dicti Ministri, quondam magistri Bur., rite translatas cum omni iure concessit P. et C. predictis ipsorumque in eisdem domibus et areis heredibus seu successoribus nostro consensu unanimi accedente prò censu decem solidorum in festo beati Michahelis sibi suisque successoribus anno quolibet persolvendo. Et prefatis P. et C. et eorum successoribus licitum est, easdem domos seu areas quocumque alienationis genere in aliam vel alias personas transferre, salvo tamen censu prenotato, qui, ut dictum est, predicto Ruperto et eius successoribus persolvatur. Recipientes etiam easdem domos seu areas sibi vel suis successoribus dimidium quartale vini nostre terre persolvant, quociènscumque in personam seu personas alias transferrentur. Et si forsan dictus Rûpertus vel successorum suorum quisquam dictam translationem seu contractum factum tunc ratum habere noluerit aut protraxerit seu vinum dictum recipere recusaverit ullo casu, dicto vino ad curtes ipsas deposito contractus habitus seu translatio

facta nichilominus teneat ipso facto, ita, quod dicte persone, in quas dicte domus translate fuerint, nullo tempore ultra id, quod prescriptum est, valeant aliquatenus ab aliquo inpugnari, etiam si ante contractum huiusmodi dominus non fuerit requisitus. Nec opus erit deinceps has litteras seu ordinationem nostram presentem a quoquam perpetuo innovari, cum eas augmentatione census iam facta et utilitate ecclesie pensata exnunc esse velimus perpetuo valituras.

Ne autem factum huius possit in posterum cavillari et ut eisdem litteris plena valeat adhiberi[1], ipsas sigillorum nostrorum fecimus munimine roborari. Datum et actum Constantie, III idus Febr., anno domini M° cc° LXIII°, indictione XII^a.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 180. Siegel fehlen.

Nr. 53.*

Das Chorstift S. Stephan verleiht eine Hofstätte in der Brodlaube als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Pfund und 3 Pfennig an den Bäcker Heinrich von Geboltshausen. Konstanz 1269, April 11.

In nomine domini amen. Ut futuris periculis et dispendiis parcium caveatur, que geruntur, scriptuarum solent serie annotari. || Presentes igitur noverint et futuri, quod Hainricus pistor, dictus de *Gêbolshusen* aream suam *in der Brotlôbun* a capitulo || ecclesie sancti Stephani in Constantia pro se suisque heredibus pro annuo censu videlicet una libra denariorum et tribus denariis recepit tali scilicet conditione, quod illo censu in quatuor partes diviso in jeiunio quatuor temporum singulas quatuor partes ecclesie sancti Stephani conferat et persolvat. Et si in aliquo jeiunio quatuor temporum idem census solutus non fuerit, statim dominica sequente capitulum supradictum de domo in ipsa area constructa ipso iure extunc vacante ordinandi et faciendi, quod voluerit, sine contradictione qualibet liberam habeat facultatem. Hoc adiecto, quod domum in eadem area constructam possit vendere cuilibet ei in conditione et statu simili, a quo idem capitulum predictum censum sibi reputaverit et recognoverit esse salvum iuxta conditiones superius nominatas. Imponentes nichilominus, ut quicumque eandem domum comparaverit, per manum . . cellerarii sancti Stephani, qui pro tempore fuerit, infeodetur et eidem . . cellerario unum quartale vini huius terre de meliori ab eodem emptore ministretur.

In cuius rei testimonium presens instrumentum super hoc est conceptum et sigillo capituli supradicti robore communitum. Testes sunt hii: Manegoldus plebanus, magister Albertus de *Phine*, Ůl. *Tuggewas*, Rûd. Jôhelarius, Cůnradus cellerarius dictus *Under*

---

[1] Hier ist wohl «auctoritas» versehentlich ausgelassen.

Scophe, Walterus de Scafusa, Ů l. dictus *Spůl* et Walterus de *Miulhain*: canonici ecclesie supradicte. Datum et actum Constantie anno domini M°CC°LXIX°, III idus Aprilis, indictione XII[a].

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 107. Siegel fehlt.

Nr. 54.*

Das Chorstift S. Stephan verleiht eine Hofstätte in der Brodlaube an Konrad Häldi auf Lebenszeit bezw. als Erbleben an ihn selbst, seine zweite Ehefrau und deren Erstgeborenen gegen einen jährlichen Zins von 25 Schill. Pf. (für ein Vorhöfchen sind weitere 5 Schilling Pf. zu entrichten). Der Beliehene verpflichtet sich, auf der Hofstätte ein Haus mit einem Aufwand von 20 Pfund Pf. zu erstellen. Das Chorstift übernimmt Jahrzeitverpflichtungen. Vgl. Nr. 77.

Konstanz 1269, April 11.

In nomine domini amen. Ut futuris periculis et dispendiis partium caveatur, que geruntur, scripturarum solent serie annotari. Presentes igitur noverint et futuri, quod Conradus dictus *Håldi* aream sitam *in der Brötloben* pro viginti et quinque sol. den. Const. nomine census annis singulis in quatuor temporibus jeiunii quatuor temporum persolvendis a capitulo ecclesie sancti Stephani in Constantia pro se et uxore sua recepisset. Promisit in edificationem domus in ipsa area construenda, quod wlgariter dicitur *murwerch*, expendere viginti libras Const. Et quandocunque ipse et uxor eius predicta decesserint, tunc dicta domus et area ad ecclesiam sancti Stephani absolute et libere pertinebunt. Si vero aliam uxorem duxerit et ex ea filium vel filiam unum vel plures susceperit, primogenitus tum, sive sit filius sive filia, cum iam dicta matre sua domum et aream pro censu huiusmodi possidebit, aliis quibuslibet heredibus nichilominus sibi iuris vendicantibus in eisdem. Quocunque autem tempore sabbato jeiunii quatuor temporum dictus census solutus non fuerit, capitulum dominica sequenti de domo et area vacantibus ipso jure faciendi et ordinandi, quod voluerit, sine contradictione qualibet liberam habet facultatem. Et si supradictum Conradum vel uxorem suam aut primogenitum suum ius in prefata domo habentem vel habentes domum ipsam pro suis necessitatibus vendere contingerit[1], dimidiam partem pretii, quod alibi habere possent, sicut ab ecclesia recepturi. Item de anteriori area cum supradictis conditionibus et terminis prefatis debet solvere tres sol. annuatim. Si autem, ut premissum est, aliam uxorum duxerit, illa cum suo primogenito vel sua primogenita per manum cellerarii, qui pro tempore fuerit, debent de eadem domo infeodari, et tenentur eidem cellerario

---

[1] Die in Abschrift überlieferte Urkunde ist hier offenbar verstümmelt. Es scheint eine Zeile ausgefallen zu sein, etwa des Wortlauts: «prius capitulo ecclesie S. Stephani offerant».

unum quartale vini Alsatiensis ministrare. Dictum est insuper et ordinatum, quod postquam sepedictus Conradus Häldinus et uxor sua viam universe carnis fuerint ingressi, capitulum ecclesie sancti Stephani tenebitur anniversarium eorundem de predicta domo perpetuo celebrare.

In cuius rei testimonium presens instrumentum super hoc est conceptum et sigillo curie Constantiensis robore communitum. Testes sunt hii: Mangoldus plebanus, magister Alberchtus de *Phine*, Ŭl. *Taggewase*, Rud. Johilarius, Conradus cellerarius dictus *Underschophe*, Waltherus de Scafusa, Ůlr. *Spål* et Walther de *Målhain*, canonici ecclesie supradicte. Datum et actum Constantie anno domini M°CC° sexagesimo nono, tertio idus Aprilis, indictione duodecima.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz) f. 94.

Nr. 55.*

Das Chorstift S. Stephan verleiht an den Schuhmacher Konrad Barlays ein Haus in der Brodlaube als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 22 Schilling Pf. Konstanz, 1269, April 11.

In nomine domini amen. Ut futuris periculis et dispendiis partium caveatur, que geruntur, scripturarum solent serie annotari. Presentes igitur noverint et futuri, quod Conradus dictus *Barlays* sutor domum suam sitam *in der*[1] *Brötloben* a capitulo ecclesie sancti Stephani in Constantia pro se suisque heredibus pro annuo censu videlicet viginti et duobus sol. Const. recepit tali scilicet conditione, quod illo censu in quatuor partes diviso in ieiunio quatuor temporum[2] idem census solutus non fuerit, statim dominica sequente capitulum supradictum de ipsa domo ipso jure extunc vacante ordinandi et faciendi, quod voluerit, sine contradictione qualibet liberam habeat facultatem. Si vero, quod absit, prelibata domus per incendium fuerit consumpta, predictus Conradus vel sui heredes aliam domum ibidem, si voluerint, construent, et de ipsa decem sol. solvent annuatim terminis et condicionibus prenotatis. Si autem edificare noluerint, capitulum sepedictum ibidem edificabit et ordinabit sine contradictione qualibet, quod sibi videbitur expedire.

[1] Die Vorlage (Kopie des 15. Jhs.) hat hier das unverständliche «ante illem». Die Coniunctur «sitam in der» ergiebt sich aus dem Vergleich mit den beiden, vom selben Tage datierten, vorausgehenden Urkunden.

[2] Der Abschreiber überspringt hier eine Zeile des Originals, wie der Vergleich mit Urk. Nr. 53 ergiebt. Das Versehen wurde durch das zweimalige Vorkommen der gleichlautenden Worte «quatuor temporum» veranlaßt. Die ausgefallene Zeile lautete: «singulas quatuor partes ecclesie sancti Stephani conferat et persolvat. Et si in aliquo jeiunio quatuor temporum . . .»

In cuius rei testimonium presens instrumentum super hoc est conceptum et sigillo capituli supradicti robore conmunitum. Testes sunt hii: Manegoldus plebanus eiusdem ecclesie, magister Alberhtus de *Phine*, Ůlr. dictus *Tuggwas*, Růd. Jŏhelarius, Con. cellerarius dictus *Under schophe*, Waltherus de Scafusa, Ůlr. dictus *Spål*, Waltherus de *Múlhain:* canonici ecclesie supradicte. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° sexagesimo nono, tertio idus Aprilis, indictione duodecima.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Cop.§Nr. 585 (alte Nr. 340) zz. f. 96.

Nr. 56.*

Das Domkapitel genehmigt, daß der Zins von 14 Schilling Pf., welchen es von einer von Ritter B. von Anweil dem Kapitel vormals geschenkten, und von diesem an Heinrich von Frauenfeld als Zinseigen verliehenen Hofstätte in der Predigergasse bisher bezog, nach Erbauung zweier Häuser auf dieser Hofstätte durch die Berechtigten, auf die beiden Häuser entsprechend verteilt wird, so daß das größere Haus in Hinkunft jährlich 8 Schilling, das kleinere 6 Schilling Pf. zu entrichten hat. Konstanz, 1269, Juni 24.

C. prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis tenore presencium liquere volumus universis, quod nos communi consilio aream unam sitam in vico fratrum predicatorum vacuam, id est non habentem edificia, quam olim B. miles de *Annewiler* donavit ecclesie nostre, fratri Hainrico dicto de *Vrowenvelt* dedimus iure hereditario in perpetuo possidendam, ita quod inedificaret eam et quatuordecim solidos monete Constanciensis in festo nativitatis beate virginis pro parte media, reliquam vero mediam in festo purificacionis nomine census ecclesie nostre solveret annuatim. Licitumque ei esse debet, aream ipsam per se specialiter sive eciam cum edificiis simul, que in ea poneret, locare, vendere, donare aliove quolibet modo alienare cuicumque velit private persone uni pluribusve, non tamen conventui vel collegio ordinis cuiuscumque, salvo tamen semper ecclesie nostre censu supradicto apud quemlibet possessorem. Substitutus eciam quilibet, sive unus fuerit sive plures, idem ius per omnia debebit habere, quod et ipse auctor instituti. Nunc autem, cum due domus una maior et altera minor edificate sint in area memorata et domorum possessores in hoc convenerint, ut octo solidi de maiori domo, sex vero de minori pro censu dentur temporibus antedictis, nos ad eorum peticionem hoc gratum et ratum habentes super eodem litteras nostras damus sigilli nostri robore confirmatas. Datum Constancie anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, Johannis baptiste.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 72 1/2, Nr. 53.

Nr. 57.*

Meister Wernher, der Apotheker von Konstanz, vermacht eine ihm vom Hause des Maurers Heinrich bei der Brücke zu entrichtende jährliche Rente von 5 Schilling Pf. dem Heiliggeistspital zur Verteilung an die Armen und bestimmt, daß der Zins, falls das Heiliggeistspital denselben nicht stiftungsgemäß verwenden oder ihn veräußern sollte, den Armen am Felde (Feldsiechen) zufallen solle, denen er außerdem vom Aussteller für die Dauer seines Lebens zugewandt wird. Solange die Feldsiechen im Zinsgenusse sind, entrichten sie dem Heiliggeistspital 2 Pf. Der Aussteller wählt das Heiliggeistspital zum Orte seiner Beisetzung. Vgl. Nr. 31. Konstanz, 1270, April 1.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus magister Wernherus apothecarius Constantiensis noticiam subscriptorum. Noverint omnes et singuli, quos nosse fuerit || oportunum, quod ego quinque solidos denariorum usualis monete, quos percipere debeo annis singulis in festo sancti Valentini de domo magistri Heinrici cementarii iuxta pontem, statuo post mortem meam pauperibus hospitalis Constantiensis annis singulis exsolvendos, pro libitu singulorum pauperum distribuendos in festo predicto, prout melius distribui poterunt inter ipsos. Qui si, ut dictum est, non fuerint distributi vel si censum eundem a se alienare voluerint aut temptaverint, statuo censum ipsum extunc leprosis modis omnibus exsolvendum, quem etiam volo quod recipiant iidem leprosi, quamdiu fuerim in hac vita, pro singulorum necessitatibus, sicut maior pars inter eos convenerit distribuendos; ita tamen, quod dicto hospitali duos denarios nomine census de predictis quinque solidis in eodem festo annis singulis solvere teneantur. Item statuo, quod in morte mea funus meum in dicto hospitali recipiant ac sepelient, nisi aliud de sepultura duxerim statuendum. In horum autem omnium evidentiam hanc paginam exinde conscriptam sigillorum capituli Constantiensis ac mei munimine roboravi. Datum Constantie anno domini M° CC° LXX°, kalendas Aprilis, indictione XIII[a].

Ungedruckt. Or. SPAKZ. I E. h. Nr. 1201. Siegel beschädigt. Rückvermerk: Von maister Hainr. hus des murers, daz die Maienauwer hant [15. Jh.]. Regest: Ruppert, Beiträge III, 28, Nr. 21 mit falschem Datum.

Nr. 58.*

Ulrich von Sommeri und seine Ehefrau Adelheid schenken und übereignen mit Salmannenhülfe dem Heiliggeistspital ihr Haus mit Hofstätte an dem Marktstad. Die Schenker erhalten das Haus zu Leibgedingrecht gegen einen jährlichen Zins von 2 Schilling Pf. zurückverliehen. Das Spital hat am Jahrzeittage der Schenker den Feldsiechen 1 Pfund Pf. zu entrichten und nach dem Tode des Ulrich von Sommeri dessen Schwester unentgeltlich im Spital zu verpflegen. Konstanz, 1270, Mai 27.

In nomine domini amen. Noverint universi, quod Ůlricus dictus de *Sumbri* et *Adelhait* uxor sua, animarum saluti prospicere cupientes,

spe retributionis eterne transitoria seminarunt, ut in patria beatorum ascribi consortio mereantur, proprietatem domus ipsorum cum area et aliis suis pertinentiis site in litore, quod wlgariter dicitur *Maerchstat*, prope domum Sivridi dicti *Stoker*, civis Constantiensis, hospitali sancti spiritus in Constantia cum suis *salliuten* videlicet Hainrico dicto *Swiger*, Rů. Johelario pure et libere et sine qualibet contradictione in remissionem peccaminum contulerint perpetuo possidendam; petens, se infeodari eadem domo ita, quod singulis annis in festo beati Martini duos solidos in signum proprietatis persolvant hospitali, quamdiu vixerint, antedicto. Si vero alter eorum decesserit, totum ius transire debet ad superstitem. Post mortem vero ipsorum predicta domus ad predictum hospitale libere debet redire ac sine qualibet contradictione. Hac tamen condicione adiecta, quod sepedictum hospitale post mortem predictorum Ůl. et uxoris sue leprosis residentibus apud Crucelinum unam libram den. monete Constantiensis in die anniversarii predicti Ůl. annis singulis amministret. Adiectum est etiam, quod sepefatum hospitale post mortem predicti Ůl. sororem carnalem iamdicti Ůl. debet recipere et ei necessaria, quamdiu vixerit, ministrare. Predicta autem domus non debet alienari nec in aliam personam transferri ab hospitali iam sepius nominato.

In cuius facti evidentiam hanc litteram fieri voluimus, sigillis capituli ecclesie Constantiensis ac domus hospitalis sancti spiritus in Constantia munimine roboratam. Datum Constantie anno domini M°CC° LXX°, indictione XIII[a], VI. kal. Junii.

Ungedruckt. Or. SPAKZ. I F. v. Nr. 1186. Siegel erhalten. Regest: Ruppert, Beiträge, III, 28, Nr. 20.

Nr. 59.*

Bischof Eberhard II. urkundet, daß sein Koch Hermann Kugulli und dessen Bruder Walther mit Salmannenhülfe ihr Haus in der Bruggasse dem von Bischof Eberhard gestifteten St. Johannesaltar im Münster schenkweise übereignet und als Zinseigen gegen Entrichtung eines jährlichen Zinses von 1 Schilling Pf. zurückverliehen erhalten haben.

Konstanz, 1270, September 8.

E. dei gratia episcopus Constantiensis universis Christi fidelibus istarum seriem inspecturis sinceram in domino caritatem. Rebus gestis || scripturarum ac testium aminiculo confirmatis, a future questionis et calumpnie materia precavetur. Noverint igitur universi tam posteri || quam presentes, quod cum Hermannus dictus *Kugulli* noster cocus et Waltherus frater suus domum suam sitam in vico, quo itur ad magnum pontem Reni, per manus viri discreti Cunradi dicti *zem*

Bargetor civis Constantiensis, qui super eadem domo eorum iuxta loci consvetudinem *salman* extiterat, omni verborum et gestuum sollempnitate que in huiusmodi consvevit fieri contraditionibus, adhibita, altari sancti Johannis ewangeliste ecclesie nostre a nobis fundato in anime sue ac parentum suorum remedium libere contradiderit a quolibet eiusdem altaris sacerdote ex nunc in antea quiete et pacifice proprietatis titulo possidendam: dilectus in Christo Hainricus, iam dicti altaris sacerdos nomine ipsius nostroque super hoc adhibito consensu, predictorum Hermanni coci nostri et Waltheri fratris sui petitionibus inclinatus, eisdem scilicet Hermanno dicto *Kugulli*, Walpurge uxori sue et Hainrico filio ipsorum, necnon Walthero fratri iamdicti Hermanni, Berte uxori sue, Mähthildi, Adilhaidi et Judinte filiabus eorundem prefatum domum pro annuo censu puta uno solido denariorum infra octavam beati Martini annis singulis solvendo duxit sub infrascripta condicione cum omni iure, quod feodis competit censualibus, concedendam. Videlicet, quod si ipsa ab eisdem Hermanno et Walthero fratre suo aut liberis suis prescriptis necnon a quocumque suorum pro tempore successorum per vendicionem in personam aliam transferri contigerit, emptor antequam de eadem a sacerdote dicti altaris sancti Johannis ewangeliste infeodetur, sibi unum solidum denariorum Constantiensium, qui wlgaliter *erschatze* dicitur, solvere teneatur.

In cuius testimonium et robur firmius presens instrumentum nostri nostrique capituli sigillorum extitit munimine roboratum. Acta sunt hec Constantie in palacio nostro, presentibus Bertoldo custode et Hainrico dicto Cellerario de *Wigoltingen*, canonicis ecclesie nostre et Wilihelmo milite de Turri, Ůlrico monetario, Hainrico Spůlone seniore, Cůnrado de Curia, Hainrico de Curia, Hainrico de *Altorf*, Hainrico filio Spůlonis et Hainrico dicto *Hernatzen*: civibus Constantiensibus aliisque quam pluribus, anno domini M°. CC° LXX°, VI° idus Septembris, indictione XIIII^a^.

Ungedruckt. Or. GLA. V, Spec. 180. 1 Siegel vorhanden, das andere fehlt. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2263.

Nr. 60.

Martin, ein Bürger von Stein a. Rh., verkauft für 50 Mark das von ihm als Erblehen vom Heiliggeistspital gegen Entrichtung von jährlich einem Viertel Wachs besessene Haus, genannt des Papstes Haus, in Konstanz an das Kloster Salem. Das Heiliggeistspital verzichtet auf seine Rechte an dem Hause und überträgt mit Salmannenhülfe das Eigentum des Hauses auf das genannte Kloster zu treuer Hand der Salleute desselben.

Konstanz, 1271, Februar 14.

Omnibus hanc paginam inspecturis Martinus, civis de *Stain*, noticiam subscriptorum. Noverint, quos nosse fuerit opportunum, quod

cum ego domum meam in Constantia, que vulgariter dicitur *des Babestes hus*, cum area eiusdem domus tenuerim ac pacifice possederim ab hospitali pauperum in Constantia pro annuo censu videlicet uno fertone cere titulo, quod vulgariter dicitur *erblehen*, eo quod proprietas eiusdem domus spectabat dicto hospitali, religiosis viris Eberhardo abbati et conventui de Salem nomine eiusdem monasterii pro quinquaginta marcis argenti vendidi ac venditam contradidi libere perpetuo possidendam, ipsum vero hospitale proprietatem eiusdem domus in prefatum monasterium de Salem transtulit, adhibita omni sollempnitate, que in vendicionibus seu tradicionibus fieri solet vel debet, specialiter autem illa interveniente sollempnitate, que per viros, qui vulgariter dicuntur *salliute*, fieri solet, cum moris sit, proprietatem possessionum in Constantia sitarum alias homines civium condicionem non habentes sine viris ad hoc deputatis possideri non posse nec teneri. Fuerunt autem *salliute*, qui ex parte dicti hospitalis ipsam domum possederunt et eam monasterio sepedicto nomine hospitalis resignaverunt, videlicet Růdolfus Johelarius et Cůnradus Sub scopa, subnotati vero Waltherus et Cůnradus fratres et Růdolfus dictus *der Ruhe*, patruelis eorum, dicti *Jocheler*, eandem domum nomine predicti monasterii supradicto iure receperunt ipsi monasterio perpetuo libere ac quiete possidendam.

Acta sunt hec in Constantia anno domini M°CC°LXXI°, XVII. kalendas Martii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero et Goeswino fratribus de *Hohenvels* militibus, Růdolfo Johelario et Růdolfo filio suo dicto *der Slehte*, Hainrico de *Sulgen*, Cunrado dicto *Shierme*, Hainrico dicto *Shili*, Rudolfo *Stoker*: civibus Constantiensibus; Hainrico cellerario de *Ezzelingen*, fratre Erlwino, Ůlrico gratario et magistro de *Muron* et aliis quam pluribus probis viris. In cuius rei evidentiam presens instrumentum conscribi feci et sigillis reverendi in Christo patris ac domini Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, nec non magistri Walkoni decani maioris ecclesie Constantiensis, et hospitalis predicti ac etiam Růdolfi, ministri de Constantia, quia sigillum proprium non habui, procuravi communiri. Nos vero Eberhardus, dei gratia episcopus Constantiensis, et communitas civium de Constantia profitemur, nos ad peticionem partium predictarum sigilla nostra huic cedule appendisse. Nos vero magister Walkonus, decanus maioris ecclesie Constantiensis, Růdolfus Johelarius dictus *der Slehte*, Ůlricus de *Sumbri* et frater Hainricus dictus *der Kemptar*, procuratores hospitalis in Constantia, predicta omnia profitemur esse vera et per nos fore facta, sigillum predicti hospitalis huic cedule pro maiori cautela apponentes.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 55, Nr. 465; ZGO. 37, 187; Regest: Mone, ZGO. IV, 424; Regg. ep. Const. Nr. 2277.

Nr. 61.

Abt Gerung und der Konvent des Klosters Kreuzlingen verkaufen für 9 Pfund Pf. das ihnen an einer Hofstätte neben dem Salmansweilerhofe zustehende Eigentum an das Kloster Salem.

[Kreuzlingen], 1271, Juni 27.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu audituris Gerungus dispositione divina abbas totusque conventus monasterii de Cruzilino orationes in domino cum salute. Que geruntur a personis ecclesiasticis, firma debent et integra permanere. Noverint igitur presentes et posteri, quod nos aream sitam iuxta domum monasterii de Salem in Constantia, que nobis iure proprietatis ex donatione quondam K. dicti *Ůldinger* pertinebat, monasterio iam dicto ac personis ibidem obsequiis Jesu Christi deputatis pro novem libris denariorum monete Constantiensis pecunie numerate cum omni iure, quod nobis competebat in eadem, de communi consensu fratrum nostrorum donavimus et contradidimus perpetuo tenendam et possidendam. Verum quia futura monasteriorum dispendia animi adversione debita debent precaveri, nos pecuniam prescriptam ad usus commodiores nostro monasterio redegimus, quam nobis ex area prefata possent provenire. Ut autem huiusmodi contractus apud nos et futuris temporibus firmius permaneat, presentes litteras nostris sigillis roboratas monasterio iam dicto in testimonium duximus concedendas. Data et acta anno domini M°CC°LXX° primo, V. kalendas Julii, indictione XIIII[a].

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 63, Nr. 471; ZGO. 37, 195.

Nr. 62.*

Der Rat von Konstanz entscheidet nach Zeugenabhör eine Streitsache zwischen dem Franziskanerkloster und dem Ritter Friedrich im Turm, betreffend die von Friedrich im Turm vorgenommene Anbringung eines Abtrittausflusses durch eine die beiderseitigen Grundstücke trennende Mauer, zu gunsten des Klosters.

[Konstanz], 1273, o. T.

Omnibus presentes litteras inspecturis Rodolfus minister dictus *Ruhe*, Ůlricus frater suus, Rodolfus *Engelli*, Conradus et Ůlricus || fratres dicti *Johelér*, Burchardus et Henricus fratres dicti de *Hove*, Heinricus dictus *Vrigie*, Burchardus dictus *Under Schophfe*, Henricus in || Arena et Henricus dictus *Azze*, consules civitatis Constantiensis, salutem cum noticia subscriptorum. Ut quod rite geritur, cautius ab oblivionis caligine preservetur, certis idipsum scriptis memorie commendetur.

Noverint igitur universi presentes et posteri, quod cum Fridericus miles dictus in Turri, tamquam condicionum seu conventionum super emptione aree domui sue contigue olim pro viris religiosis fratribus minoribus nostre civitatis facta plenius expressarum inmemor, privatam per dicte domus sue murum versus dictorum fratrum ecclesiam construere presumeret, et iidem fratres nostre tuitionis auxilium super tali gravamine et iniuria humiliter invocarent: nos, cuiquam in suo iure deese nolentes, potissimum vero eos, qui sibi volunt equitate tantum et iusticia

suffragari, quantum possumus, defendere cupientes, auditis et diligenter examinatis super utriusque partis iure et conditione iuratis testibus fidedignis, videlicet predicto R. ministro, Rodolfo Johelerio dicto *Slechte*, Ůlrico dicto *Junge* et Hermanno de *Thengen;* quum per iamdictorum testium depositionem talem emptionis contractum sufficienter invenimus approbatum, quod sepedictis fratribus ad ipsum et in ipsum murum, confractione tamen magna et notabili evitata, edificia, que placuerint, liceat applicare, contradictione cuiuslibet non obstante, et quod dictus murus per quemquam hominem nec fenestra aliqua vel foramine quocumque aperiri debeat aliqualiter aut confringi absque dictorum fratrum consensu et plenaria voluntate, sententiando pronuntiamus et presentium testimonio profitemur: ipsos fratres non solum iure suo et condicione in premissis uti plenius et gaudere, sed etiam liberos et securos ab ipsius militis et suorum heredum quorumcunque impetitione et molestia de cetero permanere.

In omnis rei testimonium presentes litteras sigillo universitatis nostre fecimus communiri. Datum et actum anno domini M°CC°LXX°III°.

*Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 1881. Siegel erhalten. Rückvermerk: Nota istam litteram, que est de domo illorum de Turri ante ecclesiam nostram [13. 14. Jh.]. Regest: **Marmor**, Urkk.-Ausz., 7.*

63.*

Die Richter des geistlichen Gerichts zu Konstanz beurkunden, daß der Konstanzer Bürger H. Gliar vor ihnen eine Hofstätte neben dem Hause der Frau von Radrach an den Chorherrn von S. Johann, mag. Heinrich von Cappel, für 21 Pfund Pf. verkauft habe. Vgl. Nr. 68.

Konstanz, 1273, Januar 20.

Iudices ecclesie Constantiensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem || cum notitia subscriptorum. Noverint universi, quod H. dictus *Gliar* civis Constantiensis coram || nobis constitutus publice regnovit[1] et confitebatur, aream suam domui dicte de *Radyray* contiguam se vendidisse dilecto in Christo magistro H. de **Capella**, canonico ecclesie sancti Johannis Constantiensis, pro viginti una libra Constant. et sibi de ipsa pecunia esse ab eodem integraliter satisfactum. Et nos in huius recognicionis testimonium presentes litteras rogatu partium conscriptas dedimus eidem magistro H. sigilli nostri robore communitas. Datum Constancie et actum in die beati Sebastiani, anno domini m°cc°lxxiii, indictione prima.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel erhalten. Die Urkunde ist mit derjenigen von 1276, Febr. 2., Nr. 68, verbunden.

Nr. 64.*

Der Domherr Heinrich Keller verleiht drei ihm als Klaustrallehen zugehörige Hofstätten neben dem Haus des Domherrn K. von Blumberg, deren Häuser durch Feuer zerstört worden waren, als Zinseigen an Berthold Zwick, Ulrich Lengwiler und Ulrich Trächsel gegen einen jährlichen Zins von 5 Pfund Pf. Burkhard von Hohenfels, Propst von Bischofszell, dem der Aussteller die Hofstätten vermacht hat, und das Domkapitel stimmen zu.

Konstanz, 1273, Februar 20.

Omnibus presencium inspectoribus Hainricus dictus Cellerarius, canonicus ecclesie Constantiensis, salutem et fidem || subscriptis adhi-

---

[1] So die Vorlage statt recognovit.

bere. Cum nemo discretus vel prudens ad hoc laboret, ut labor serentis sine messe depereat, sed ut fructum pro labore recipiat, tenore presencium scire desidero universos, quod ego tres area meas annexas prebendis ecclesie Constantiensis iure feodi claustralis, sitas in medio domorum domini C. de *Blûmmberg*, canonici Constantiensis, et magistri Ulrici rasoris, postquam per incendium suis superedificiis fuerant denudate, considerans et attendens, quod census ab eisdem hactenus persolutus sine reparacione domuum in eisdem non posset ecclesie Constantiensi aliquatenus recuperari, prefatas areas viris providis et discretis Bertholdo dicto *Zwicke*, Ůlrico Lengewilario et Ulrico dicto *Trächsel* omnibusque heredibus eorundem tam maribus quam feminis ex nunc in ewum habitis vel habendis pro quinque libris denariorum monete nostre minus quatuor solidis, quorum Bertholdus *Zwicke* solvere debet duas libras et sex denarios, Ůlricus dictus *Lengewiler* libram et viginti duos denarios, Ůlricus dictus *Trächsel* libram et quatuordecim solidos minus quatuor denariis, tenentur autem ad solucionem dicti census singulis annis solvendi in ieiunio quatuor temporum ita, ut in quolibet eorum quilibet ex eis quartam partem dicti census persolvat, ex consensu et voluntate honorandi in Christo domini Burchardi de *Hohinvels*, prepositi Episcopaliscelle, cui easdem legavi, et nichilominus ex consensu decani tociusque capituli ecclesie predicte concessi libere et pacifice perpetuo possidendas. Ita videlicet, quod quilibet ex eis, quociescumque censum predictum terminis ad hoc institutis, ut premissum est, non persolvent, pena unius libre piperis ad sex dies inmediate sequentes puniatur sine contradictione qualibet, quam in se voluntarie receperunt. Dans eisdem plenam et liberam potestatem, si tamen hoc necessitas vel aliquis alius casus exigere videatur, vendendi, locandi vel transferendi ius suum in personam quamcumque sed tamen humilem, honestam et fidedignam, que in census solucione ecclesie nostre se non possit opponere vel aliquatenus obviare. Adiciens, ut nec a me nec ab aliquo in dominio dictarum arearum michi succedente ad aliquam ulteriorem servitutem vel exactionem preterquam ad solucionem predicti census choarceri vel conpelli debeant aliquomodo, salvis condictionibus infrascriptis. Videlicet quod si omnes sive aliquem ex eis ius possessionis sue vendere contingat, capitulo predicto primo ad emendum offerat. Quod si emere noluerit, alicui ex canonicis hoc idem faciat, recipiens, quos fortassis in vendicione huiusmodi aliunde habere posset minus decem solidis ab eodem. Nos similiter, si dominium sive proprietatem, quod deus avertat nisi fortassis converterimus in melius, vendere voluerimus, ipsos ad emendum vocabimus et decem solidos sicut et ipsi nobis, si tamen alias concordare in vendicione

potuerimus, relaxamus, salva sibi condictione iamdicta communiter et divisim. Preterea, si nec capitulum nec quisquam de canonicis ius predictorum emere voluerit, volumus, ut predicti ius suum, postquam vendere voluerint, sibi mutuo vendant, si tamen aliquis ex eis ius alius valeat comparare, salva sibi similiter condictione vendicionis nobis, ut dictum est, antea reservata.

In cuius rei testimonium presentem litteram dedi predictis Bertholdo dicto *Zwicke*, Ulr. Lengewilario et Ůlr. dicto *Tråschsel*, sigillorum capituli Constantiensis, dicti prepositi et mei munimine roboratam. Actum et datum Constantie in secretario ecclesie nostre, anno domini M°CC°LXXIII°, decimo kalendas Marcii, indictione XII[a], presentibus domino H. Cellerario et domino Bůrchardo preposito Episcopaliscelle et domino R. preposito sancti Stephani et domino R. decano et domino H. de *Denkingen* canonico sancti Johannis et domino R. canonico sancti Johannis dicto *Senfelin* et domino H. subcustodi dicto *Swicke* et domino Cunrado de sancta Margareta et Her. dicto *Ůitwiler* et Waltero Johelario et Johanni dicto *Swertelin* et Cůnrado dicto *Senfelin* et Hainrico dicto *Shilter* et H. dicto *Ledderhase* et Bertholdo *in dem Winkil* et aliis quam pluribus fidedignis.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 3122. Siegel fehlt. Rückvermerk: Kaufbrief, darin 3 hofstetten, bei dem Münster zue Constantz gelegen, verkauft worden, welche Klosterlehen gewesen, die Heuser aber davon verbrunnen A°. 1273 [16. Jh.].

Nr. 65.*

Walther von Laubegg, Chorherr von S. Johann, schenkt sein Haus neben dem Kirchhof von S. Johann mit dazugehörigen Hofstätten der Stiftskirche S. Johann, bestimmt, daß das Haus Kanonikatshaus der von ihm besessenen Priester-Pfründe sein solle, behält sich die Leibzucht daran sowie das Recht, die Grundstücke zu teilen, mit der Maßgabe vor, daß das Haus und die diesem alsdann zugewiesene Hofstätte der Pfründe verbleiben, die übrigen Grundstücksparzellen dagegen der Kirche S. Johann zum gemeinen Stiftsgut oder noch zu bezeichnenden Pfründen zufallen sollen.

Konstanz, 1275, Febr. 2.

Omnibus presencium inspectoribus Waltherus de *Lůbegge*, canonicus ecclesie sancti Johannis Constant. sub scriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que zelo devocionis et ob cultus divini reverentiam fiunt racionabiliter et, aguntur, sub stabilitate perpetua illibata permaneant et inconcussa, scripturarum indiciis perpetue debent memorie commendari. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod ego zelo devocionis accensus ob cultus divini reverentiam et auctmentum(!) domum meam seu curiam, sitam ex oposito ecclesie sancti Johannis antedicte et vicinam cimiterio, quam inhabito, cum areis eidem annexis, videlicet quondam magistri Hainr. de Capella, . . dicti *Torwarten*, Berhte de Sancto Gallo, . . dicte *Fulin*, Berhte de Scafusa, . . dicti *Tegenhart* et aliis pertinentiis quibus-

cumque, dono et donationis titulo transfero in ecclesiam sancti Johannis prefatam necnon . . prepositum et . . capitulum eiusdem nomine et vice ipsius, ita quod mee prebende sacerdotali perpetuo sit annexa. Hoc adiecto, quod in omnem eventum, sive me contingat renunciare prebende mee supradicte, seu ad locum alium me contingat aliquatenus proficissi [!] morandi causa, ipsa domus michi remaneat pro tempore mee vite. Salva eciam mihi divisione domus et arearum predictarum, ita quod ipsa divisione facta domus lapidea mee prebende cum area sibi deputanda et pars residua ipsi ecclesie sancti Johannis vel prebendis, quibus voluero, applicetur. Nos prepositus et capitulum memorati hiis, que predicta sunt, consensum nostrum benivolum impertimur et in evidenciam eorundem appendimus sigilla nostra. Ego vero Waltherus de *Lůbegge* huic instrumento appendi procuravi sigillum curie Constant. et eidem proprium sigillum appendi in evidenciam eorum, que premissa sunt, et perpetuam firmitatem. Nos officialis curie Constant. ad peticionem prepositi, capituli et Walt. prefatorum et in evidenciam eorum, que premissa sunt, huic instrumento appendimus sigillum curie Constant. Datum Constantie, anno domini M°CC° lxxv°, iiii° nonas Februarii, indictione quarta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel verloren.

Nr. 66.*

Bischof Leo von Regensburg, päpstlich delegierter Beschützer der Privilegien des Franziskanerordens für Deutschland, beauftragt den Leutpriester von S. Stephan in Konstanz damit, den Ritter Friedrich vom Turm in seiner Streitsache mit dem Franziskanerkloster zu Konstanz, die widerrechtliche Anbringung eines Ablaufes über den Boden des Klosters betreffend, durch Androhung geistlicher Strafen von seiner Hartnäckigkeit abzubringen.

Regensburg, 1275, Mai 11.

L. miseratione divina Ratisponensis episcopus, iudex et conservator privilegiorum ordinis fratrum minorum per || Alemanniam a sede apostolica deputatus, plebano sancti Stephani Constantiensis civitatis salutem || in domino. Conquesti sunt nobis gardianus et fratres ordinis minorum de civitate Constantiensi, quod Fr. miles dictus de Turri Constantiensis civitatis canalem suum, per quem inmundicie domus sue purgantur et super fundum ad locum fratrum [!] pertinentem descendunt, posuit contra inmunitatem et libertatem loci et formam empcionis notorie et tenorem publici instrumenti. Quare discretioni vestre precipimus auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, sub pena suspensionis officii vestri, quatenus dictum F. militem auctoritate nostra, inmo potius apostolica publice moneatis, quod infra quindenam post receptionem presentium canalem suum deponat et ab iniuria illata desistat, foramen canalis obstruendo, alioquin ipsum excommunicatum per sententiam, quam ex nunc in scriptis proferimus, publice nuncietis, ad graviorem penam nichilominus processuri, si hoc meruerit protervitas contumacis.

Datum Ratispone anno domini M°CC°lxx quinto, V° idus Maii.

Ungedruckt. Or. StAKZ. Nr. 1091. Siegel erhalten. Rückvermerk: de domo illorum in Turri et de canali ante ecclesiam [13. Jh.]. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 7

Nr. 67.*

Propst Berthold von S. Stephan entscheidet, als Schiedsrichter von beiden Parteien angerufen, die zwischen dem Franziskanerkloster Konstanz und dem Ritter Friedrich im Turm anhängige Streitsache hinsichtlich des beanspruchten Rechtes des letzteren, seine an das Grundeigentum des Franziskanerklosters anstoßende Mauer mit Fenster und Abflußkanälen zu versehen.

Konstanz, 1276, o. T.

Omnibus presentes litteras inspecturis Ber., ecclesie sancti Stephani in Constantia prepositus, noticiam subscriptorum. Ad tollendum lites futuras et ob|viandum periculis, que super rerum diffinitionibus evenire potuerint, cautum est, res gestas scripturarum indiciis posteriorum memorie commendare. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quos nosse fuerit oportunum, quod cum mota esset questio Fri. militi dicto in Turri a viris religiosis fatribus minoribus civitatis Constantiensis super directione canalis per parietem domus sue versus ecclesiam fratrum dictorum contra formam et conditionem emptionis aree dicte domui contigue pro predictis fratribus facte, videlicet quod dictus Fri. de cetero per parietem domus sue versus ecclesiam sepedictorum fratrum non deberet nec de iure posset aliquem canalem dirigere, nec rupturam vel foramen seu fenestram aliquam facere sine fratrum dictorum beneplacito et consensu; tandem, quod partes inter se de limitatione et termino supradicti parietis discordarent, fratres tanquam pacis amatores et memoratus miles in nos de ipso termino tanquam in arbitrum compromittere curaverint: nos, consideratis conditionibus emptionis aree per ipsis fratribus facte et utriusque partis rationibus et circumstantiis negocii diligenter inspectis, pronuntiamus taliter arbitrantes, quod dictis fratribus ad murum et in ipsum murum domus memorate, confract[i]one magna et notabili evitata edificia, que placuerint, liceat applicare, et quod per dictum murum idem miles sive sui heredes fenestram vel foramina aliqua vel quamcunque rupturam facere aut confringere usque ad locum parietis domus sue, qui ad ecclesiam dictorum fratrum videtur respicere, quem nos limitavimus manibus propriis de ipsorum partium voluntate, non debeat ullo modo. Licitum sit autem prefato militi sine preiudicio iuris alieni et omnium, quorum interest, ac suspitione qualibet, fenestras aut foramina aut canales per murum suum ex directo versus plateam et vicum in strata publica facere et confrigere, prout sibi visum fuerit expedire. Ne igitur inposterum de ipsa compositione dubitatis scrupulum oriatur, presens scriptum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius facti sunt: Dominus Wal. *Lesti* canonicus Constant. maioris ecclesie, dominus *Schamiler* canon. sancti Johannis, Al. dictus *Tozeler* canon. sancti Johannis Augie maioris, magister H. dictus de *Herlbolshatin*, dominus C. *Under schophe* canonicus sancti Stephani ecclesie Constantiensis, dominus Al. advocatus de Castello, Wal. dictus de Curia, Ul. de *Rochwiler* et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec in Constantia anno domini M°CC°LXX°VI°.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ., Nr. 1882. Siegel erhalten. Rückvermerk: de domo illorum de Turri ante ecclesiam nostram. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 7.

Nr. 68.*

Mag. Heinrich von Kappel, Chorherr von S. Johann, schenkt testamentarisch dem Stifte S. Johann das von ihm für 10 Mark Silber gekaufte, weiland Mechthild von Radrach gehörige Haus, dessen Eigentum er bei dem am 25. September 1273 erfolgten Kaufe durch den Salmann des Hauses bereits auf die Kirche S. Jo-

hann hatte übertragen lassen. Sein jeweiliger Nachfolger der Pfründe soll das Haus besitzen, ebenso eine anliegende Hofstätte. Der Stifter behält sich vor, die geschenkten Liegenschaften mit Renten zu Jahrzeitzwecken u. ähnl. zu belasten und verspricht, durch Zuwendung von 30 Mark in baar die Einkünfte seiner Pfründe auf jährlich 6 Mark zu erhöhen. Ebenso wendet er der Pfründe benannte Fahrnisse zu. Das Kapitel von S. Johann verspricht, als Nachfolger des Stifters nur einen Priester zu bestellen.

Konstanz, 1276, Februar 2.

In nomine domini Jesu Christi amen. Omnibus presencium inspectoribus magister Hainricus de Capella, canonicus ecclesie sancti Johannis Constantiensis, subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que rite ordinantur et salubriter statuuntur, non possint oblivioni dari seu eciam aliquatenus inmutari, expendit, ut scripture testimonio commendentur. Noscant igitur universi, quos nosce fuerit oportunum, quod ego in bona valetudine constitutus, saluti anime mee prospicere desiderans, ordinacionem mei testamenti in hac parte affectans perficere et salubriter consumare, domum quondam dictam Mehthildis dicte *Radregerin*, quam pro Harprehto filio suo clerico et Adilhaidi filia sua, uxore Ůlrici dicti Totenacharii secundum consuetudinem civitatis Constantiensis *salmanno* ipsorum videlicet Hainrico in Arena adhibito, ipsis iure proprietatis et dominii pertinentem, pro decem marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis comparavi et solvi in continenti scilicet anno domini M°CC°LXX°III°, VII° kal. Octobris cum omni sollempnitate, que debuit adhiberi, ac a dicto . . *salmanno* dicte domus proprietate in ecclesiam sancti Johannis predictam rite translata, prout ad me pertinet, presentibus dono et trado liberaliter ecclesie sancti Johannis prefate. Et eam cum omni iure meo deputo successori spe divine remuneracionis, adiciens, ut area contigua, quam pro Gliario comparavi et solvi, sicut in litteris super hoc confectis continetur, dicte domui perpetuo sit annexa. Ita tamen, quod pro tempore vite mee ordinare valeam de ipsis certa anniversaria seu veneraciones sanctorum in ecclesia ipsa sancti Johannis celebranda et imponere eisdem domui et orto seu aree onera competencia, prout videro expedire. Licitumque mihi est, pro vite mee tempore dictam domum et aream divisim vel coniunctim in totum vel in parte a dicta ecclesia alienare, sicut voluero, dummodo condicionem ecclesie in alienacione huiusmodi non faciam deteriorem. Postquam autem humanis rebus exemptus fuero, extunc presentibus statuo nomine testamenti, prefatas domum et aream antedicte prebende mee perpetuo esse annexas, ta ut ex tunc alienacio ipsarum facta sit irrita ipso iure. Desiderans itaque, ut successor meus competentem habens sustentacionem divino valeat vacare officio, ad augmentacionem redituum prebende promitto triginta marcas argenti me daturum pro reditibus comparandis, ut sic redditus dicte prebende summam sex marcarum excedant, ad hoc sponte et liberaliter obligans me et eciam mea, si forte, quod deus avertat, ante consumacionem dicte empcionis decedere me contingat. Ordinavit igitur capitulum predictum una cum preposito ecclesie sancti Johannis, ut secundum tenorem statutorum nostrorum in locum meum, me cedente aut decedente, sacerdos perpetuo pro canonico eligatur, qui iuramento corporali ad residenciam perpetuam teneatur et de hac ordinacione servanda secundum statuta prestiterit corporaliter iuramentum. Ut autem affectus et spei sinceritas, quam habeo ad mei providenciam, quicumque pro tempore fuerit, successoris plene appareat in effectu, commoditati ipsius, in quantum possum, prospicere desiderans, adicio ex gracia speciali, ut me decedente unus lectus meus, duo linteamina et gultra consueta, una calcitamenta, unum pulvinar, patella, caldarium, mensile et manuterium, hec omnia competencia

prebende eidem ex nunc deputata non persone de meis utensilibus recipiantur et, usu eorundem persone succedenti concesso, a concanonicis sacerdotibus ad usus consimiles dicte prebende perpetuo conserventur. Quecumque enim ex hiis usu consumuntur, franguntur aut alias perire contigerit quoquo casu, illa de bonis illius canonici usum in hiis habentis debent, sicut opus fuerit, restaurari semper et renovari, sicut dictis sacerdotibus visum fuerit expedire. Et si forte hoc aliter nequeat expediri, tunc de prebenda sua aut etiam de anno gracie sue decedentis hoc a capitulo efficaciter consumetur, ut semper successoribus permaneant illibata. In premissorum itaque testimonium presentes litteras conscriptas procuravi sigillorum honorabilium virorum iudicum ecclesie Constantiensis, Bertoldi et Burchardi sancti Stephani et Episcopaliscelle prepositorum necnon Hainrici prepositi et capituli ecclesie prenotate sancti Johannis Constantiensis et mei munimine robarari, in quorum presencia hec sunt acta. Nos iudices, prepositi et capitulum prelibati, cum hec in nostra acta sint presencia, presentibus litteris sigilla nostra appendimus in testimonium eorundem. Actum Constantie coram nobis in die purificacionis beate virginis anno domini M°.CC°LXX°VI°, indictione quarta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. 3 Siegel vorhanden, die übrigen fehlen. Mit dieser Urkunde ist diejenige von 1273, Jan. 20, (Nr. 63) verbunden.

Nr. 69.*

Der Propst und das Kapitel des Stifts S. Johann verkaufen das ihnen gehörige sogen. Gözzis-Haus dem Weber Frichinger für 14 Pfund Pf., behalten sich jedoch an dem verkauften Haus einen jährlichen Zins von 3 Schilling Pf. vor. Vgl. Nr. 134.

Konstanz, 1276, März 1.

Nos prepositus totumque capitulum sancti Johannis Constant. tenore presencium confitemur, quod nos domum nostram dictam *Gözzishus*, que nobis || titulo proprietatis pertinebat, dicto *Vrichinger* panifici pro quatuordecim libris denariorum monete Const. vendidimus. Ita tamen, quod || tam ob ipso quam ab ipsius domus quolibet possessore ecclesie nostre perpetuo tres solidi den. monete predicte die beati Marci ewangeliste sine dilacione qualibet persolvantur, et iidem denarii fratribus presentibus ad divina distribuantur, ut festum beati Quirini martyris cum pleno officio sollempniter celebretur. Insuper, si dicti domus possessores, quicumque pro tempore fuerit, dictos tres solidos infra spacium septem dierum post dictum festum non persolvant, cum pena trium solidorum persolvant eosdem. Hoc enim onus domum eandem debet perpetuo committari[!]. Potest autem dictus *Vrichinger* domum eandem cum onere trium solidorum predictorum suis heredibus relinquere vel aliis quibuscumque donare, legare aut vendere, prout sibi visum fuerit expedire.

In cuius rei testimonium presentes sibi litteras tradidimus, sigillorum nostrorum et officialis curie Constantiensis robore communitas, ad cautelam par earundem litterarum nostre ecclesie reservantes. Nos officialis curie huic instrumento ad peticionem honorabilium in Christo

prepositi, capituli et Vrichingarii predictorum sigillum curie Constant. duximus appendendum. Datum Constantie et actum anno domini m°cc°lxxvi, kal. Marcii, indictione v.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 1923. Siegel fehlen. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 7.

Nr. 70.*

Volkmar von Kemnat, seine Frau Mechthild, sein Sohn Marquard sowie seine übrigen Kinder verkaufen ihren Hof bei der Bischofspfalz zu Konstanz, ein Lehen des Bischofs, an den Domherrn Heinrich Küchelin und weisen den Käufer mit Willen des Lehenherrn in den Besitz ein. Vgl. Nr. 84.

Konstanz, 1276, März 20.

Universis presentium inspectoribus Volmarus de *Kemenata*, Mehtildis uxor sua, Marquardtus filius suus et || alii liberi eorundem subscriptis fidem adhibere. Scire volumus universos, quod nos curiam, que ad nos iure || feodi pertinebat, sitam iuxta palatium episcopi Constantiensis, per manum eiusdem, a quo etiam in feodum habebatur, accedente suo et capituli consensu magistro Hainrico dicto *Kůchelin* canonico Constantiensi pro quinquaginta quinque marcis argenti puri vendidimus pleno iure et tradidimus eidem cum omnibus suis attinentiis, ipsum in liberam et vacuam possessionem voluntate domini nostri R. episcopi Constantiensis et capituli inducentes. Obligantes nos eidem de evictione sub pena sexaginta marcarum. Renunciamus etiam, cum nobis de pecunia memorata satisfactum sit, exceptioni non numerate, non solute peccunie, doli mali et in factum, restitutioni in integrum et omni auxilio iuris civilis et canonici, per quod dicta venditio in posterum posset infirmari.

In cuius rei testimonium predicti domini nostri . . episcopi Constantiensis, capituli et nostris sigillis fecimus hanc paginam sigillari. Datum et actum Constantie anno domini M°CC°LXXVI°, XIII° kalen. Aprilis, indictione III[a].

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Rückvermerk: «Emptio curie thesaurarie a milite de Kempnata». Später: «Littera venditionis curie prope palatium episcopale site». 3 Siegel vorhanden, beschädigt, ein Siegel fehlt. Kopie GLA. Copb. 509 (alte Nr. 322) f. 47 mit der Aufschrift: «custodie». Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2407.

Nr. 70a.*

Domprobst Heinrich und Domdekan Walko entscheiden als bestellte Schiedsrichter einen Rechtsstreit zwischen der Priorin und dem Konvent der Schwestern im Hause weiland des Domherrn mag. Burkhard von Zofingen einerseits und dem S. Konradspfründner Heinrich am Dome anderseits über den Weg, der von der Behausung der genannten Frauen nach der Bruggasse führt, dahin, daß derselbe

beiden Teilen zur Benutzung offenstehen solle, nicht überbaut werden und nicht durch eine Thüre mit eisernem Schlosse abgesperrt werden dürfe. Vgl. Nr. 188a. Konstanz, 1277, Februar 6.

Hainrîcus prepositus et Walko decanus ecclesie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptis fidem adhibere. Rebus gestis || robur firmitatis debite ministratur, cum ipse scripturarum et testium intersigno posterorum memorie commendantur. Noverint igitur omnes ac singuli, quos || nosse fuerit oportunum, quod mota questione sive controversia inter . . priorissam et conventum sororum in domo quondam magistri Burchardi de *Zovingen*, concanonici nostri ex una et Hainricum prebendarium sancti Cůnradi maioris ecclesie Constantiensis ex parte altera super quadam via, per quam itur de domo dictarum sororum ad contratam que dicitur *Bruggegazze*, tandem partes in nos tamquam in arbitros causam eandem voluntarie compromiserunt. Unde nos auditis, que partes hincinde proponere curaverunt, receptis testibus, visisque instrumentis ex parte earundem sororum productis, habito quoque consilio proborum et discretorum, arbitrando pronuntiamus et sententiando diffinimus, quod memorate sorores et prefatus . . prebendarius seu alter, quicunque pro tempore fuerit, vel is, qui domum suam contiguam dicte vie possederit aut inhabitaverit, prelibata via uti communiter debeant et habere introitum ac exitum per eandem pro suo commodo et necessitate, nec janua prope domum eiusdem prebendarii, cum qua ipsa via obstruitur, aliqua sera ferrea claudi debet sed lignea, ita quod eedem sorores et etiam prebendarius vel hii, qui domum eandem inhabitaverint, sine difficultate et obstaculo quolibet ipsam valeant reserrare, ut liber transitus ipsis communiter pateat per eandem. Pronuntiamus insuper diffiniendo, quod sepedictus prebendarius vel alter, quicunque pro tempore fuerit, seu ille, qui domum eiusdem prebendarii possederit, sepedictas sorores in dicta via non debent in aliquo impedire aut etiam molestare nec edificium aliquod construere in eadem.

In cuius rei testimonium et robur debite firmitatis presens scriptum memoratis sororibus de *Zovingen* dedimus sigillorum nostrorum robore communitum. Datum et pronuntiatum Constantie in curia nostra . . prepositi videlicet anno domini M° CC°LXX°VII°, VIII° idus Februarii, indictione quinta, presentibus viris discretis, scilicet Cůnr. sacerdote, capellano sancte Margarete, Cůnrado de *Burgtor*, Růd. dicto *Růhen Jôhiler* et aliis quam pluribus fidedignis. In domino feliciter amen.

Ungedruckt. Perg. Or. Archiv des Lehrinstituts Zofingen in Konstanz. Beide Siegel erhalten. Rückvermerke: Von der hofstat; von dem gang aus dem closter Zoffingen in die Bruggassen. Regest: Eiselein, Mittlgn. bad. hist. Komm. X, 81 (mit falschem Datum).

Nr. 71.

Der Official, der Amman und der Rat von Konstanz beurkunden die Rechtsverhältnisse der Mauern, welche den Grundbesitz des Klosters Salem zu Konstanz von den Nachbarhäusern trennen.

Konstanz, 1278, o. T.

OmnibusChristi fidelibus presentem cedulam inspecturis . . officialis curie Constantiensis et . . minister et consules universitatis civitatis eiusdem noticiam subscriptorum. Ne religiosis in Christo abbati et conventui monasterii de Salem de inpensis beneficiis suis vicinis in Constantia ex mera liberalitate seu in posterum inpendendis et domui, quam inhabitant, suisque attinentiis aliquid generetur in futurum prejudicium et gravamen, expedit, ipsa beneficia sub sigillis nostris literarum serie declarari. Eapropter noverint universi, quod cum Calmannus Judeus haberet domum, a latere occidentali domui dictorum de Salem contiguam, Hailwigis vero dicta *die*

Kuphersmiden, relicta Hainrici quondam dicti de *Estegen*, et Fridericus Cuprifaber a latere australi domos haberent eidem domui supradictorum de Salem similiter adiacentes, inter quas domos, Hailwigis videlicet et Friderici predictorum, domuncule due cum area parvula in parte posteriori dictarum domuncularum sita, que vulgo *des Uldingers hus* dicebantur, que nunc monasterio de Salem pertinent, sunt constructe, et domus dictorum de Salem suaque area vili intersticio ligneo a domo predicti Judei usque ad domum Hailwigis predicte, muro vero a domo iam dicte Hailwigis usque ad domum Burkardi dicti de *Haidoltswiler* et a domo eiusdem Burkardi per transversum directo ad domum dictorum de Salem quasi intersticio cingeretur, qui murus domibus a latere australi sitis, sine omni tamen preiudicio eorum, quorum domus fuerant, impedimento erat, luci et aeri obstacula opponendo, intersticium vero ligneum a parte Judei hincinde interpositum propter transitum facilem gravamina partibus generabat. Quare sepedicti fratres de Salem, dicti Judei necnon dictorum Hailwigis et Friderici Cuprifabri devotis precibus inclinati, pro intersticio sepedicto, ligneo videlicet, murum in suo fundo directo ad domum Hailwigis tali condicione prehabita construxerunt, ut deinceps domum dicti Judei inhabitantes seu possidentes in dicto muro nichil sibi iuris debeant vendicare nec murum quocunque modo in quacunque parte infringere vel desuper edificium erigere qualecumque. Sepedictis vero Hailwigi et Friderico Cuprifabro ex gratia indulserunt, ut per murum situm in fundo dictorum de Salem et ipsis ex integro attinentem fenestras construant, que lumen recipiant ab alto, ita ut de dictis fenestris nullum incommodum sustineant predicti de Salem in sua domo vel area seu gravamen, nec aliquid supra dictum murum construere debeant nisi de licentia eorundem. Illo tamen pacto prehabito, ut quandocunque sepedicti de Salem voluerint quacunque de causa, dictus Fridericus et Hailwigis seu quicunque dictas domus inhabitaverint vel possederint quocunque titulo, dictas fenestras obstruere debeant et infringere, quidquid supra muro constructum fuerat, contradicione, dilatione, exceptione, deffensione qualibet non obstante. Quod si secus fecerint, per censuram ecclesiasticam et forum iudicii civitatis conpelli debent, predicta celeriter adimplere, cum nichil iuris habeant in dicto muro, prout plenius est expressum. Porro in emptione domuncule dicte *des Ůldingers hus* site a latere domus Friderici inter dictos de Salem et ipsum Fridericum taliter est conventum, ut domus Friderici a latere directo ad aream parvulam contiguam domuncule dicte *des Ůldingers hus* versus domum Hailwigis prelibate, quicquid ibidem fratres de Salem edificii erigere voluerint in futurum, in lumine nullum patiatur obstaculum. Et ne de contingentibus aliquid obmittatur, sciendum, quod via media inter domum dicti Fridrici et Burkardi de *Haidoltswiler*, que vulgo *daz Gaesseli* dicitur, sine cuiuscunque et quocunque obstaculo monasterio pertineat[1] antedicto. Acta sunt hec diversis temporibus et in nostra presentia anno domini M°CC°LXXVIII°, indictione VI[a], ab omnibus partibus dictum factum contingentibus, prout est dictum, sub protestatione fore factum concorditer declarata. Subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero, Rudolfo, Cunrado et Ůlrico fratribus et Růdolfo dicto *der Ruhe*, Johelariis; Jacobo dicto *der Rogewiler* et Ůlrico filio suo; Hugone *in der Biunde*, Burkardo dicto *der Husaer* et Hainrico dicto *der Tettinkovaer*: civibus in Constantia; de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario dicto de Ysenina, Růdolfo bursario dicto [de] *Vilingen* et Nicolao monachis, Berhtoldo Mercatore, converso aliisque quam pluribus probis viris.

[1] Vorlage hat pertinent.

In cuius facti evidentiam et ne predictis de Salem preiudicium aliquid vel gravamen a quocunque homine in posterum oriatur super premissis omnibus et singulis, presens instrumentum super hoc confectum appensione sigillorum nostrorum, videlicet curie Constantiensis, ministri et consulum duximus roborandum. Datum Constantie ut supra.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 211, Nr. 592. ZGO. 38, 81.

Nr. 72.

Abt Ulrich und der Konvent des Klosters Salem verkaufen an Berthold Roder von Schaffhausen, Leutpriester in Andelshofen, um 35 Mark Silber auf Lebenszeit ein ihnen gehöriges Haus bei St. Johann in Konstanz.

Konstanz, 1278, Januar 20.

Omnibus et singulis hoc scriptum intuentibus vel audientibus nos frater Ůlricus abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, rei geste noticiam cum salute. Ut contractus bone fidei in posterum non valeant irritari, roborari debent testimonio literarum. Eapropter noscant universi, quod cum diversis oneribus debitorum essemus oppressi nec ab onere debitorum nos aliquatinus relevare possemus sine rerum nostrarum gravi distractione, prehabito consilio communi et unanimi consensu, quorum intererat, presente etiam et consentiente dilecto in Christo magistro Hainrico, officiali curie Constantiensis, qui tunc temporis reverendi in Christo Rodolfi, dei gratia episcopi dicti loci, gessit vices generales, domum nostram lapideam cum omnibus suis attinentiis, sitam apud sanctum Johannem in Constantia, nobis ex merce magistri Hainrici de Capella, canonici sancti Johannis in Constantia, libere vacantem, amico nostro in domino speciali Berhtoldo de Scafusa dicto *Roder*, tunc tempore rectore seu plebano in *Andilsowe*, pro summa triginta quinque marcarum argenti legalis ad pondus Constantiense, quas ab eo locis et temporibus diversis integraliter recepisse necnon easdem in utile subsidium oneris debitorum nostrorum incontinenti convertisse presentibus profitemur, pro tempore vite sue vendentes, contradictione seu obstaculo quolibet non obstantibus, dedimus cum omni libertate possidendam.

Renuntiantes presentium tenore pro nobis et nostris successoribus universis omni actioni, omni repetitioni et exceptioni tam deceptionis ultra dimidium iusti precii, pecunie non numerate, quam omni auxilio utriusque iuris, scilicet canonici et civilis, necnon omnibus et singulis quibuscumque gratiis, indulgentiis, constitutionibus, iuribus et consuetudinibus, quibus vel quorum occasione predictus Berhtoldus in prefate domus possessione quieta circumveniri, inquietari, defraudari aut perturbari modo posset aliquo vel eludi. Nichilominus eidem Berhtoldo ad sepedicte domus giwarandiam, id est *wer-scaft*, perutilem et omnino sibi indempnem nos et nostros successores presentibus obligando.

Hoc tamen palam adiecto, ut cum sepenominatus Berhtoldus semitam universe carnis introierit, nullus heredum seu successorum suorum in predicta domo ratione sue possessionis vel emptionis aliquid iuris sibi usurpare audeat, sed ad nostrum monasterium, omni contradictione postposita, libere devolvatur. Ut autem tam rationabile factum malignorum invidia everti aut violari non valeat, presens instrumentum super hoc confectum sigillo nostro, scilicet abbatis, quo et nos conventus utimur, quia non habemus aliud, cum sigillo reverendi patris nostri, abbatis de Luzela, necnon sigillo pretacti magistri Hainrici officialis, quo vice domini epis-

epi Constantiensis utitur, cum sigillo curie Constantiensis duximus roborandum. Acta sunt hec Constantie anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta, presentibus et consentientibus testibus subnotatis, videlicet fratre Nycolao et fratre Rô bursario monachis in Salem; magistro Hainrico de *Herbolthain*, magistro Azone, Gerungo notario de Petri domo. Data anno domini M°CC°LXX°VIII, indictione VIa, XIII kalendas Februarii. Nos frater Conradus, abbas de Luzela, cum predictis interfuerimus, ad petitionem partium huic instrumento nostrum sigillum duximus pro testimonio appendendum. Nos vero magister Hainricus, officialis et canonicus curie Constantiensis, cum prefatis interfuerimus et in ea consenserimus, ad petitionem partium huic instrumento sigillum, quo utimur vice domini nostri R., dei gratia episcopi Constantiensis, necnon sigillum curie duximus pro testimonio appendendum.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 194, Nr. 578; ZGO. 38, 64. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2452.

Nr. 73.*

Bischof Rudolf II. bestätigt dem Propst und Konvent von Marchthal die diesem von dem Vorgänger des Ausstellers, von Bischof Heinrich I., seiner Zeit gemachte Schenkung der Maria-Magdalenenkapelle auf dem Kopf der Konstanzer Rheinbrücke, fernerhin den Besitz des Hauses, welches das Kloster an die Kapelle angebaut hatte, endlich desselben Vorgängers weiteres Privileg, um Kapelle und Haus einen Uferstrich des Rheines in Breite von 30 Schuh mit Erde und Steinwerk aufzufüllen, um dadurch die Gebäude gegen die Wellen des Flusses zu schützen und das gewonnene Land [aree] nach Belieben zu verwenden. (Vgl. Nr. 145 vom 20. Juli 1300.)

Zürich, 1278, Juni 2.

Rudolfus dei gracia Constanciensis episcopus universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris salutem et noticiam rei geste. Cum pie memorie venerabilis pater dominus Heinricus, episcopus predicte ecclesie Constanciensis, noster antecessor, capellam beate Marie Magdalene sitam in capite pontis civitatis Constanciensis monasterio Martellensi, quod nobis et ecclesie nostre tam temporali iure subiacet quam spiritali, donasset et libera possessione tradidisset et predicti monasterii fratres domum annexam capelle propriis sumptibus et laboribus construxissent, hoc ex speciali gracia predicto monasterio Martellensi contulit et donavit, ut circa capellam et domum prefatam triginta pedum spacium in ripa fluminis Reni, qui cursus suos circa capellam et domum solet sepius extendere, possint et valeant ex materia terre vel lapidum areas construere et, si voluerint, suis usibus mancipare. Nos igitur attendentes, quod predictum monasterium Martellense in recipiendo personam nostram nostrorumque honorifice et gratanter nec rebus parcit nec personis, precibus Wernheri prepositi prefati Martellensis monasterii inclinati, capellam cum domo spatioque triginta pedum circa capellam et domum contiguo et vicino, imitando vestigia recolende memorie predecessoris nostri Heinrici episcopi sepenominati, monasterio Martellensi ex pontificali auctoritate conferimus, tradimus et donamus, non obstantibus edificiis ibidem a quoquam constructis, ipsam donacionem in nomine domini confirmantes et in evidenciam et memoriam gestorum presentem kartulam sigilli nostri munimine roborantes. Datum Turego, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, IIII°. nonas Junii, indiccione VII .

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 219. Siegel erhalten. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2470. [Nach dem gleich erwähnten Transsumpt.] Transsumpt u. Vidimus Bischof Rudolf III. v. J. 1327, Jan. 19. Perg. Or. GLA. V, Spec. 219. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 4114. Weiteres Regest: Ruppert, Beiträge III. 91.

Nr. 74.*

Das Domkapitel verleiht eine ihm gehörige Wiese, Klaustrallehen des Domdekans Walko, an den Konstanzer Münzer Konrad zum Burgthor als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Pfund Pf.

Konstanz, 1278, August 17.

Universis Cristifidelibus presentes litteras inspecturis Hainricus prepositus, Walko decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis salutem cum notitia subscriptorum. Res geste impeticionis future scrupulo minus poterunt impugnari, si ipse scripturarum et testium intersigno posterorum ad noticiam deferantur. Noverint igitur universi presentium de cetero perlectores, quod nos pratum nostrum ex una parte pomerio honorandi in Christi Bertoldi prepositi ecclesie sancti Steffani in Constantia et ex altera pomerio sive orto Cůnradi monetarii Constantiensis dicti *B[ur]chtor*[1] conterminum, discreta et provida deliberatione prehabita necnon expresso libero et speciali consensu mei scilicet Walkonis decani, qui idem pratum possedi in feodum claustrale, adhibito, iamdicto monetario Constantiensi pro annuo censu videlicet una libra den. monete Const. in festo beati Jacobi apostoli solvendo nomine ecclesie nostre, cum in utilitatem eiusdem, sicut profitemur presentibus, cedere visum extiterit, duximus sub huiusmodi condicionibus sine dolo et fraude qualibet concedendum.

Videlicet si idem Conradus monetarius annis singulis a festo sancti Jacobi infra octo dies censum non solveret memoratum, quod pratum antedictum ad nostram ecclesiam iure, quod wlgariter *zinsvelli* dicitur, extunc in antea redeat, contradictione qualibet non obstante. Hoc etiam condicto in concessione huiusmodi et statuto, quod ipse monetarius pratum sepius dictum in personam aliam vel alias per vendicionem, obligacionem aut alium quemcumque modum alienandi non possit vel debeat transferre divisim aliqualiter sed coniunctim, sic ipso prato manente integro quolibet in futurum. Provisum est nichilominus et condictum, quod dictus monetarius vel post obitum eius senior tantummodo filius, et si filium non habuerit, filia tantummodo maior etate, in quos pluries dictum pratum ipso monetario cedente vel decedente posse vel debere transire tenore presencium recognoscimus, vel eciam quilibet, in quem per eos ipsum pratum contractu vendicionis, obli-

[1] Vorlage hat «Bruchtor».

gationis, vel alterius modi alienandi cuiuslibet coniunctim et non divisim, quemadmodum eis hac nostra concessione permisimus, translatum extiterit, cum idem possidere inceperit, a me decano vel a quovis canonicorum, qui michi in prato eodem successerit, ipsum recipere debet, michi vel sibi fertonem argenti nomine iuris quod apud wlgus *erschatz* dicitur persolvendo, condicionibus prefatis omnibus et singulis a quibuslibet sepissime dicti prati de cetero possessoribus observandis.

In quorum omnium et singulorum testimonium et robur perpetuum, nos, omni iuris canonici et civilis communis ac privati auxilio et exceptioni et specialiter ultra dimidium iusti pretii et restitutionis in integrum exceptionibus, litterisque sive indulgenciis quibuslibet[2] a sede apostolica vel aliunde impetratis aut impetrandis occasionique cuivis iuris, consuetudinis aut facti tam in genere quam in specie, pretextu cuius prefata nostra concessio a nobis vel ab aliquo nostrorum successorum posset imposterum irritari quomodo libet vel cassari, tam pro nobis quam pro eisdem nostris successoribus sine dolo et fraude qualibet renunciantes, supradicto Cûnrado monetario Const. dicto ze *Burchtor*[3] presens instrumentum dedimus sigillorum nostri capituli et nostri videlicet Hainrici prepositi et Walkonis[4] decani prefatorum necnon civitatis Constantiensis robore conmunitum. Acta sunt hec in sacrario ecclesie nostre Constant., presentibus honorandis in Christo nobis videlicet Hainrico preposito, Walkone decano supradictis, Bertoldo thesaurario, Ber. scolastico, Rûperto de *Tannenvelse*, Hainrico de *Wigoltingen*, Cûnrado de *Grûningen*, Eberhardo de *Stöphenegge*, Burkardo de *Höwen*, Rûdolffo des *Sulzeberch*, magister Hainrico de *Zurzach* et Cûnrado de *Hohenvelse*: canonicis iamdicte ecclesie Constant. et aliis quam pluribus viris providis et honestis, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, XVI. kal. Septembris, indicione sexta.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 493 (alte Nr. 307), f. 163 Nr. 84: Aufschrift XV. XVI. Jh.: Littera super claustrali ante portam Scotorum, quod habet Jo. Muntprat, de quo dat. super festo Martini I lb. den.; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 81[1],2.

Nr. 75.*

Das Kapitel des Stifts S. Stephan verleiht eine Hofstätte in der Maiergasse als Erblehen an Ulrich Manbürer, sowie dessen Frau und Nachkommen gegen einen jährlichen Zins von 12 Schilling Pf.

Konstanz, 1279, Februar 1.

Nos capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis notum facimus omnibus presentes litteras inspectoribus, quod nos aream nostram

---

[2] Vorlage hat «cuiuslibet».

[3] Vorlage hat «Berchtor».

[4] Vorlage hat «Waltheri».

sitam in vico qui dicitur *Maiergass*, quam magister Fridricus dictus *Kupherschmid* antea possidebat et nobis resignavit, eandem Ůlrico dicto *Manbúrer*, Judente uxori sue, pueris suis utriusque sexus ac omnibus heredibus eorum per manum Wernheri, cellerarii ecclesie nostre dicti *Murer*, pro annuo censu duodecim solidorum monete Constantiensis concessimus iusto tytulo feodi censualis perpetuo possidendam tali pacto, quod dictus Ůlricus vel heredes ipsius in ieiuniis quatuor temporum successive per anni circulum contingentium cellerario ecclesie nostre, qui pro tempore fuerit, tres solidos denariorum bonorum et legalium sine diminutione qualibet semper conferant et assingnent. Et si in terminis statutis iam dictus Ůlricus vel heredes ipsius censum cuilibet termino deputatum dare neglexerint, duodecim den. post septem dies elapsos nomine pene dare tenebuntur et sic post alios septem dies eadem pena se frequenter innovabit. Si vero prelibatus Ůlricus vel heredes ipsius domum superedificatam de necessitate aliqua vendere decreverint, ipsam nobis primo exhibeant pro ceteris conparandam [et] in valore precii, quo vendi potest, tenebuntur V. solid. relaxare. Quam si conparare noluerimus, vendendi ipsam persone, que fuerit in eadem habilitate et existentia sicut ipse Ůlricus existit, sine contradictione qualibet ipsis concedimus liberam facultatem, ita tamen, quod emptor unum quartale vini huius terre celerario ecclesie nostre, cum ab eo receperit, amministret. Et census eiusdem domus non debet a nobis minui vel augeri, salvo etiam per omnia iure nostro circa ipsum emptorem domus prefate, prout est superius enarratum. Item adiectum est, si nos aream prelibate domus vendere voluerimus, antedicto Ůlrico vel heredibus suis exhibere debemus sine difficultate qualibet primitus conparandam, et de sorte principali quinque solidos relaxare.

In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum nostro videlicet capituli ecclesie sancti Stephani Constantiensis nec non curie Constantiensis duximus roborandam. Acta sunt hec Constantie in ecclesia nostra, anno domini milesimo ducentesimo septuagesimo nono, in vigilia purificationis beate Marie virginis, indictione octava.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz), f. 76[1] 2. Bemerkung: «Instrumentum super domo et area ze der Mus, quam olim possidebat dictus Maynowe; nunc tenet dicta Rüschin» [circa 1420].

Nr. 76.*

Der Offizial entscheidet einen Rechtsstreit zwischen dem Stift S. Stephan und Guta Spiserin über das Haus der letzteren dahin, daß dasselbe dem genannten Stift mit jährlich einem Schill. Pf. zinsbar sei.

Konstanz, 1280, Juli 19.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentes inspectoribus subscriptorum notitiam cum salute. Ad tollendam inposterum calumpniandi materiam utilitas exegit, gesta modernorum scripturarum serie perhennari. Noverint igitur universi, quod mota iam dudum questione inter honorabiles viros prepositum totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis ex una et Gutam dictam *Spiserin* ex parte altera super eo, quod prefati prepositus et capitulum asserebant sibi debitum singulis annis in festo beati Johannis Baptiste unum solidum Constantiensem nomine census de domo predicte *Spiserin*, que est contigua domui relicte quondam de *Ramsperch*, nos auditis hinc inde propositis, lite legitime contestata, observatoque nostre ordine, quia invenimus, legitimis documentis predictos prepositum et capitulum intentionem suam plenius probavisse, in nomine domini sententialiter pronuntiamus et diffinimus per presentes, predictam domum sepefato preposito et capitulo in uno solido fore censualem, condempnantes predictam Gutam ad solutionem predicti census in termino supradicto singulis annis faciendam.

In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo curie Constantiensis fecimus communiri. Datum Constantie anno domini M°CC° lxxx°, proxima feria tertia ante Marie Magdalene, indictione octava.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 80. Anmerkung: quam domum nunc inhabitat Nicolaus Ziegler, institor (um 1420).

Nr. 77.*

Konrad Häldi anerkennt dem Stift S. Stephan gegenüber die Zinsleheneigenschaft seiner Hofstätte in der Brodlaube, von welcher er dem genannten Stift jährlich 25 Schill. Pf. zinst. Vgl. Nr. 54.

Konstanz, 1281, Januar 30.

H. thesaurarius[1] et Conradus de Brisacho, canonici ecclesie Constantiensis gerentes vices venerabilis patris et domini R. dei gratia eiusdem ecclesie episcopi, necnon officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus notitiam subscriptorum cum salute. Noverint universi, quod Conradus dictus *Häldi* constitutus in nostri presentia recongnovit, omnia infrascripta esse vera et ad observationem earundem se teneri ac legitime cum omni solempnitate debita vel consweta ita gestum et actum esse, secundum quod in litteris infra scriptis continentur. In nomine domini amen. Ut futuris periculis et dispendiis partium caveatur, que geruntur, scripturarum solent serie annotari. Presentes igitur noverint et futuri, quod Conradus dictus *Häldi* aream suam in der *Brötloben* pro viginti et quinque sol.

[1] Vorlage (Abschrift) hat theusararius.

den. Const. nomine census annis singulis in quatuor temporibus ieiunii quatuor temporum persolvendis a capitulo ecclesie sancti Stephani in Constantia pro se et uxore sua recepisse promisit et cetera, ut in priori instrumento excepto uno continetur.[2]

Nos vero H. thesaurarius[3], C. de Brisaco et officialis curie Constantiensis supradicti in testimonium et evidentiam omnium premissorum ad petitionem diligentem predicti Conradi *Häldi* sigilla nostra presentibus litteris duximus appendenda. Datum et actum Constantie in curia prefati domini thesaurarii[4] anno domini M°CC° LXXXI°, proxima feria tertia ante purificationem beate virginis, indictione nona.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 94[1/2]. Fehlt Regg. ep. Const.

Nr. 78.*

Das Domkapitel verleiht ein ihm von dem Goldschmied Konrad Hauser, B. v. K., aufgetragenes Haus dem Schenker für sich, seine Frau und seine Nachkommen als Wachszinseigen gegen ein jährliches Viertel Wachs zurück.

Konstanz, 1281, Oktober 3.

In nomine domini amen. Prepositus Růdolffus, decanus totumque capitulum ecclesie Constanciencis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum cum salute. Ad tollendam in posterum calumpniandi materiam necessitas exegit, gesta modernorum scripturarum serie perhennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum discretus vir Conradus aurifaber dictus *Huser* civis Constanc., cupiens saluti anime sue providere, nobis proprietatem domus sue lapidee, quam inhabitat, usque ad lares inclusive fixas ante hostium dicte domus ad communes prebendas tradidisset, nos attendentes, quia in officiis caritatis illis tenemur obnoxii, a quibus beneficium noscimur recepisse, predictam domum ad ordinacionem et peticionem prefati Conradi sibi et Iudenthe uxori sue, Johanni et Margarete pueris suis iam extantibus atque futuris, necnon puerorum eorundem heredibus inposterum nascituris in feodum concessimus, quod wlgariter dicitur *zinslehen*, et concedimus per presentes per manus domini decani supradicti pro annuo censu videlicet uno fertone cere in purificacione beate Marie virginis ad maius altare, cum predictus Conradus vel heredes eiusdem requisiti fuerint, singulis annis persolvendo. Condictum est eciam inter nos et unanimi consensu nostri capituli expressum est, quod si pueros supradicti Conradi sine heredibus decedere contigerit, quod predicta domus ad Gůtam filiam suam vel heredes eiusdem libere eodem iure, quo et ipse Conradus eam possidet, libere devolvatur. Adiectum est eciam et per nos concessum, quod liberum sit prefato Conrado et Iudenthe uxori sue necnon heredibus eorundem quibuscunque, ad quos dicta domus iure

---

[2] Die Abschrift kürzt hier unter Beziehung auf die Urkunde vom 11. April 1269 (oben Nr. 54).

[3] Vorlage (Abschrift) hat theusararius.

[4] Vorlage hat theusararii.

predicto devolvetur, ipsam domum vendere, locare, permutare seu quocunque alienacionis titulo transferre in quascunque personas ecclesiasticas vel seculares et ad religiosas domos sive collegia, salvo nobis dumtaxat annuo censu supradicto. Volentes eciam, quod si dictus census non fuerit singulis annis persolutus, quod propter hoc possessores eiusdem domus non cadant a iure suo, sed liceat eis suplere [!] censum neglectum. Quandocunque etiam neglectus fuerit vel[1] persolutus dictus census, standum esse volumus verbo et fidei possessoris domus memorate. Renunciantes omni iuri et iuris auxilio, omnibus litteris impetratis vel impetrandis a sede apostolica vel aliunde, omnibus privilegiis, omni consuetudini generali et speciali necnon omnibus excepcionibus et defensionibus, per que ea, que predicta sunt, possent aliquo modo irritari vel quovis ingenio impediri vel revocari.

Et in evidenciam omnium premissorum presens instrumentum tam pro nobis quam pro nostris in evum successoribus sepedictis Conrado et Iudenthe uxori sue necnon pueris suis ac omnibus heredibus eorundem tradidimus sigilli capituli nostri robore communitum. Datum et actum Constancie in sacretario ecclesie nostre, proxima feria sexta post festum beati Michaelis, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, indicione decima, presentibus Rŭdolffo decano predicto, Ruperto preposito sancti Stephani Constanc., Hainrico cellerario, Conrado de *Vilingen:* canonicis ecclesie nostre; Hainrico dicto *Zwicke* subcustode, Conrado dicto Curiali prebendario sancte Margarete, Ulrico dicto Medico, prebendario sancti Michaelis; Walthero Johelario, Simone dicto *Smerli*, Hainrico dicto *Strit*, Burckhardo dicto *Under schophe*, Hainrico *Under schophe*, Hugone dicto *Under schophe*, Conrado dicto filio C. *Wizlan:* civibus Constanc.; magistro Hainrico de *Sol* et Ul. filio dicti *Werden* de *Uberlingen.*

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 73, Nr. 54; Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 72¹ ₂; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 89 ¹/₂.

Nr. 79.

Der Konstanzer Bürger Arnold Schnewiß schenkt eine Sumpfwiese am See, angebliches Lehen der Konstanzer Kirche, dem Augustinerkloster zur Anlage eines Gartens. Konstanz, 1281, Oktober 9.

H. thesaurarius et C. de *Brisach*, canonici Constantienses, venerabilis patris ac domini R. dei gratia Constantiensis episcopi vices gerentes, dilectis in Christo universis, ad quos presentes pervenerint, subscriptorum noticiam cum salute. Ut super hiis, que geruntur provide coram nobis, nostris posteris dissensionis materiam subtrahamus, vestram tenore presentium nosce volumus caritatem, quod cum viri religiosi . . prior et conventus fratrum ordinis sancti Augustini domus Constantiensis pro orto olerum et aliis sibi necessariis edificiis aree copiam non haberent,

[1] Sollte vielleicht besser «nec» heißen.

Arnoldus dictus *Snewissce* civis Constantiensis, ipsorum defectum miseratus, paludem seu aream inutilem et incultam, sitam retro domum fratrum eorundem in litore lacus inter duos muros novum scilicet et veterem ambitus civitatis, usque ad portam dictam *Nengers turli* et pontem seu viam lapideam, a predicta porta usque ad novum murum predictum procedentem, quam iure proprietatis sibi credidit pertinere, nonnullis tamen asserentibus, quod eam in feodum haberet ab ecclesia Constantiensi, ad replendum et parandum in ea ortum et alia sibi necessaria, pro salute sue anime cum omni iure, quod sibi pertinuit vel pertinere videbatur in illa, de consensu nostro in fratres transtulit prenotatos.

Testes huius rei sunt Burchardus de *Hove* senior, Johannes *An dem Griesce*, Burchelinus de *Hove* iunior, Cůnradus dictus *Goldast*, Rúdegerus *Hornaffe*, Ůl. *Tugwasser*, Berchtoldus *Val* et plures alii fide digni. Et in premissorum testimonium dictus fratribus presentem cedulam nostris sigillis tradidimus sigillatam. Datum Constantie anno domini M°CC°LXXX primo, VII. idus Octobris, indictione X.

Or. GLA., V. Spec. 153. Siegel fehlen. Druck: Neugart-Mone, Episcopatus Constantiensis II, 652, Nr. 63. Regest: Regg. ep. Const. 2534.

Nr. 80.*

Der Konstanzer Bürger Konrad Wizlan thut mit Zustimmung seiner Ehefrau und seiner Söhne ihm als freies Eigen zugehörige Hofstätten auf den Platten als Erblehen aus. Eine Hofstätte erhält Heinrich, der Zimmermann, und entrichtet jährlich 1 Pfund 4 Schilling Pf.; eine zweite Hofstätte erhält Konrad Erbe gegen jährlich 2 Pfund Pf.; eine dritte Hofstätte erhält Ulrich Erbe gegen jährlich 30 Schilling Pf.; die Brüder Wernher und Jakob, die Schmiede, eine weitere Hofstätte gegen jährlich 30 Schilling Pf.; Hug in der Bünde eine Hofstätte gegen jährlich 1 Pfund 2 Schilling Pf.; Rüdiger der Biminzelter eine Hofstätte für jährlich 8 Schilling Pf.

Konstanz, 1282, Mai, o. T.

Allen den, die disen gegenwrten brief sehent und hörint lesen, kúndet der vogit, der amman, und der rât von Kostenze, daz herre Cůnrat Wizlan, ain burger von Kostinze und vro Mehthilt sin hûsvröwe und Hainrich, Cůnrat, Johannes und Nicolaus, iro sune, die hofstette uf den Blatton, die hern Cůnratis aigen sint, hin hant gelihen in dem rehte, alse hie nach gescriben ist: Hainriche dem zimberman, und siner wirtin und sinen kinden die hofstat umbe vier schillinge und ain phunt kostinzer phenninge; Cůnrate dem Erbin und siner wirtin und sinen kinden die hofstat umbe zwai phunt kostinzer phenninge, da hörit Kůnen des malers hofstat zu; Ůlrich dem Erbin und siner wirtin und sinen kinden die hofstat umbe drizic schillinge kostinzer phenninge; dien brůdirn den smiden Wernhere und Jacobe und ir wirtinan und iro kinden die hofstat umbe drizic schillinge kostinzer phenninge; hern Hugen in der Búnde und siner wirtin und sinen kinden die hofstat an sinem huse umbe zwen schillinge und ain phunt hostinzer phenninge;

Rudegere dem Biminzelter und siner wirten und sinen kinden die hofstat hinder dem zimberman umbe aht schillinge phenninge. Disen zins sol man alliu iär gebin halbin ze sant Johannes tult ze súnwenden und halben ze sant Johannes tult ze wihenaht, und swer des zinses niht engit nach sante Johannes tult an dem ahtoten tage, der sol in dar nach gebin mit drin schillingen phenninge. Und versizzet er daz abir aht tage, so sol er abir dri schillinge phenninge gebin. Und versizzit er abir aht tage daz, so sol er abir dri schillinge phenninge gebin. Ist, daz er der niun schillinge und des zinses niut dar nach inrunt aht tagen git, so sol dem lehenherren diu hofstat und daz hus, daz dar uffe stât, ledic sin, noch ensol iener, der den zins versessen hât, niemir enhain ansprache noch klage an gaistlichem gerihte noch an weltlichem darnach habin. So git Hainrich der zimberman ain hun, der Erbon ietwedir zwai hůnre, die brůdir zwai hůnre und der Biminzelter zwai hůnre. Und son diu hůnre gen von den hofstetten alliu iär ze der vaschnaht oder da vor sibin naehte, oder der lehenherre sol darumbe phendin ane zorn und ane klage. Siu hant ŏch daz reht, die die hofstette hant, daz siu herre Cůnrat Wizlan noch enhain sin nachkome sol beswaeren an dem zinse noch hohir triben, und also hat inen herre Cůnrat und sin wirtin und siniu kint fur sich und fur alle ir nachkomen die hofstette gelihen ze ainem rehtin erbezinslehen, alse hie vor geschriben ist. Ist ŏch, daz herre Cůnrat Wizlan oder swer die hofstette lihet, siu wil verkŏfin, so soll er niut wan den zins verkŏfin, daz siu ieman furbaz muge beswaeren an dem zinse, wan als siu iezunt stant. Er sol siu aber inen, die die hofstette hant, ze dem ersten bietin, und wil er siu kŏfin, dem sol er siu viunf schillinge naher gebin, danne man im anderswa drumbe wolte gebin. Daz selbe sont ŏch siu tůn gegen den lehenherren. Und wil er danne des huses niut kŏfin, so mag ers gen, swem er wil, âne Juden und âne bŏse liute; dem sol ez der lehenherre lihen in allem dem rehte, als siu ŏch iezunt stant. Und swer daz hûs kŏfit, der sol dem lehenherren ain viertail lantwines gebin ze erschazze des besten, so man vaile vindet.

Disiu sazzunge und disiu lehenschaft beschach ze Kostinze vor dem râte, der do waz. Daz waz herre Albrecht von Kastiln der vogit, herre Cůnrat hern Azzin der amman, herre Cůnrat ze Burgetor der munzer, maister Ulrich Underschophe, herre Hainrich der Vrie, herre Burcart von Hove, herre Ůlrich der Harzer, herre Hainrich von Tettinchoven, herre Johannes An dem Grieze, herre Cůnrat Ramunch, herre Ůlrich Hindir sant Johanne und herre Cůnrat der Swarze und maister Hainrich Celi der stat-

schriber. Unde daz diz ståte belibe, als an disem brieve geschriben ist, noch nieman dawider muge getůn noch ensiul, daz in an dem zinse noch an dem lehen ze schadin muge komen, darumbe so henchit der vorgenande råt von Kostinze durh ir aller bet der gemaine der stat ze Kostinze insigel ze ainem staetin urkúnde an disen gegenwrtigen brief. Ich Cůnrat Wizlan, alse hie vor an dierre hantveste geschriben ist, dez vergihe ich mit disem brieve, daz ez wår ist, und ze ainer vestenunge der warhait, so henche ich ŏch min selbez insigel an disen gegenwrten brief. Dierre brief wart geben ze Kostinze, do von gottis gebúrte hin waren zwelfhundert und ahzic jåre und in dem andirn jåre darnach, in dem maien, indictione decima.

Ungedruckt. Or. SPAKZ. I. E. h. Nr. 1573. Siegel erhalten. Rückvermerke: von den hofstetten uf den Blattan [13. Jh.]. Nota diser brief seit 35 Schill. pf. geltz und 1 vasnacht hůn, ist erköft von Hansen Appentegger. [15. Jh.] Git der Müller, der schůchmacher. Git Oschwalt Burger der Schůchmacher. [16. Jh.] A⁰ 1692 zins Zacharias Pforzhammer schuster uf der Blatten. Ab dem haus zum Helm, so dermalen Joseph Rauch besizet und der Raite lehen ist. [18. Jh.] Regest: Ruppert, Beiträge III, 31.

Nr. 81.*

Propst Rupprecht und das Kapitel des Stifts S. Stephan nehmen ein vom Stift lehenrühriges Haus mit Hofstätte hinter dem Pfarrhof von S. Stephan von Andreas, dem Sohne des verstorbenen Chorherrn Walther von Kirchheim, auf und verleihen dasselbe als Zinseigen an den Konstanzer Bürger Hugo Värli, dem es der Erstgenannte für 16¼ Mark Silber verkauft hatte. Der Beliehene hat von dem Hause die Unterhaltung eines Ewiglichtes vor dem S. Nikolausaltar in der Kirche S. Stephan zu bestreiten.

Konstanz, 1282, Mai 30.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Růpertus dei gratia sancti Stephani prepositus totumque eiusdem ecclesie capitulum universis in Christo fidelibus salutem in omnium salvatore. Temporis levitas, humanitatis fragilitas nos hortatur, que geruntur, testimonio scripture perhennari. Igitur presentibus et futuris innotescat, quod cum Hugo dictus *Vårli* civis Constantiensis domum cum fundo, quam quondam magister Waltherus de *Kilchain* concanonicus noster a nobis tenuit, sitam retro domum plebani sancti Stephani Constantiensis, ab Andrea filio predicti magistri Waltheri, qui eidem in dicta domo successit, pro sedecim marcis et uno fertone argenti puri et legalis ponderis Constantiensis iuste et legaliter compararit, nos recepta ab eodem Andrea resignatione predictorum domus et fundi in manus nostras, ipsam domum cum fundo predicto Hugoni suisque liberis tam masculis quam feminis ad petitionem ipsius Andree concessimus ab ipsis eorumque heredibus iure feodali perpetuo possidendam, hoc iure nobis reservato, ut dictus Hugo vel sui liberi aut eorum heredes, quicunque

fuerint eis succedentes, lumen de oleo ad altare sancti Nicolay singulis noctibus amministrent de domo et area supradictis. Licitum est etiam prefato Hugoni et liberis suis ac eorum heredibus vel eis in dictis domo et area succedentibus, prefatas domum et aream vendere, obligare aut donare seu quocunque modo in aliam utriusque sexus cuiuscunque conditionis personam liberaliter transferre, si prius nobis exhibuerint eas ad emendum, salvo iure de lumine persolvendo.

Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, iure, conswetudine, constitutione seu privilegio non obstante, hanc cedulam exinde conscribi fecimus et venerabilis in Christo patris et domini R. dei gratia Constantiensis episcopi necnon R. prenotati prepositi et capituli nostri sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec ab incarnatione domini anno milesimo ducentesimo octagesimo secundo, tertio kalendas Junii, indictione decima, ante curiam plebani sancti Stephani Constantiensis; presentibus domino Burkardo apud Portam plebano ecclesie sancti Stephani; domino Ülrico *Tuggwasen;* domino Wernhero dicto *Murer:* sacerdotibus, magistro Walthero de *Schafusa*, magistro Walthero de *Mülhain*, magistro Bertholdo de *Lützelstettin*, domino Ülrico Spülone et de *Richental:* canonicis ecclesie sancti Stephani Constantiensis; Conrado *hern Atzzen;* H. de *Tetikoven;* H. dicto *Kadel* et aliis quam pluribus fide dignis.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 89¹/2. Bemerkung: Instrumentum hoc cantat de lumine uno, quod ardet ante altare domini plebani in honore sancti Nicolay, et dominus JO. Humpreht et dominus Jo. Bolant et ipsorum successores habent rendere edituo sancti Stephani pro lumine videlicet quilibet eorum in quinque solidis den. annuatim (um 1420).

Nr. 82.*

Propst Rupprecht und das Kapitel des Stifts S. Stephan nehmen von dem Domherrn Heinrich Keller von Wigoltingen dessen vom Stift S. Stephan lehenrühriges Haus hinter der S. Stephanskirche auf und verleihen es auf Bitten des Konrad Schatz, B. v. K., dem und dessen Ehefrau der genannte Domherr das Haus für 26 Mark Silber verkauft hatte, an die Ehefrau des Käufers, Mya von Altdorf, und deren Bruder Heinrich von Altdorf als Zinseigen gegen Entrichtung eines jährlichen Zinses von einem Viertel Wachs. Konrad Schatz erhält an dem Hause Leibgedingsrecht eingeräumt. Vgl. Nr. 83.

Konstanz, 1282, nach November 11.

Allen den, die disen brief sehent und hôrent lesen, kúndent wir her Rupreht, der propst von sant Steffan ze Costentz, und alles dz capitel derselben kilchen, dz her Hainrich der Keller von Wigoltingen, ain corherre von únser frowen múnster ze Costentz, sin hus hinder sant Steffan bi der rinkmure, dz er von únserm gotzhuse hette

ze ainem rehten erbezinslehen umb ainen gantzen vierdung wachse ze dem jåre, håt geben ze köffenne her Conrat dem Schatz, ainem burger von Costentz, und frow Migen siner husfrowen reht und redlich umb sechs und zwaintzig mark lôtiges silbers Costentzer gelôtis, und gab úns dz selb hus uf an únser hand mit allem dem rehte, als öch ers hette. Und batt úns her Conrat der vorgenante Schatz, dz wir dz hus lihint frow Migen her Rûdolfs såligen tohter von Altorf, siner husfrowen, und her Hainrich von Altorf ir brûder, ainem burger ze Costentz. Und also lihent wir dz hus der vorgenante frow Migen und her Hainrich ir brûder ze ainem ståten erblehen umb ainen gantzen vierdung wachs ålliú jar, als es öch her Hainrich der Keller von úns hette; und sol man den zins ålliú iar geben ze wihennaht an sant Steffanstag. Und do wir inen dz hus und die hofstatt gelihent in allem dem rehte, als es öch her Hainrich der Keller von úns hette, do machotent si es her Conrat dem Schatze wider ze lipdinge gewalteklich ze niessent untz an sinen tod, ob er frow Migen sin wirtinnen úberlebet, und nåch sinem tod und siner husfrowen frow Migen tode, so sol es hån her Hainrich von Altorf ir brûder oder sin nåchsten erben, ob er tôd wåre.

Und beschach dz mit únserm willen und mit únsre hand. Und dz es öch úmmer ståt belibe, als an disem brief geschriben ist, dar umb so henkint wir der vorgenante probst Rûpreht und öch dz capitel únsriú baidiú insigel ze ainem ståten urkúnde der warhait an disen gegenwirtigen brief. Diss beschach und ward dirre brief ze Costentz [geben][1], do von gottes gebúrte hin warend zwôlfhundert und zwai und achtzig jar, in dem dritten herbtsmanot, nåch sant Martis mis. Und warend daran, die es sahend und hortend: her Burkart der liúpriester, her Wernher der Murer, her Walther von Múlhain der keller: chorherren ze sant Steffan; her Herman von Útwiller ain letzener, maister Wernher der Appotheger und Johann sin sun, her Conrat Spûle, her von Búselingen, Búrkh. Under Schoph, Jacob Schonstant, Ůlrich der Lederhoser und Herman sin brûder, H. der Maler, Symon Schmerli: burger zu Costentz.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 83.

Nr. 83.*

Der Amman und der Rat von Konstanz urkunden, daß sie dem Bürger Konrad Schatz und seiner Frau gestattet haben, ein Almendgrundstück hinter dem neuerworbenen Hause des Genannten gegen Entrichtung von 5 Mark Silber sich an-

---

[1] Fehlt in der Vorlage.

zueignen. Das betreffende Grundstück war von dem Domherrn Heinrich Keller, dem Verkäufer des Hauses, widerrechtlich als Einfang behandelt worden. Vgl. Nr. 82.
Konstanz, 1282, November 15–21.

Allen den, die disen brief sehent und hörent lesen, kündent wir der amman und der rat von Costentz, dz her Hainrich der Keller von Wigoltingen, ain corherre von unser frowen munster ze Costentz, sin hus, dz hinter sant Steffan lit bi der Rinkmure, het gen ze köfende her Conrad dem Schatze únserm burger und frov Migen siner husfrowen, und an dem selben huse hat úns der vor genante corher die strase bi der Rinkmur, die zu der statt von alter horte ingevangen zu dem huse ane reht. Do batt uns der Schatz und frow Miga sin wirtinne, dz wir in denselben invank liessint und gäbint ze köffend. Den gabent wir in mit der burger rät und durch bessrung der statt und der gemainde ze Costentz ze koffent umb funf marke lötiges silbers, und wurdent öch derselben fúnf marke gewert und laitent si näch der burger räte an dz Rihtehus an dem markte, und dz kam uns ze besserm nutze danne an der strasse bi der Rinkmure, und habent dz gelobet fur uns und fúr die gemainde ze Costentz, die ietzo sint oder die näch úns koment.

Dz dirre köf und dirre wechsel iemer von úns stäte belibe und dz wir den vorgenanten hern Conrad den Schatzen und frow Migen sin husfrowen noch enhain iro nächkomen an demselben huse und an dem invange núnmer beschwärint noch bekrenkent, dz in ze schaden möht komen mit ansprache oder mit kriege an gaistlichem gericht oder an weltlichem, und dz öch dz iemer stät belibe, als an disem brief geurkúndot ist und geschriben, darumb so henkend wir der vorgenant amman und der rät von Costentz der statt insigel ze ainem stäten urkúnder der warhait an disen gegenwirtigen brief. Diss beschach und ward dirre brief geben ze Costentz, do von gottes gebúrt hin warent zwölf hundert und zwai und ahtzig jars, näch sant Martis miss in der nächsten wochen.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 82½. Bemerkung: Instrumentum super domo Domini Johannis Bischoff [15. Jh.].

Nr. 84.*

Testament des Domthesaurars Heinrich [Küchelin], in welchem er seinen von Ritter Volkmar von Kemnat erkauften Hof in Konstanz, Lehen des Bischofs, der Domkustodie als Klaustralhof zuwendet und Bestimmungen über seine Jahrzeit sowie über die Verwendung seines Gnadenjahres trifft. Vgl. Nr. 70.
Konstanz, 1283, Januar 23.

Universis Christifidelibus Heinricus thesaurarius ecclesie Constantiensis salutem in vero salutari. Cum nichil sit, quod hominibus magis debeatur, quam ut supreme voluntatis liber sit stilus et licitum, quod non redit, arbitrium, ego Heinricus thesaurarius predictus sano corpore, integra mente, sic condo et ordino meam ultimam voluntatem, volens eam firmam et stabilem esse, quocunque iure valere poterit.

Sane curiam meam, quam a domino Volkmaro milite dicto de *Keminatun* de voluntate venerabilis patris ac domini R. dei gratia Constantiensis episcopi, a quo iure feodi tenetur, comparavi predicto domino episcopo auctorante et concedente, addico, addicio et confero thesaurarie ecclesie Constantiensis, ut ipsa curia dignitati in perpetuum cohereat et ipsius possessionibus eo iure, quo eam hactenus possedi, uniatur, ut statim collata custodia et ipsa curia eidem custodi sine alia solempnitate collata habeatur. Ita tamen, quod ratione curie predicte custos, qui

pro tempore fuerit, singulis annis quadraginta solidos monete Const. in die anniversarii mortis mee secundum subscriptam distributionem persolvat. Videlicet dominis nostris canonicis viginti solidos, ut per eos dies anniversarii mei consueto modo celebretur et in vigiliis et aliis horis solito cursu salubris mei defuncti memoria habeatur, presentibus tantummodo canonicis distribuendos. De residuis vero viginti solidis quinque solidi sacerdotibus altarium, quinque solidi predicatoribus, quinque minoribus fratribus, quinque sororibus sancti Petri apud pontem Reni, ut et ipsi memoriam mei salubrem in orationibus habeant, ad refectionem suam in die anniversarii mei singulis annis conferantur.

Item superficiem videlicet cellarium et cameram, quam de voluntate domini nostri predicti episcopi in solo sive area sua edificavi, contiguam curie predicte, usui, commoditati seu habitationi ipsius custodis hac sub forma relinquo, ut si dominus noster episcopus redditus tredecim solidorum monete Const. comparaverit, quorum quinque solidi in die anniversarii mei leprosis, quinque pauperibus hospitalis et tres subcustodi, per cuius manum distributio huiusmodi facienda est, dari volo et assignari, reliquum custodi de cellario et camera antedictis evanescat et ad dominum nostrum episcopum suo iure transferatur. Quamdiu autem redditus XIII solid. per dominum nostrum episcopum ad predictum pium usum empti non fuerint, custos, qui pro tempore erit, ipsos XIII solidos de cellario et camera in die anniversarii mei singulis annis persolvat secundum prefatum modum distribuendos.

Quod si in die anniversarii per ipsum custodem in huiusmodi prestatione cessatum fuerit nec mee voluntati satisfactum, procurabit subcustos per dominum decanum custodem ammoneri, ut infra octo dies proximos post diem anniversarii mei secundum formam superius annotatam in omnibus prestationibus satisfaciat, alioquin presentem ordinationem quoad ipsum custodem decerno nullius esse momenti, omni iure ipsius curie, quocunque nomine censeatur, cum suo onere ad dominum nostrum episcopum decurrente; qui, si dicte ordinationi satisfacere neglexerit, timeat in districto iudicio deo et pauperibus se redditurum rationem.

Annum autem gratie pauperibus mendicantibus hostiatim relinquo, ita ut fructus sive proventus eiusdem prebende per eundem annum a subcustode requirantur et colligantur et hiis in pecuniam conversis aliquod predium comparetur, cuius redditus sive proventus in die anniversarii mei singulis annis pauperibus convocatis in pane et aliis convescibilibus, duobus solidis dumtaxat ad refectionem subcustodis exceptis, integraliter erogentur.

Hec autem, que post mortem meam servari sic disposui, etiam in vita mea servari volo et constituo, si vivus cessero custodie vel prebende religionem intrando vel alio modo renuntiavero, videlicet ut crastino octavarum beate Agnetis prehabite distributionis quantitas suo modo distribuatur et missa pro salute vivorum celebretur, ut in omnibus hiis dominus noster Jesus Christus glorificetur et mei peccatoris tam vivi quam defuncti pia memoria habeatur. Salvo michi in omnibus hiis, si pro necessitate temporis vel alias aliud duxero statuendum.

In cuius rei testimonium et robur perpetue firmitatis presentem mee ultime voluntatis ordinationem sigillis predicti domini nostri episcopi, capituli predicte ecclesie Const. et meo procuravi sigillari. Actum et datum Constantie, anno domini MCCLXXXIII, X kal. Februarii, indictione XI.

2 Orr. GLA. V, Spec. 161c. Siegel des Bischofs und des Domkapitels erhalten, dasjenige des Ausstellers beschädigt. Abschrift: GLA. Cop. 509 (alte Nr. 322), fol. 47½ mit der Aufschrift: «Curia custodie»; eine zweite Abschrift auf fol. 99 desselben Copb's. Druck: Neugart-Mone, Ep. Const. II, 653 Nr. 65. Regest: Regg. ep. Const. 2577.

Nr. 85.*

Das Kloster Petershausen vermindert seine Erblehensrechte an einer Hofstätte bei S. Stephan auf jährlich 12 Schilling Pf., 1 Pfund Pfeffer und 1/2 Pfund Wachs, damit der Beliehene Jakob Schneider, B. v. K., auf dem durch Brand des Überbaues entblößten Grundstücke ein Haus erbaue.

Petershausen, 1283, Februar 17.

Universis Christi fidelibus tenorem presentium perlecturis, divina permissione abbas et . . conventus monasterii de Petridomo ordinis sancti Benedicti dyocesis || Constanciensis caritatem in domino et noticiam subscriptorum. Ut rebus gestis occasio infestationis seu discidii amputetur in posterum, expedit, eas scripturarum et || testium testimonio confirmari. Noverint igitur omnes et singuli presentem cedulam inspecturi, cum discretus vir Jacobus Sutor, civis Constantiensis, cum uxore ac liberis eius curtim et domum in eadem iuxta cimiterium sancti Stephani Constantiens. sitam a nobis seu nostro monasterio pro annuali censu videlicet sedecim solidis monete Constantiensis et una libra piperis et dimidia libra cere terminis debitis presentato infeodatus longo temporis quiete possederit et inhabitarit et eadem domus per combustionis demolitionem postea extiterit devastata, quod nos tam pro nobis quam pro omnibus nostris successoribus eidem Jacobo et . . uxori sue ac liberis necnon omnibus heredibus eorundem ab ipsis linea procreationis ordinaria in evum descensuris, eandem infeodationem innovantes et ipsi propter dampnum, quod ex ignis devastatione iamdicta sustinuit, intuitu dei aliquantulum censum diminuentes curtim eandem, ita quod domum in ipsa sine omni dampno nostro construeret seu reedificaret, pro annuo censu videlicet duodecim solidis monete Constantiensis et una libra piperis et dimidia libra cere subscriptis terminis persolvendo, quod videlicet in festo sancti Martini sex solidi et una libra piperis et in festo beati Gregorii pape sex solidi residui cum dimidia libra cere annis singulis presententur, concessimus ac nos pro nobis et nostris successoribus, sicut dictum est, in posterum universis censuali infeodatione concessisse presentibus profitemur. Hac interposita conditione, quod nos nostrique successores omnes et singuli dimidiam partem stipendii seu stiure, que ab ipsa domo more civili de cetero exigetur dare tenebimur, predictus autem Jacobus aut quicunque hereditarie sibi successerit, ipsius stiure partem residuam presentabit. Ut autem huiusmodi nostra concessio seu censualis infeodatio debitum robur teneat firmitatis, nos tam pro nobis quam pro nostris successoribus in evum universis omni iuris communis vel privati, canonici seu civilis auxilio et exceptioni litterisque seu indulgentiis quibuslibet a sede apostolica vel aliunde impetratis aut impetrandis, consuetudini et constitutioni ordinis nostri necnon occasioni cuivis tam in genere quam in specie, pretextu cuius premissa concessio seu

infeodatio posset in posterum quomodolibet impeti vel cassari, renuntiantes, ipsi Jacobo ac heredibus suis, ut predistinctum est, presens instrumentum dedimus sigilli nostri, quo nos videlicet abbas et conventus in communi utimur, munimine consignatum.

Acta sunt hec in Petridomo, presentibus discretis viris et honestis magistro Gerungo, notario nostro, et Peregrino dicto *Schônnestant*, sutore dicto *Teningâr* et Ulrico filiastro sepedicti Jacobi necnon aliis fide dignis, anno domini M° cc° LXXX° III°, XIII° kal. Martii, indictione XI[a].

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 107. Siegel fehlt. Rückvermerk: Zinsbrieff von des Gotzlins huz wegen zů Costentz. das die Pfefferhardin an das gotzhus geben haud (15. Jh.).

Nr. 86.*

Dompropst, Domdekan und das Domkapitel verleihen eine zur gemeinen Masse des Domkapitels gehörige Hofstätte neben dem Hofe des mag. Berthold, Chorherrn von S. Johann, als Erblehen an Heinrich von Büslingen sowie dessen Frau und Kinder gegen einen jährlichen Zins von 30 Schilling Pf.

Konstanz, 1283, Mai 7.

Prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis universis Cristi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem cum noticia subscriptorum. Expedit ea, que geruntur in tempore, ne calumnientur cursu temporis procedente, scripturarum testimonio perennari.

Noverint igitur universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos tractatu solemni prehabito ac unanimi deliberacione considerataque ecclesie nostre utilitate ac usi virorum proborum consilio aream sitam iuxta curiam magistri Bertoldi, canonici ecclesie sancti Johannis in Constancia, ad usus nostros scilicet capituli communes id est ad prebendam communem pertinentem Hainrico de *Bůselingen* et Else uxori sue ac omnibus ipsorum liberis ab ipsis iam procreatis et procreandis pro annuo censu scilicet triginta solidorum monete Constanc., in festo Pasce decem solidos, in festo Penthecostes decem solidos et in festo Nativitatis domini reliquos decem solidos singulis terminis persolvendorum, concessimus et concedimus per presentes titulo feodali perpetuo possidendam, verborum et gestuum adhibita debita solemnitate, que in huiusmodi concessionum casibus est solita adhiberi. Ita tamen, quod concessio seu infeodacio huiusmodi ad liberos ipsius Hainrici, que cum alia uxore ista decedente forte procreaverit, vel si ipsa Elsa dicto Hainrico de medio sublato, quod absit, per alium maritum liberos genuerit, ad eosdem nullatenus se extendat, sed tantum liberi ipsorum H. et E., quos simul procreaverint, et eorundem liberi aream predictam cum superedificatis possideant pacifice et quiete et ipsis utantur,

prout eis videbitur expedire, salva tamen nobis solucione census prenotati. Hac eciam apposita condicione, quod si predicti H. et uxor sua vel eorum liberi aut eorundem posteritas necessitate compulsi prefatam aream cum desuper edificatis vendere voluerint, primo nobis exhibere debent et, si tantum precium, quod alibi habere potuerunt, dolo et fraude qualibet circumscriptis eis dare voluerimus, nulli alii nisi nobis prenotatam aream et domum superedificatam[1] vendere tenebuntur.

In quorum testimonium presentes litteras ipsis concessimus sigillorum vener. patris domini nostri R., dei gracia Constanc. episcopi, nostri scilicet decani et capituli nostri Costanc. robore communitas. Actum et datum Constancie, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, nonis Maii, indicione undecima.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 74, Nr. 55; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 38. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2581.

Nr. 87.

Propst und Kapitel des Stifts S. Stephan gestatten die teilweise Übertragung eines Erblehenzinses, welchen Meister Wernher der Apotheker von Konstanz von seinen Häusern dem Stifte schuldet, auf ein von dem Genannten neuerworbenes Haus und entläßt dafür eines der bisher dem Stifte zinsbaren Häuser, beim Kirchhof von S. Stephan gelegen, welches Meister Wernher jetzt an den Scherer Ulrich verkaufte, aus dem Leiheverbande. Vgl. Nr. 45.

Konstanz, 1284, Januar 11.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis . . prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Stephani in Constantia noticiam subscriptorum. Expedit, ut futuris casibus caveatur, ea, que geruntur, scripturarum testimoniis perhennari.

Cum itaque nos domum quondam Alwici fabri, Adelheidis et Willibirgis filiarum eius, sitam inmediate iuxta domum magistri Wernheri Apothecarii in Constantia prope cymiterium ecclesie nostre, cuius proprietas nobis plena pertinebat, magistro Wernhero prefato contulerimus omne ius, quod nobis in eadem conpetebat, in ipsum totaliter transferendo; et ipse magister Wernherus in reconpensationem dicte domus proprie domui sue et prenotate, quam sibi contulimus, sponte inposuerit triginta quinque solidos denar. monete usualis et approbate, liberorum suorum, . . uxoris sue et *salliutorum* voluntate et consilio accedente, quos certis terminis videlicet in ieiuniis quatuor temporum tenetur dare ecclesie nostre antedicte, ita quod quolibet termino novem solidos minus tribus denariis persolvat ipse vel qui fuerit possessor domuum memoratarum singulis annis nullo dampno occasione vigiliarum, exactione civium vel episcopi seu stiura regum vel aliorum, structura vel reparatione domuum, incendii seu alia vastatione

[1] Vorlage (Abschrift) hat superedificatas.

ecclesie nostre computato quocunque causa contingente, donec in areis vel aliis possessionibus tantundem pecunie ad arbitrium Hainrici cellerarii, Růd. Johelarii canonici ecclesie nostre et Walt. Johelarii civis Constantiensis assignaret; hoc adiecto, quod si aliquem predictorum decedere contingeret, alter in suum locum ad arbitrium parcium assumeretur; subiunctum etiam extitit, quod si dicte domus per incendium vel alias devastarentur, possessor vel possessores arearum ad plenum censum et premissa omnia nichilominus tenerentur, et si moniti infra tres menses premissa expedire non attenderent cum effectu, cadere deberent et debeant a iure suo, proprietasque utriusque domus vel arearum cum omni iure nostre ecclesie pertinere; verum cum prefatus magister Wernherus domum inmediate contiguam domui sue iuxta apothecam suam, que domus quondam fuerat Ůlrici rasoris, sibi suisque liberis conquisierit dictusque Ůlricus rasor domum quondam magistri Wernheri possideat sitam immediate iuxta domum Bertoldi dicti *Zrike* stacionarii, astrictam similiter censui predicto una cum aliis domibus: idem magister Wernherus decrevit et decernit, ut domus qûam possidet, que quondam fuerat Ůlrici rasoris, una cum aliis domibus suis premissis ad censum premissum teneantur, domo, quam nunc Ůlricus rasor possidet, penitus absoluta. Insuper cum Rûdolfus Johelarius quondam canonicus ecclesie nostre viam universe carnis sit ingressus, magister Walter. de Scafhusa canonicus ecclesie nostre in locum prefati Růdolfi quoad supradictum articulum est tam per nos quam per dictum magistrum Wernherum communiter subrogatus.

In cuius rei testimonium presentem litteram ad perpetuum robur omnium et singulorum premissorum, de consensu magistri Wernheri prefati, uxoris sue liberorumque suorum, sigillorum munimine reverendi in Christo patris ac domini nostri R. dei gratia episcopi Constantiensis, capituli nostri, necnon magistri Wernheri sepedicti roboramus. Nos vero R., dei gratia episcopus ecclesie Constantiensis, ad rogatum dilectorum in Christo prepositi et capituli ecclesie sancti Stephani in Constantia ac magistri Wernheri Apothecarii sigillum nostrum in evidentiam premissorum duximus appendendum. Acta sunt hec Constantie anno domini M°CC°LXXXIIII°, III° idus Januarii, indictione XII, presentibus Burcardo plebano ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Cûnrado de Castello milite, Cûnradi dicto *Spûle*, Heinrico de *Tettinchon*, Ůlrico dicto *Under Schûphe*, civibus Constantiensibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Perg. Or. GLA. V, Spec. 145a. Siegel des Bischofs vorhanden, die beiden anderen fehlen. Druck: Neugart-Mone, Episcopatus Constantiensis II, 655, Nr. 66. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 2595.

Nr. 88.

Der Official urkundet, daß Friedrich der Kupferschmied, B. v. K., dem Kloster Salem sein Haus in der alten Gasse der Minderbrüder für 14 Pfund Pf. verkauft und es vom Kloster Salem als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Pfund Pf. zurückerhalten habe.

Konstanz, 1284, Juni 1.

In nomine domini amen . . Officialis curie Constantiensis universis presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod Fridericus cuprifaber, civis Constantiensis, domum suam in Constantia in vico quondam fratrum minorum sitam venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem, receptis ab eis quatuordecim libris denariorum monete Constantiensis, vendidit, libere tradidit et donavit iure proprietatis quiete ac pacifice perpetuo possidendam, hac retenta condicione, quod idem Fridericus vel heredes eius liberam habeant facultatem inhabitandi eandem domum, ita videlicet, quod ipse Fridericus vel heredes sui seu alie persone quecumque, que iamdictam domum pro tempore inhabitaverint aut possederint, dictis . . abbati et conventui in Salem singulis annis unam libram denariorum dicte monete terminis sibi ad hoc constitutis, scilicet in festo apostolorum Philippi et Jacobi decem solidos, alteram vero partem in festo beati Galli sine difficultate qualibet et pertractione persolvere teneantur.

Adiectum est etiam, quod prefatus Fridericus seu heredes ipsius predictam domum, si eam distrahere seu alienare decreverint quoquo modo, exhibeant memoratis de Salem primo comparandam. Si vero iidem empcioni domus eiusdem duxerint renunciandum, extunc ipso Friderico vel suis heredibus libera facultas suppetat offerendi supradictam domum seu vendendi quibuscumque personis, salvo tamen iure prefatorum de Salem, contradictione qualibet non obstante.

In cuius facti evidentiam presentem cedulam duximus sigilli curie Constantiensis robore muniendam. Actum Constantie, anno domini M°CC°LXXX°IIII°, kalendas Junii, indictione XII[a], presentibus hiis testibus et rogatis videlicet dilecto in Christo Burcardo, plebano ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Waltero dicto *Jôheler,* Cûnrado dicto *Jôheler*, filio quondam Rûdolfi dicti *Schlehte*, Hermanno dicti *Tenger:* civibus Constantiensibus, aliisque quampluribus fidedignis.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 292, Nr. 671; ZGO., 38, 406.

Nr. 89.

Probst Rupprecht von Tannenfels und das Kapitel des Stifts S. Stephan nehmen von der Witwe Adelhaid Auer und ihrem Sohn Konrad deren von Stift S. Stephan lehenrühriges Haus am Obermarkt auf und verleihen es als Zinseigen gegen

einen jährlichen, für 3 Jahrzeiten zu verwendenden Zins von 5 Schilling und 6 Pfennig an Konrad Mersburger, B. v. K., der das Haus von den Erstgenannten für 12 Mark weniger 1 Viertel Silber gekauft hatte.

Konstanz, 1285, Januar 11.

Rupertus de *Tannenvels*, prepositus, totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que geruntur, perpetue memorie commendentur, solent frequenter scripturarum karacteribus annotari.

Noverint igitur universi, quod dilecti in Christo Adelhaidis, uxor quondam . . dicti *Ower*, et Cůnradus, filius predicti *Ower*, receptis duodecim marcis argenti ponderis Constantiensis, uno fertone minus, a Cunrado dicto *Merspurger* cive Constantiensi domum vulgariter que dicitur *daz hus am ort*, sitam in contrata, que vulgariter dicitur *an dem Obernmarchte*, quam a nobis tenebat in feodum, nobis libere nomine nostre ecclesie resignarunt; nosque predicto Cunrado dictam domum pro se suisque heredibus recipiente concessimus perpetuo possidendam, ita videlicet, ut liceat tam suis heredibus quam ei, ad quos dicta domus ex successione devenerit, necnon omnibus aliis, in quos dicta domus quocumque iusto titulo translata fuerit tam inter vivos quam in morte, prefatam domum obligare, vendere vel donare et alias distrahere, secundum quod ipsis visum fuerit expedire, quibus etiam noster cellerarius recepto uno quartali vini terre iamdictam domum tenebitur concedere sine qualibet difficultate. Item si dicta domus a possessore, qui ipsam pro tempore possederit, vendita non fuerit, vel de ipsa aliquid ordinatum, tunc proximior heres possessori domus succedere debet ex condicto et a nostro cellerario, qui pro tempore fuerit, secundum quod consuetudinis est, infeodari. Ad hec est, quod nos de ipsa domo singulis annis quinque solidos et sex denarios pro tribus anniversariis recipere tenemur.

Et ne super premissis aliqua valeat dubietas exoriri, presentes literas scribi fecimus et sigillo nostri capituli communiri. Acta sunt hec presentibus Walthero advocato de Curia, Ůlrico de *Rogwile* ministro, Cunrado monetario, Hainrico dicto *Frigen*, Hugone dicto *Venedier* et Cůnrado dicto *Schazze*: civibus Constantiensibus et aliis quam pluribus fidedignis, anno domini M°CC°L.XXXV°, III° idus Januarii, indictione XIIII[a].

Or. GLA. Siegel fehlt. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 306, Nr. 683; ZGO., 38; 420.

Nr. 90.*

Der Konstanzer Bürger Ulrich von Sommeri schenkt an das Heiliggeistspital ein Haus am Marktstad und überträgt es mit Salmannenhülfe auf den Spital zuhanden der Spitalpfleger. Der Schenker erhält das Haus zur Leibzucht zurückverliehen gegen einen jährlichen Zins von zwei Schillingen. Vgl. Nr. 58.

Konstanz, 1285, Januar 30.

Allen den, die disen brief sehent oder hörint lesen, kúnden wir Walther von Hove der vogt, Ůlrich ‖ von Roggewille der amman und der rât gemainlich von Costenze, das herre Ůlrich von Sumbri únser ‖ burgaer sin hus an Maerchstade, da er inne ist, das da lit entweschen Vederlis hus und Hainriches hus des Linden, stainis und hulzins hus und hofstat, als er es het in gewalt und in siner aigellicher gewer, vrilich und reht und redellichen dur sinen gůtin willen gap hern Burchart dem maister von dem spitale ze Costenze und andern des spitales pflegern an der durftigen stat.

Und entzeh sich dran alles sines rehtin und gap inen die gewer mit allem rehte, und tet das mit gelerten worten, alse rehte und sitte und gewonlich ist ze Costenze, und mit sinen sallŭtin Arnolde Snewis und Hainrich Swiger, di diu sal von erbe aneviel von iro vatter hern Hugen saeligen Snewize und hern Hainrich Swigere, und durch die liebi, die er hätte ze dem spitale allen sinen lip.

Do lech im der vorgenande maister Burchard und ander des spitales pfleger das selbe hus ze ainer staeter herberge unz an sinen tot ze dem jâre umb zwen schillinge Kostenzer pfenninge. Und sol den zins aelliu jâre geben an sancte Martis tach. Und swanne der vorgenande her Ůlrich von Sumbri stirbet, so ist dem spitale das hus ledich und lâre.

Und wart ǒch das geret, das man iemerme nach hern Ůlriches tode an sinem jargezittage den siechin an dem velde ennunt bi Chruzelingin von dem selben huse sol gen ain pfunt pfenninge Kostenzer, swer des spitales pfleger sint. Das hat der maister gelobt und alle des spitales pfleger, fur sich und fur alle ire nachomen iemer staete ze hanne.

Und das ǒch staet belibe, alse an disem brief geschrieben ist, von dem vorgenande spitale und von allen sinen pflegern iemerme ane alle gevaerde, darumbe so henken wir der vorgenande vogt, der amman und der rat von Kostenze únser stat ingesigel dur ir aller bette ze ainem urkúnde und ze ainer vestenunge der warhait an disen gegenwrtigen brief. Dis beschach und wart dier brief gegeben ze Costenze, do man von gottis geburte zalte zwelf hundert jare und viunf und ahtzich jare unde darnach an dem naehstin zinstage vor únser frowen tult ze der Liehtmis. Und waren daran, die es sahen und horton

die vorgenanden her Walther der vogt, her Ůlrich der amman, her Cůnrat der múnzer, maister Ůlrich Underschopfe, her Hainrich der Vrie, her Burchart von Hove, her Ůlrich der Jöheler, her Hainrich von Tettikoven, her Cůnrat Ramunch, her Ůlrich Hinder sancte Johanne, her Hainrich Spůle und her Hans der Jöhelaer, die do des ratis waren; her Symon Smerlin, her Hainrich der statschriber, Bertolt der Erbe, Cůnrat von Múron und Hainrich Vorze und ander biderbe liute.

Ungedruckt. Or. SPAKZ. I. F. h. Nr. 1189. Siegel erhalten. Regest: Ruppert, Beiträge III, 32, Nr. 39.

Nr. 91.*

Der Vogt, der Amman und der Rat von Konstanz beurkunden den für 63 Mark Silber erfolgten käuflichen Erwerb eines Hauses mit Hofstätte in der Maurizier-gasse durch die Pfleger des Franziskanerklosters. Die Ehefrau Mächthild des Verkäufers Burkart Unterschopf verzichtet auf alle Ansprüche an das verkaufte Haus. Konstanz, 1285, Januar 13.

In Gottis namen amen. Her Walther der vogt, herre Ůlrich der amman und der rat von Kostenze tůnt kunt allen den, die disen brief sehent oder hörint lesen, daz || her Burchart Underschopfe únser burgär unde vro Maehthilt sin husvrowe iro hus und hofstat in Moriziers gazzun gaben ze köfinne rehte || und redeliche den minren brůdern ze Costenze und iro wirte hern Jacobe von Roggewille, hern Hainrich von Tettinkoven, burgärn von Costenze, umbe dri und sehzic marche silbers Costenzer glötis und umbe ainen brunates mantel, der wart der frowen. Unde gaben dasselbe hus uf mit ir kinden rehte und redeliche mit gelertin worten, alse sitte und rehte und gewonlich ze Costenze ist. Unde wrden öch des vorgenanden gůtis gewert. Und wan die vorgenanden brůder kriech vorhten von der vrowen, wan das hus ir aigen was und öch siu gerne ane kriech lebint, do fůr diu vorgenande vro Mähthilt sit zů dur iro bette und dur aine sicherhait und swör einen gestaboten ait, vriliche mit gůtem willen und ane alle twanchsali, alse si selbe do veriach und vergiht an diesem brieve, das si noch nieman von irwegen nach demselben huse und hofstat niemer dehain anesprache noch klage noch kriec habe noch gewinne an gaistlichem gerihte noch an weltlichem mit dehainen dingin, das den vorgenanden brůdern oder swer daz hus hat nu oder hernach an dem huse schade möhte sin oder werden.

Ich diu vorgenant vro Mähthilt vergih an disem brieve, alse an disem brieve geschriben und geurchundet ist, das es also beschach und ez öch gerne stäte habe ane alle gevärde und an arge liste.

Und ze ainem urkúnde ainer ganzen warhait so ist min wille, daz dierre brief ist versigelt mit der stat se Costenze insigel. Daz dis

staete belibe von der vorgenanden vron Mähthilt Underschophe, darumbe so henkint die vorgenanden der vogt, der amman und der rat von Kostenze der stat insigel ze ainer vestnunge unde ze ainem urkünde der warhait dur ir aller bette an diesen gegenwurtigen brief. Dis beschach in dem huse, da si und ir wirt do inne waren nidenan an dem Vischemarchte ze usgäntim genner, do man von gottes gebúrte zalte tusent iare unde zewai hundert iare und viunviu und ahtzich iare. Unde waren daran, die es sahen und horten: her Walther von Hove der vogte, her Ůlrich von Roggewille der amman, her Hainrich der Vrie, her Cůnrat Ramunc, maister Ůlrich Underschophe, her Ůlrich der Jôhelär, her Burchart von Hove, her Hainrich von Tettikoven, her Ůlrich Hinder sancte Johanne: die do des rates waren; her Jacob von Roggewille, Burchart der Huser, Ůlrich Späzzi, Hainrich von Tettinkoven der iunger, Hainrich Underschophe, Huc der Venediär, Hainrich Kilse, Berhtolt de Nôt, Hainrich der Zillishuser, Hainrich Grussit, Arnolt im Graben, Bertholt Strit, Âbeli Underschopfe und ander erbäre lúte ain michel tail.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 153. Siegel fehlt. Rückvermerk: De empcione domus pro orto nostro. [13. Jh.]

Nr. 92.*

Der Vogt, der Amman und der Rat von Konstanz beurkunden, daß der Konstanzer Bürger Hug in der Bünde zwei Hofstätten bei der Morderwiese an Konrad Stör, dessen Frau und Sohn als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 5 Schilling Pf. ausgethan hat.

Konstanz, 1285, Oktober 9.

In gottis namen amen. Allen den, die disen brief ansehent oder hǒrint lesen, kúnden wir Walther von Hove der vogt, Ůlrich von Roggewille der amman || und der rât von Costenze, das her Huc in der Búnde, únser burgâr, dur sinen nutze und siner erbon zwo hofstette, die da ligent usserunt der mure || únser stat an der Morderwise untswschen dem clainen gâsselin, da man da hin gât ze den garton oberunt, die da stozent an die selben hofstette und an die hofstat, die sancte Peters capellen anhǒrint uf dem hove, hat gelihen Cůnrat, vron Herburch unde Cůnrat Stǒrin und allen ir erbon únseren burgârn ze ainem rehtin zinslehen ietweder hofstat umbe viunf schillinge Costenzer munze. Und sol man den zins järgeliches geben ze sancte Johans tult ze Sungihtin. Und gent siu den zins niht denne oder darnach inrunt siben nähtin, so son siu oder swer die hofstat hat, der sol ietwedere geben trie schillinge zu dem rehtun zinse; und ie ze

siben naehtin trie schillinge pfenninge gewonlicher munze, alse lange der zinse unverrihtit ist. Und sol man ǒch von ietweder hofstat jârgeliches geben ze der vastnaht zwei hûnre. Die vorgenantin hofstette het er in verlihen fur sich und fur alle sine erben ze ainem rehtin zinslehen, alse davor geschriben ist. Und ist, das er oder sine erben wen verkǒfen die vorgenantin hofstette sunderbare ane ander ire gût, das si da hant, so sont siu in si bi dem ersten bietin; und swas man in anderswa darumbe geben wil ane alle gevârde, des sont in sie viunf schillinge bas geben, ob siu si went. Und went siu ir niht, so mach er oder sine erben geben die hofstette, swem siu went, also daz siu oder swer die hofstette hat, belibe an ir rehte, alse davor geschriben ist. Das reht sol ǒch Huc oder sine erben han von in, ob siu diu hûser verkǒfen wen. Swer ǒch die hofstette von Hugen enpfahen wil oder von sinen erbon, der sol in geben ain viertail lantwines oder ainen schillinch ze erschatze, sweders der Huc wil und sine erben. Und wrdin die vorgenanden hofstette bar und bloz der hûser, swer die hofstette danne hât, der sol dem lehenherren den vorgenantin zins allen geben ze den ziln, alse da vorgeschriben ist, und niht me weder ze zinse noch ze erschatze.

Das dis stâte belibe von her Hugen und von sinen nahchomen, alse an disem brieve geschriben und geurkundet ist, darumbe so henken wir der vorgenant vogt und der amman und der rât unser stat ingesigel dur ir aller bette ze ainem urkûnde der warhait an diesen gegenwrtigen brief. Ich der vorgenant Huc vergihe an disem brieve, das ich das stâte habe fur mich und fur alle mine nachchomen, alse an diesem brief geschriben stât. Wan ich niht ingesigels habe, dur das si deste sicher sien, die ie die hofstette habent, so batte ich den vorgenanden râte von Costenze, das siu ir stat ingesigel gaben und hanchtin an disen brief ze einer stâter warhait. Dier brief wart gegeben ze Costenze siben tage vor sancte Gallen tult, do man von gottis gebûrte zalte zwelf hundert jâre und viunf und ahtzich jare. Daran warent, die ez sahen und horton, der vorgenant vogt und der amman, her Cunrat von Kasteln, her Walther der Jǒheler, her Jacop von Roggewille, her Cûnrat der Jǒheler, her Huc in der Bûnde und sin brûder her Hainrich, her Hans am Griez, her Hainrich ze Bûrgetor und her Ůlrich Underschopfe der junger, die do des ratis warent.

Ungedruckt. Or. NSPAKZ. Nr. 7. Siegel erhalten. Ein Rückvermerk des 16. Jhs. besagt, daß damals Jacob Cůnradi den Zins giebt von den beiden Hofstätten »an der wiss«. Regest: Ruppert, Beiträge III, 33, Nr. 40.

Nr. 93.*

Propst Walther und das Kapitel des Stifts S. Johann beurkunden die Zustiftung zu einer von dem Chorherrn von S. Johann in Konstanz und Scholaster zu Zürich, mag. Berthold, gemachten Stiftung für den Altar der hll. Verena, Felix und Regula in der Kirche S. Johann, bestehend in einer Erhöhung der von dem Stifter dem jeweiligen Inhaber seines Klaustralhofes auferlegten Rente. Die Aussteller lassen weiter den jeweiligen Kaplan des Verena-Altares zu einer näher bezeichneten Spende zu und schenken aus ihrer Kammer an den Altar ein Missale.

Konstanz, 1289, August 29.

Waltherus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Johannis Constant. presentes inspectoribus universis salutem et credere subnotatis. || Ea, que scripture testimonio refricantur, melius solent memorie commendari. Noverint igitur universi, quod cum discretus vir magister Berchtoldus scolasticus Thuricensis, ecclesie nostre concanonicus, ad honorem beatissimarum Verene virginis, Felicis et Regule, in quarum veneracione in eadem ecclesia altare propriis fundavit sumptibus et dotavit aliorumque sanctorum, quorum reliquie in ipso sunt altari recondite ac omnium electorem dei, dudum redditus duodecim solidorum denariorum Const. de cvria sua claustrali pro tam nocturno quam missali luminaribus eidem altari perpetuo ministrandis statuerit et ordinaverit, prout in instrumento super hoc edito plenius continetur, ac eidem processu temporis quatuor solidos denar. dicte monete, ipsis redditibus luminis adiciendo, dictam curiam taliter onerarit, ut successor eiusdem curie, qui pro tempore fuerit, sedecim solidos in universo annuatim festo beate virginis Verene sine contradictione qualibet, non obstante, quod in dicto instrumento mencio fit tantum de duodecim solidis, ut predictum est, persolvat luminario prenotato: nos eidem ordinacioni nostrum consensum liberum impertimur. Preterea dominum Chunr. de *Rötenberg* aut alium dicti altaris capellanum, qui pro tempore fuerit, quos idem magister Ber. in porcione distribucionis de predio in *Wiler in der Hůri* sito, quod dicitur *Koppenlehen*, a Růd. dicto *uf dem Hove* cive Constant. comparato nostreque ecclesie predicte tradito, secundum quod hoc in speciali privilegio continetur, in anniversario . . matris sue nobis faciende equalem esse voluit, ad ipsam porcionem admittimus per presentes. Ceterum ad peticionem ipsius magistri Ber. . . capellano dicti altaris, quicumque pro tempore fuerit, de nostra camera librum missalem, constitucione[1], assensu et voluntate libera precedentibus pro dicto altari tradidimus et tradimus per presentes.

In quorum evidenciam sigilla nostra unacum sigillo magistri Ber. sepedicti presentibus duximus appendenda. Ego eciam magister Ber. antedictus ea, que premissa sunt, ratificans sigillum meum una predictis appendi volui in predictorum memoriam sempiternam. Datum Constantie anno domini m°cc°lxxx°ix°, iiii. kal. Septembris, indictione secunda.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 179. Siegel des Propstes und des Kapitels von S. Johann fehlen, Siegel des mag. Berthold erhalten.

Nr. 93a.[2]

Testament des Chorherrn und Kantors des Stifts S. Johann, mag. Heinrichs [von Wäggis], genannt von Neidingen, worin der Erblasser seine beiden Häuser, Wachszinsgut des Bischofs, an die von Eberhard von Horb gegründete Kanonikats-

[1] Vorlage hat constitucioni. [2] Vgl. Nr. 146.

pfründe und an die von dem Erblasser selbst begründete Kantoreipfründe des Stifts S. Johann vermacht, die Pfründnießer mit Abgaben belastet und für den Kantor Statuten aufstellt. Vgl. Nr. 101.

Konstanz, 1290, März 12.

Anno domini M.CC.XC, in festo Gregorii pape sub reverendo patre ac domno Rûdolfo, dei gratia Constantiensi episcopo, dicto de *Habspurg*, anno episcopatus eius XVII circa finem, existente preposito ecclesie sancti Johannis domino Walthero de *Lôbegge*, canonico ecclesie Constantiensis, ego magister Hainricus dictus de *Nidingen*, sancti Johannis civitatis Constantiensis et Werdensis ecclesiarum primus cantor, sanus statuo et ordino, quod post obitum meum superior area cum edificio versus portam domini decani Constantiensis cum orto contiguo domui domini de *Gundolvingen* in perpetuum adhereat prebende mee, quam quondam magister Eberhardus de *Horwe* fundavit in dicta ecclesia sancti Johannis, ita quod quilibet meorum successorum det annuatim in festo beati Benedicti canonicis presentibus et prime vespere et misse publice duos solidos Constantienses et ad cameram domini episcopi Constantiensis dimidium fertonem cere in festo purificationis beate Marie virginis de ipsa domo. Item statuo et ordino sanus, quod inferior domus versus domum quondam Cûnradi de *Denkingen* cum orto contiguo ortui domini decani Constantiensis et area, quam inhabitat dictus *Stoldrich* sacerdos, cui et duabus sororibus suis carnalibus ipsam aream concessi solummodo pro tempore vite ipsarum trium personarum, annuatim in epiphania domini pro decem solidis denariorum Constantiensium sine diminucione in perpetuum adhereant cantorie, ita quod quilibet successor meus in eadem cantoria det annuatim in die anniversarii mei canonicis presentibus et vigilie et misse anniversali quatuor solidos den. Constant. et candelam ad publicum altare sub pondere dimidie libre et dimidium fertonem cere ad cameram domini episcopi prenotati in festo purificationis predicto; quodque neutra domus structuras quascumque vel novas plantationes faciat seu habeat, per quas fenenstre(!) deputate in alterutra domo possint obfuscari. Debet etiam privata utrique domui esse communis et cum expensis communibus habito respectu pluralitatis personarum purgari. Preterea statuo et ordino, quod predicta cantoria, postquam vacarit, canonico curiam vel domum claustralem habenti nullatenus conferatur. Statuo etiam et ordino, quod dictus dominus Waltherus prepositus, me cedente vel decedente, dictam cantoriam pro tempore vite sue conferat alicui ydoneo concanonico, eoque non existente preposito, electio cantoris penes capitulum sancti Johannis predicti resideat, confirmacione eiusdem alii preposito existenti reservata. Statuo etiam et ordino, quod quilibet cantor per se vel alium concanonicum sepedicte ecclesie sancti Johannis incipiat incipienda in vesperis et in publica missa necnon sessionibus et processionibus festorum subscriptorum, videlicet nativitatis dominice, sanctorum Stephani prothomartiris et Johannis ewangeliste, circumcisionis domini, Epiphanie, purificacionis, annunciationis, assumptionis et nativitatis beate Marie virginis, Pasce, assensionis(!) domini, Penthecostes, Johannis baptiste, Petri et Pauli apostolorum, dedicationis ecclesie sancti Johannis, omnium sanctorum, Martini episcopi, Katherine virginis et martiris.

Nach der auf einer Tafel der Kirche S. Johann s. Zt. befindlichen Inschrift übernommen in die Or. Urk. d. d. 1314, Febr. 10 GLA. Drei Siegel erhalten. Druck: Neugart-Mone, Episc. Const. II, 663, Nr. 70. Regest: Regg. ep. Const. 2718. Vgl. auch Regg. ep. Const. 3663.

Nr. 94.

Das kloster Salem kauft für 50 Mark Silber von Konrad von Denkingen, B. v. K., und seiner Ehefrau Mia ein Haus mit Hofstätte bei der Ringmauer, erwirbt das Eigentum daran mit Salmannenhülfe und überläßt den Besitz des Hauses den Verkäufern zu Leibzucht gegen einen jährlichen Zins von 5 Pfund Pf.

Konstanz, 1290, Dezember 22.

In gottes namen amen. Wan der lúte gehugde zergat — und ir leben schier ain ende hat, — so ist nuzze und gůt, — swas man dur pesserunge tut, — daz man brieve schribe, — daz ez herna state belibe.

Und darumbe allen den, die disen gegenwrtigen brief ansehent oder horent lesen, kunden wir Cunrat von Denkingen, ain burger von Kostenze, und vro Mye, min elich husvrowe, daz wir dur got und dur unser sel hail unser hus und hofstat und alles daz darzu hőrit unz an die rinchmure, da wir inne waren und ez dar hatton in unser aigenlichen gewer braht und besessen ane alle ansprache, gaben ze kúffen rehte und redeliche dem abitte und den convente von Salmanswiller umbe fiunzich march Kostinzer gelötes. Und wrden auch dez silbers gewert. Und gaben in und iro shafinerin, brůder Hainriche dem keller, brůder Burkarte ze Búrgetor und brůder Eberharte von Steggeboron, daz aigen uf an dez abtis und an des conventis stat und iro *sallúten*, die sú darzů irwalton und namen, daz waz her Hainrich von Tettinchoven der alte, her Cůnrat der Joheler der alte, her Hug in der Búnde und her Hainrich sin brůder, her Johans von Hove der alte und Cůnrat der Joheler dez Slehten sun. Disen *sallúten* gaben wir, die vorgenanten Cůnrat von Denkingen und ich fro Mye, sin husvrowe, daz vorgenante unser hus und hofstat, als è hie genemmet ist, mit gelerten wortin, als sit und gewonlich ist ze Kostenze, und verzigen uns daran allez unsers rehten und gaben inen die gewer mit allem rehte und runden in daz aigin dri tage und sehs wochen, alse gewonlich und reht ist. Und darnah do lihen uns die vorgenanden shaffenerre dez klosters von Salmanswiller mit iro *sallúten*, die hievor genemmet sint, an dez conventis stat daz hus und hofstat und swas darzů hőrit umbe ainen zins, ze dem iare umbe fiunf phunt Kostenzer phenninge, alle die will wir leben unde wirs verzinsen mugen oder wellen, und son des zinses geben ie ze der vronfasten fiunf shillinge und ain phunt. Und swas selgerätes oder jargezite oder sturon von dem huse gat, das son wir ane unsers herren dez abtis und dez conventis schaden geben alle diewile und wir daz aigen haben in unser gewalt. Und do wir daz aigen ufgaben, da waren zegegen Ůlrich und Růdolf Ångeline, miner husvrowen vron Myen brůdire, die verzigen sich ouch an demselben aigin alles dez rehten, dez sú daran hatton oder noh gewinnen solten ane alle ge-

vărde. Wir der vorgenande abit und der convente von Salmanswille vergehen an disem brieve, daz wir den vorgenanden hern Cůnrate von Denkingen und vrow Myen sine husvrowen niemer an dem zinse beswaren, die wile sú lebent oder daz hus han went, und geben in darumbe dez conventis insigil zainem stäten urkunde an disen gegenwrtigen brief.

Wir die vorgenanden Cunrat von Denkingen und vro Mye sin husvrowe, vergehen ǒch an disem brieve, daz wir unseru zuc ze grůbe, den man da zůhet ze den vishen, ǒch gaben luterlichen dur got den vorgenanden abte und convente ze Salmanswiller, und beschach daz lange, ê daz dise kouf beschâhe.

Und daz diz alles stäte belibe von uns und von allen unseren erbon, alse an disem brieve geurkundet und geschriben ist, darumbe gaben wir die vorgenanden Cunrat und vro Mye den vorgenanden abte und dem convente von Salmanswiller disen brief und shůfen, daz der vogit, der amman und der rat von Kostenze der stat insigil an disen gegenwrtigen brief ze ainer vestenunge und ze ainem urkúnde ainer ganzer warhait hanchton. Diz beschach und wart dise brief geben ze Kostenze, do man zalte von Cristes gebúrte zwelfhundert und nunzic iare, an dem nâhsten tage nah sant Thomans tage dez botten. Und waren daran, die ez sahen und horten: maister Ůlrich von Denkingen chorherre ze sant Johanne, brůder Hainrich der keller von Salmanswille, brůder Burkart ze Búrgetor und brůder Eberhart von Steggeboron, múnche ze Salmanswille; her Walther der vogit und her Ůlrich der amman von Kostenze, her Friderich in dem Turne der ritter, her Jacob von Rogwiller, her Hainrich ze Burgetor, her Johans Swärteli, her Ůlrich und her Růdolf sin brůder Angelline, her Ůlrich der Harzer, her Herman Bǒsche, her Cůnrat Sham, her Hainrich Verderlin: burger ze Kostenze und ander biderbe lúte genúge.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 399, Nr. 800.

Nr. 95.

Abt Ulrich und der Konvent des Klosters Salem regeln mit dem Juden König die Rechtsverhältnisse an der die beiderseitigen Liegenschaften in Konstanz trennenden Scheidemauer.

Konstanz, 1291, September 24.

Allen den, die disen gegenwirtigen brief ansehent oder hǒrent lesen, kúnden wir abbet Ůlrich, von gottes gnâden abbet ze Salmanswille, und alle der convent desselben gotzhuses, das wir úberain chomen sien mit Kúnge, dem Juden von Schafhusen, und mit sinen erbon umb die mure des huses, das neben únserm

hus lit an Amptunges gassun, das dieselbe mure von grunde uf únser hálbin ist mit dem gedinge, so hienah geschriben stat, also das wir den gewalt haben und alle unser nachchomen, ob si wellent an dieselbun mure und drin zem halbentail ze buwen, des wir bedurfen, ane alle gevárde, und uf die vorgenantin mure ze muren, swie hohe wir wellen, âne des vorgenantin Juden und siner nachchomen schaden. Und ist öch gedinget, ob dem vorgenantin Juden oder sinen nachchomen von ûnserm buwe dehain schade beschâhe, den schaden son wir in wider tun âne allen iren schaden. Und het Kúnich, der vorgenant Jude, und alle sin nachchomen, an die das vorgenant hus gevallet von erbe oder von köfe, die hante öch denselben gewalt an die vorgesprochen mure und drin ze buwen ze dem halbentail, ane alle gevárde, und uf die mure ze buwen ane allen únsern schaden. Ich Kunich, der vorgenant Jude, vergihe öch, ob dem vorgenantin convent dehain schade beschâhe von minem buwe oder von dehaines mines nachchomen buwe, den schaden son wir dem vorgenantin convente widertun ane allen sinen schaden. Ich der vorgenant Kunich der Jude vergihe an disem brieve, das ich von dem vorgenantin abbet Ülrich darumbe empfangen habe zwelf pfunt pfenninge Kostanzer múnze.

Das dis ware si unde state belibe von unser baidertail, do bâten wir den râte von Kostenz, das er der stat insigel gap von Kostenze an disen brief zu ainer rehter warhait. Wir der rât von Kostenz geben ûnser stat insigel von des vorgenantin abbetes bette und dur des vorgenantin Jude bette und siner erbon an disen brief ze ainem waren urkunde, so hie geschriben stât. Dis geschach ze Kostenz in ûnserm huse an dem gutem tage vor sancte Michels tult, in dem jâre, do man von gottes geburte zalte zwelfhundert jâre und ains und nunzich jâre. Des ist geziuge her Ülrich von Roggewille, der amman von Kostenze, Cunrat der Tottenaicher, Hermann Bösche und Marquart, des ammans kneht.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck v. Weech, Cod. dipl. Sal. II, 420, Nr. 828.

Nr. 96.*

Der Konstanzer Kleriker mag. Ebernand kauft von Burkhard von Hof, seiner Frau und seinen Kindern eine Rente von 32 Schilling ab ihrem Hause gegenüber dem Kirchhof von S. Stephan, einem Wachszinsgut des Domkapitels. Der Rentkäufer verwendet die Rente zu seiner Jahrzeitstiftung in allen Kirchen von Konstanz unter genauer Angabe, wie die Rente jährlich an die Geistlichen und an die Armen des Spitals und Feldsiechenhauses verteilt werden solle. Den auf Grund seiner Stiftung Rentberechtigten gegenüber verzichten die Erben des Rentverkäufers auf ihr Beispruchsrecht. Der Stifter behält sich das Leibgedingsrecht an der Rente vor.

Konstanz, 1293, Januar 7.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras audituris decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis, H. prepositus ac universi capituli ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Waltherus prepositus ceterique de capitulo ecclesie sancti Johannis Constantiensis, divina permissione abbas monasterii de Cruzelino cum universo suo conventu, S. plebanus sancti Stephani predicte, magister superior hospitalis pauperum in Constantia rei geste notitiam cum sincera in domino caritate. Quia labilitas memorie, macula originalis delicti, lites parit in rebus gestis, ideo in subventionem veritatis litterarum testimonia sunt inventa.

Noverint itaque universi tam posteri quam presentes, quod cum Burchardus de Curia, filius quondam Cunradi de Curia, Juza uxor sua legittima, Johannes filius eiusdem Juze et Cecilia filia predicti Burchardi exposuissent vendicioni

redditus triginta duorum solidorum usualis monete denariorum Constantiensium magistro Ebernando clerico Constantiensi, sic tandem idem magister Ebernandus cum ipsis convenit et contractum empcionis iniit in hunc modum, quod cum tenerent et possiderent domum lapideam cum area domus sitam ex opposito cimiterii ecclesie santi Stephani predicte, contiguam ab uno lattere[!] domui Burchardi dicti *Hûser*, ab alio latere domui dicti *Lederhoser*, feodalem a capitulo ecclesie Constantiensis sub annuo censu unius fertonis cere, cum expresso consensu eiusdem capituli redditus XXX duorum sol. denariorum predictorum vendiderunt dicto magistro Eber. de domo predicta et area domus pro viginti quatuor libris denariorum predictorum pure [et] simpliciter sine omni condicione vel pacto in subscriptis terminis in posterum personis subscriptis et locis annis singulis exsolvendos per ipsos vel per quascunque personas, ad quos iure successionis, empcionis vel alio titulo dicta domus et area devolventur. Et cum Johannes filius dicte Juze ratione paterne successionis videretur habere pinguius ius in dictis domo et area, ad cavendum magistro Ebernando et ad dictam vendicionem fortificandam idem Johannes comparuit cum Ůlrico dicto *Ubeli* cive Constantiensi, suo advocato et proximiore de consanguinitate paterna et cum consensu expresso et manuali ipsius renunciacione dictum vendicionis contractum iniit et consummavit. Ad hec, ut idem Johannes minus videretur esse lesus per vendicionem huiusmodi, Burchardus predictus suus vidricus, omnes res immobiles proprietatis titulo sibi pertinentes in villa et penes villam *Botikofen* sitas eidem Johanni et magistro R. fratri suo nomine eiusdem Johannis tradidit in recompensam vendicionis predictorum proprietatis titulo possidendas.

Sicque promissis cum sollempnitate consweta legaliter consummatis, sepedictus magister Eber. in remedium anime sue et suorum parentum redditus predictos triginta duos solidos contulit et distribuit isto modo, quod de dictis triginta solidis in perpetuum annis singulis in ieiunio quatuor temporum, quod conswevit evenire post exaltacionem sancte crucis, a possessore sepedicte domus et aree solvendi sunt decem solidi: quinque canonicis ecclesie Constantiensis vel ipsorum procuratori pro ipsius magistri Eber. anniversario ad altare beate Marie virginis, sicut moris est et sicut celebrantur anniversaria canonicorum, in posterum celebrando; alii vero quinque solidi sunt presentandi et dandi procuratori sacerdotum altarium ecclesie Constantiensis, ut eos in diem anniversarii dicti magistri Eber. pro anniversario suo celebrando ad decem et novem altaria distribuat sacerdotibus celebrantibus suum anniversarium ita, quod cuilibet sacerdoti decem tres den. et distributori huius peccunie cedant sex den., si unus de capellanis dictorum altarium fuerit distributor huius peccunie, et, si unus de eis non fuerit distributor sed extraneus, illi cedant tres den. Altaria vero, quorum sacerdotibus danda ista peccunia, sunt duodecim in ecclesia videlicet: altare sancti Cunr. cum quatuor sibi collateralibus, duobus a dextris et duobus a sinistris; altare sancte Margarete et duo altaria contigua sita ubi itur de choro ad altare sancte Margarete, et duo altaria ab alio latere, ubi itur de choro ad ambitum; altare sancti Michahelis positum inter duo angularia; et altare sancti Martini positum sub testudine chori. Et extra ecclesiam sunt quatuor capelle et altaria, videlicet capella sancti Petri, capella sancte Katherine, capella sancti Mauritii et capella sancti Nycolai; et tres ecclesie in civitate extra ambitum ecclesie Constantiensis scilicet ecclesia sancti Pauli, ecclesia sancti Laurentii, et ecclesia hospitalis pauperum, quorum sacerdotibus distribuenda est pecunia memorata.

Item postea in ieiunio quatuor temporum, quod conswevit evenire circa festum beate Lucie sequenti, de suprascripta pecunia solvendi sunt de predictis domo

et aree decem sol. quinque ad ecclesiam sancti Stephani Constantiensis, quorum duo sol. per cellerarium ipsius ecclesie in posterum in die anniversarii dicti magistri Eb. sunt dandi procuratoribus elemosine que apud eandem ecclesiam datur pauperibus, que wlgariter *Raiti* dicitur pro elemosina in pane pauperibus facienda; et novem denarii dandi sunt de reliquis tribus sol. pro anniversario suo celebrando sacerdotibus celebrantibus ad tria altaria sita in ecclesia sancti Stephani, duo penes ostium maius sita, ubi itur in ecclesiam sancti Stephani, unum a dextris et aliud a sinistris et tercium situm in choro inter duas iannas chori, cuilibet tres den., reliqui vero viginti septem den. cedere debent canonicis pro anniversario pretaxati magistri Eber. more debito celebrando. Item alii quinque solidi de prescriptis decem sol. dandi sunt ad ecclesiam sancti Johannis Constantiensis, quorum duo solidi per cellerarium eiusdem ecclesie in posterum in die anniversarii dicti magistri Eber. sunt dandi procuratoribus elemosine, que apud eandem ecclesiam datur pauperibus que wlgariter *Raiti* dicitur pro elemosina in pane pauperibus facienda; et sex denarii dandi sunt de reliquis tribus sol. pro anniversario suo celebrando sacerdotibus celebrantibus ad duo altaria sita in ecclesia santi Johannis: unum in quo in mane plebanus ecclesie conswevit celebrare, et aliud quod dicitur altare sancte Ursulle et sanctorum Felicis et Regule, cuilibet tres den., reliqui vero triginta den. cedere debent canonicis pro anniversario prelibati magistri Eber. celebrando cum sollempnitate debita et consweta.

Item duodecim sol., qui postea supersunt de dictis triginta duobus sol., dandi sunt a possessore domus et aree suprascripte in ieiunio quatuor temporum annis singulis, quod evenire conswevit in capite quadragesime: et octo sol. dandi sunt plebano monasterii de Cruzelino, quicunque tunc ipsius plebanus fuerit, et idem plebanus in die anniversarii dicti magistri Eber. debet dare suis confratribus canonicis de eisdem octo sol. pro anniversario ipsius celebrando sollenpniter, sicut moris est, duos solidos; et pauperibus infectis in campo penes Cruzelinum duos sol. et procuratoribus elemosine, que apud idem monasterium datur pauperibus, que wlgariter *Raiti* dicitur pro elemosina in pane pauperibus facienda dandi sunt duo solidi a dicto plebano; et in anniversario quondam Eber. patris dicti magistri Eber., quod conswevit evenire in diem beati Bernhardi dandi sunt duo sol. per eundem plebanum confratribus monasterii de Cruzelino pro ipsius quondam Eb. anniversario celebrando. Item alii quatuor sol. de prescriptis duodecim sol. in predicto ieiunio quatuor temporum dandi sunt procuratori pauperum hospitalis, ut in die anniversarii dicti magistri Eber. idem procurator det duos sol. procuratoribus elemosine, que apud ecclesiam sancti Pauli datur pauperibus, que wlgariter *Raiti* dicitur pro elemosina in pane pauperibus facienda; et duos sol. in die anniversarii ipsius magistri Eber. convertat in aliquam refectionem, quam magis videat esse utilem pauperibus dictus magister hospitalis.

Insuper prescripti Burchardus, Juza, Johannes et Cecilia recongnoverunt ipsis fore satisfactum de prescriptis viginta[!] quatuor lib. et eos in suos usus convertisse et ex collacione libera magistri Eber. sepedicti ius percipiendi in perpetuum prescriptos triginta duos sol. proporcionaliter in eos, quibus contulit et quibus ordinavit, ut est prescriptum, pure et simpliciter esse translatum. Et ad iussum ipsius magistri Eber. dicti venditores nobis R. decano ecclesie Constantiensis nomine ecclesie Constantiensis, altarium, capellarum et ecclesiarum predictarum nomine; Walt. preposito ecclesie sancti Johannis nomine ecclesie sancti Johannis; S. plebano sancti Stephani, procuratori superiori hospitalis pauperum nomine ecclesie sancti Stephani et hospitalis et priori monasterii de Cruzelino nomine ipsius mo-

nasterii stipulacione sollenpni se astrinxerunt ad dandum predictos triginta duos sol. in terminis supradictis; quod si non fecerint, contra ipsos est tamquam super notoriis censibus procedendum.

Sane cum pius ascensus[!] sit adhibendus petitioni consone equitati[1] et dictus magister Ebernardus post donacionem liberalem predictorum pecierit sibi concedi et indulgeri, quod redditus triginta duorum sol. sepedictorum reciperet et perciperet pro tempore vite sue, nos petitioni sue equitati[1] consone condescendentes, omnium quorum interest consensu accedente, indulsimus et indulsisse nos presentibus confitemur, quod idem magister Eber. redditus triginta duorum sol. predictos in terminis prelibatis recipere debeat et percipere et suis usibus applicare dumtaxat pro tempore vite sue. Eo vero cedente vel decedente ad usus prescriptos est eadem pecunia redienda et memorati venditores nobis mandantibus et iubentibus stipulacione debita et consweta se astrinxerunt ad dandum dictam pecuniam in supradictis terminis ipsi magistro Eber. pro tempore vite sue, in quocumque statu fuerit, sive in religioso habitu fuerit vel seculari.

Et ut ea, que premissa sunt, omnia et singula firma remaneant et inconcussa, sepedicti Burchardus, Juza, Johannes et Cecilia circa singula premissorum renunciaverunt sponte ad manus nostras defensioni non adhibite sollempnitatis, excepcioni non numerate pecunie, non tradite non solute, excepcioni doli mali, auxilio decepcionis ultra dimidium iusti precii, beneficio restitucionis in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde inpetratis vel etiam inpetrandis, omnibus constitucionibus et statutis tam editis quam edendis et generaliter omni auxilio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcunque possent per eos inpugnari aliqualiter vel violari.

Et in evidenciam ac firmitatem incommutabilem omnium premissorum nos R. decanus ecclesie Constantiensis totumque capitulum ecclesie eiusdem, H. prepositus et capitulam ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Walt. prepositus cum capitulo sancti Johannis Constantiensis, divina permissione abbas monasterii de Cruzelino totusque conventus ibidem, S. plebanus ecclesie sancti Stephani, procurator superior hospitalis pauperum de scitu et rogatu prescriptorum venditorum et ipsius magistri Eber. emptoris sigilla nostra appendenda decrevimus et appendimus huic scripto. Nos Burch., Juza, Joh. et Cecilia prescripta omnia et singula, prout prescripta sunt, confitemur esse inchoata et consummata legaliter et perfecte et stipulacione sollempni nos astrinximus ea servare inviolabiliter et inconcusse.

In quorum testimonium presentes literas honorabilis domini officialis curie Constantiensis cum aliis prescriptis sigillis obtinuimus roborari. Nos officialis ad peticionem iam scriptorum Burch. Juze, Joh. et Cecilie in testimonium prescriptorum nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum et actum in ecclesia Constantiensi in capella sancte Margarete, presentibus nobis R. decano et aliis suprascriptis, magistro Rudolfo de Curia examinatore testium, Ůlrico dicto *Keswiler* notario curie Constantiensis, Rudolfo dicto *Senfli*, Batholomeo de *Sumerǒ*, sacerdotibus; Burchardo dicto *Hûsär;* Ůlrico dicto *Ubli*, Petro de Curia, Berhtoldo dicto *Nôt* laycis Constantiensis civitatis; Johanne scolare de Sancto Gallo et Ůlrico dicto *Rikenbach*, subdyacono et multis aliis fidedignis, anno domini M°CC°LXXXX°III°, feria quarta proxima post Epiphanyam domini, indictione II.

[1] Vorlage hat equitate.

Ungedruckt. Perg. Or. NSPAKZ. Nr. 11 (5 von 10 Siegeln erhalten) mit der Rücknote: »Von dem hus zem roten turn«. [14. Jh.] Ein zweites Or. GLA. V, 14. 8 Siegel vorhanden. Ein drittes Or. Kantonsarchiv Frauenfeld XXI, 30. Abschrift: GLA. Coph. 509 (alte Nr. 322), f. 86 1/2. Regest: Regg. Kreuzlingen 16, Nr. 111; Ruppert, Beiträge III, 31, Nr. 16.

Nr. 97.

Abt Gelasius und der Konvent des Schottenklosters bei Konstanz erklären, inbetreff des Kaufpreises der von dem Kloster dem Rat und der Gemeinde Konstanz verkauften Tägermooswiesen teils in Baar befriedigt, teils unterpfändlich sichergestellt zu sein und lassen daher all ihr Recht an den Wiesen den Bürgern auf. Konstanz, 1293, August 25.

Allen den, die disen gegenwitigen || brief sehent ald hörent lesen, künden wir abbet Gelasius und der convente des gotzhuses der || Schotton bi Kostenze, das die wisan in Tegermose, die ünser vorvar abbet Donatus ze köfen gap den erbaren liuten dem räte || und der gemainde ze Kostenze ze ir weide, darumbe si gelubdich wrdent ze widerlegunge viunf und trizech schillinge geltes üns und unserm gotzhuse, sint widerlait an den gutern, diu hienach geschriben stânt: an ainem garten und an ainer wise an Wägelin vierzehen schillinge geltes und ain pfund geltes ze Zollichoven und ain schillinc geltes ist üns vergolten mit beraiten pfenningen, also sint üns verrihtet die viunf und trizech schillinge geltes. Und entzihen üns und alle ünser nahchomen aller ansprache, die wir iemer möhtin gehaben ân den vorgenantin wisan in Tegermose.

Und das dis ewige und stäte belibe, so an disem brief geschriben stât, do hiezen wir den vorgenantin burgern von Kostenze disen brief schriben und besigeln mit ünsers herren Hainriches von gottes gnaden erweltis bischofes von Kostenze und öch mit ünserm insigel. Wir Hainriche von gottes gnâden erwelter bischof ze Kostenze veriehen, das alles das, das da vorgeschrieben stât, reht und redelichen vor üns geoffenot wart. Und ze ainer stätegunge aller der dinge, diu da vorgeschriben stânt, so hiezen wir ünser insigel dur des vorgenantin abbetes und des conventes bette henken zů ir insigel an disen gegenwrtigen brief. Dis geschach ze Kostenze uf der Pfallenze an dem cinstage nah sancte Bartholomes tage, in dem iare, do man von gottes gebúrte zalte zwelf hundert und núnzich jâre und darnah in dem tritten jâre.

Perg. Or. StAKZ., Nr. 440. Siegel erhalten. Abschrift: ebda, Abgeschriften f. 68; Druck: Ruppert, Chroniken, 305; Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 9. Regg. ep. Const. 2914 (mit falschem Datum).

Nr. 98.*

Hugo, Cristan und Johannes Völin, Bürger von St. Gallen, verkaufen für 30 Mark Silber ein ihnen eigentümlich gehörendes Haus im Mauriziergäßchen zu Konstanz an den Konstanzer Bürger Jakob Roggwiler, Pfleger des Konstanzer Franziskanerklosters, und fertigen dasselbe dem Stellvertreter des genannten Pflegers, dem St. Galler Bürger Johann Spiser (Dispensator)[1].

St. Gallen, 1294, Febr. 19.

In nomine domini amen. Nos Hugo et *Cristân* et Johannes dicti *Völin*, cives loci Sancti Galli, notum facimus omnibus || et con-

[1]) Bezüglich der Identität des Namens Dispensator mit der St. Galler Geschlechterfamilie Spiser siehe Wartmann, U.-B. der Abtei St. Gallen III, 899, die Citate im Register unter Spiser.

scripcione presencium confitemur, quod domum nostram in Constantia, sitam in *Morizier gâzzeli* cum orto et aliis suis attinenciis, non inducti nec circumventi, sani et incolumes, habentes amministrationem rerum nostrarum vendidimus pro XXX[a] marcis argenti domino Jacobo dicto *Roggewiler* civi Constantiensi, procuratori fratrum minorum in Constantia, nomine eorundem fratum et ecclesie Romane secundum consuetudinem ordinis sui, usibus eorum libere applicandam, et eam ad manus domini Johannis Dispensatoris, civis Sancti Galli, ex parte dicti procuratoris fratrum ad hoc constituti resignavimus cum sollempnitatibus et modis, qui in talibus contractibus consueverunt secundum loci consuetudinem communiter observari. Abdicantes a nobis et heredibus nostris de conscientia et consensu ipsorum omne ius et proprietatem dicte domus, que nobis vel eis conpetebat vel competere videbatur. Tradentes eam et inducentes procuratorem eorum in possessionem corporalem, sicut superius est expressum. Obligamus etiam nos, si aliquid contra contractum istum per nos vel aliquem alium occasione nostri in dampnum vel iniuriam eorundem fuerit attemptatum, quod eos indempnos plenarie faciemus.

Acta sunt hec apud Sanctum Gallum ante superius ostium hospitalis, presentibus Cůnr. dicto *Ârger* et Johanne filio suo, Ůlr. dicto *Wirt*, Cůnr. dicto *Vôli*, Wernhero dicto *Hunt* et aliis fidedignis in testimonium ad hoc vocatis. Ad maiorem eciam certitudinem premissorum sigillo communitatis Sancti Galli et sigillis nostris presens instrumentum procuravimus consignari.

Datum ubi actum anno ab incarnatione domini M°CC°LXXXXIIII, XI kal. Marcii.

Ungedruckt. Or. StAKZ., Nr. 2293. Siegel erhalten. Aus dem Franziskanerarchiv. Rückvermerk: «de comparatione unius domus et orti pro area nostra» (14. Jh.). Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 10.

Nr. 99.*

Der Konstanzer Bürger Hug in der Bünde verleiht ein Haus mit Hofstätte am Graben an Heinrich Terer als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Schilling Pf. und einem Fastnachthuhn.

Konstanz 1294, September 2.

Allen den, [die] disen gegenwurtigen brief ansehent oder hôrent lesen, künde ich Hug in der Bünde, ain burgâr von Kostenze, das ich Hainrich dem Terer von || Kostenze min hofstat und min hus an dem Graben entswischen der Hôwerinun hus und Hermans des Emishovers hus han gelihen ze ainem rehten und ze einem || stâten lehen, also das er und sine nahchomen mir und minen erbon järgeliches an sancte Johans tage ze süngihtin sont gen ain schillinch pfenninge

Kostenzer múnze ze einse, und ie ze der vasenaht ain hůn, die wile so er lebt, und swenne er enist, an swen das hus danne vallet ze erbe, der sol dem lehenherren des selben huses ie ze der vasenaht järgeliches geben zwai hunre von demselben huse. Und swenne er ald sine nahkomen den vorgenantin schillinch und diu hunre ie nah den vorgenantin ziln inrunt aht tagen niht enrihtint, so sol mir dem vorgenantin Huge ald minen erbon das lehen ledich sin ane allen krieg. Darzů ist ŏch gedinget, swem der vorgenant Hainriche das hus und die lehenschaft machon wil, es si dem spitale von Kostenze ald swem er es machen wil, dem sol ich ald mine erben es lihen in dem rehte alse ŏch es der vorgenant Hainriche von mir het. Und nimt der vorgenant Hainrich ain wip, gewúnnet diu kint bi im, den sol ich und min erben das hus lihen. Gewinnet aber si niht kinde, so sol si das hus han unz an ir tot, und sol der spitale oder swem er das hus anders machet nit mit dem huse ze tůn han. Wirt es den kinden und wirt es der wirtinne, so sol aber niemen an dem gemecht han, es si danne, das si ainen man ze húbsche oder ze der ê neme nach dem vorgenanten Hainriche, so sol si niut me mit dem huse han ze tůne und sol der spitale ald swem er die lehenschaft gemachet hât, das selbe hus und die lehenschaft hân ane alle widerrede. Und ist, das der vorgenant Hainrich niht wibes nimet, so sol ich der vorgenant Huc das vorgesait hus und die lehenschaft swester Hädewige siner swester lihen, diu sol es han unz an tode. Und swenne diu enist, so sol ich das hus und die lehenschaft dem vorgenantin spitale ald swem erz gemachet hât, lihen in dem rehte, alse da vorgeschriben stât. Und swem ich das hus lihe, der sol mir dem vorgenanten Huc minen nahchomen ain viertail des besten lantwinis, so ze Kostenze vaile ist, ze erschatze geben ald ainen schillinch pfenninge Kostenzer múnze, sweders ich wil oder swer lehenherre ist der hofstet und des vorgenantin huses. Und ist gedinget, swem der vorgenant Hainrich das vorgenant hus und die lehenschaft gemachot hat, es si der spitale oder swer er sie, můz er der selbe Hainriche das hus ze siner redelicher not verkŏfen, das in des niemen ierren sol, und das er es verkŏfen sol ane alle widerrede. Und ist das der vorgenant Hainriche oder swer die hofstat und das hus und die lehenschaft des selben gůtes verchŏfen wil, der sol mirs dem vorgesprochen Hugen und minen nahchomen bi dem ersten vaile bietin und son mir si und minen erbon, ob wirs kŏfen wellen, viunf schillinge bas gen, danne man inen anderswa drumbe geben wil ane alle gevârde.

Das dis wâre si und stäte belibe, so an disem gegenwurtigen brief geschriben stât, dar umb so bitte ich Huc in der Búnde, won ich

niht aigens insigels han, und ich Hainrich der Terer den råt von Kostenze, das si ir stat insigel geben an disen gegenwurtigen brief ze ainer ståter wårehait. Ich Albreht von Klinginberc der vogt, Cůnrat der Jôhelår der amman und der råt von Kostenze geben únser stat insigel an disen gegenwurtigen brief ze ainer sicherhait und ze ainer ståter wårehait dierre dinge von der vorgesprochen Huges und Hainriches bĕtte. Dis geschach ze Kostenze und wart dierre brief gegeben in dem iâre, do man von gottes gebúrte zalte zwelfhundert iâre und vieriu und nunzich iâre, an dem nåhsten dunrstage vor unser vrowen tult ze herbest.

Ungedruckt. Or. SPAKZ. I, E, v. 1. Stadtsiegel erhalten. Regest: Ruppert, Beiträge III, 35, Nr. 51.

Nr. 100.*

Der Konstanzer Bürger Eberhard von Kreuzlingen schenkt und übereignet dem Heiliggeistspital zwei Häuser mit Hofstätten, das eine in der Mordergasse, das andere in der Webergasse gelegen, wogegen sich das letztere durch seine Vertreter verpflichtet, zu einem Seelgeräte des Stifters und seiner Frau jährlich auf Gallustag sechs Mutt Baumnüsse zur Ölbereitung für ein Ewiglicht dem Dominikanerinnenkloster Katharinenthal bei Dießenhofen zu liefern.

Konstanz, 1295, April 11.

In dem namen dez vaters und dez sunes und dez hailigen gaistez. Ich Berchtolt der lútprister dez spitales ze Costenz an dem Mårcstat und ich Cůnrat der || Widemer maister und pfleger dez selben spitales und wir Berchtolt der Grave und Hainrich von Schlatte und alliu diu samenunge, brůder und swesteran dez selben spitales, kún dint und veriehint allen den, die disen brief sehent alder horent lesen, daz wir durch gemainen nuzze unsers huses und der dúrftigon und der samenunge mit betrahtotem rat und mit usserschaiden willen und gûnst unsers lieben herren hern Symonis dez lútpristers von sant Stephan in der stat ze Costenz und aller andere unserre pfleger enpfangen habent von hern Eberhart von Crúcelingen, ainem burger von Costenz, zwai húser mit hofstet und mit buwe und mit allen den rehten, die si hant, inwendic alder davor, in aigenlich gewer dez selben spitales; und derselben húser lît aines vor der mezege uf der gassen, die man haizzet Mordergasse und waz Ůlrichez ze Búrctor; daz ander lit in Niderburc in Webergassen an dem ort gen dem Rin und waz Marquatz dez webers. Und habent uns gebunden mit offenre gelúbde, als gemainiu gewohnhait ist ze Costenz, so man besteten sol solichiu dinc, diu eweclich weren sunt, und bindent uns an disem brieve, daz wir von der aigenschaft der selben húser und der hofstete, sie sien enbuwe alder niut, gen sunt vúr daz bilde únser vrowen ze der vrowen closter ze Diessenhoven des predierordens,

daz der vorgenempt burger her Eberhart von Crúzelingen gemachet hat mit siner cost, ze ainem selgeret im und vro Miun siner wirtenne und allen den, den si gůtez schuldie sint, sehs mut bonnusse Costenzer mess an sant Gallen tag ze einem liehte, daz eweclich tages und nahtes brinnen sol vor demselben bilde. Und sunt die vorgenempten nusse antworten in dem spitale, swer si da von demselben closter vorderot. Und swie wir diz zil versument, daz wir diz nusse nít gebint, als hie vor underschaiden ist, so sien wir schuldie und gebunden mit gelúbde an disem brieve, daz wir ze ainer busse umbe unser sumsali zwiront als vil darnach úber ain wohchun súlint gen an den buwe unser vrowen ze dem tume ze Costenz, swenne ez mit disem brieve wir gevordrot, und sien doch niut ledic ze dem zil noch darnach dez selgeretes, daz zů demselben unser vrowen bilde dienst hievor an disem brieve gescriben stat. Und ensunt die vrowen dez vorgenempten closterz diz nusse durch enkain nôt verwandeln in kainen andern nuzze, wen daz wer wider dez willen, der si hiezů genemmet und geordinet hat. Und were, daz der convente derselben swesteron von Diessenhoven ald kain sin maisterschaft dur kain nôt ald ordinunge diz selgeret verkôffen wollint alder wandelon alder wehselon wider dez mainunge, der ez gesezet hat ze ainem ewigen dienst unser vrowen, swenne diu wandelunge beschehe, so sun wir der spitale vrilich ledic sin aller der gelúbde und der gehaizze, die wir habint getan an diesem brieve. Und daz diz dinc stête si, so verzihen wir uns allez rechtez gaischliches und weltlichez und aller der brieve und gnade, so wir ieze habint alder noch mohtent ewerben von bâpsten alder von kâizern, alder von legaten, alder von kúngin und aller der rehte und genade, si sien genempte alder niut genempte an disem brieve, mit dem dise ordenunge und disiu gesetzde und daz selgeret, daz hie an disem brieve genempte ist, geierret alder gewenden moht werden.

Und daz diz dinc, daz hie gescriben ist, stête und veste belibe, so habint wir der maister und diu samenunge dez spitales hie ze Costenz disen brief besigelt mit dem insigel unsers huses. Und ich diu priorin und wir die swesteran dez vorgenempten closters habent disen brief besigelt mit dem insigel der priorinun und dez conventez von Diessenhoven. Diz selgeret und disiu ordinunge und disiu gelúbde beschach ze Costenz in dem spital, in dem iâr, do man zalte von gotes geburt zwelfhundert iâr und niunzec und fiunf iâr, do dez maien zehen tage ewec warent.

Ungedruckt. Or. NSPAKZ. Nr. 13. Siegel erhalten. Abschrift: GLA., Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.). Regest: Ruppert, Beiträge III, 35, Nr. 53.

Nr. 101.

Bischof Heinrich II. bestätigt dem Stift St. Johann den Besitz zweier, durch weiland Heinrich von Wäggis, Kantor des Stifts S. Johann, von Konrad von Denkingen und seiner Ehefrau Mia gekaufter und von ihm dem Stift S. Johann für die von Eberhard von Horb gestiftete Chorherrnpfründe und die von Heinrich von Wäggis selbst dotierte Kantoreipfründe von S. Johann geschenkter Häuser beim Klaustralhof des Domdekans, Wachszinslehen des Bistums, nach Verzicht zweier Konstanzer Bürger auf ihre Rechte an den beiden Häusern. Vgl. Nr. 93a. Konstanz, 1296, April 16.

Hainricus, dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus presentium litterarum inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que pietatis fervore et divini cultus favore fiunt racionabiliter et salubriter peraguntur, in exemplum posteris elucescant, scripturarum indiciis perpetue et inconmutabili debent memorie conmendari.

Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos de consensu expresso honorabilis in Christo Růdolfi decani et capituli ecclesie nostre Constantiensis, favore novelle plantacionis ecclesie sancti Johannis Constantiensis, domum quondam magistri Hainrici de *Wätgis*, cantoris predicte ecclesie sancti Johannis Constantiensis, emptam a Cunrado de *Dengkingen* et Mya uxore sua legittima, que a nobis pro uno fertone cere singulis annis in festo purificacionis beate virginis nostre camere persolvendo, iure censualis feodi ab eodem cantore possidebatur pro parte et hiis limitibus: videlicet aream inferiorem cum superedificatis ibidem, sitam versus domum predicti Cůnradi de *Dengkingen*, cum orto contiguo curie et orto venerabilis domni Růdolfi decani Constantiensis, cantorie ecclesie sancti Johannis predicte; et partem residuam, videlicet aream superiorem cum superedificatis ibidem, sitam versus portam curie prefati Růdolfi decani Constantiensis, cum orto contiguo domui Hainrici de *Gundolfingen*, canonici sancti Johannis Constantiensis, prebende, quam idem magister Hainricus habuit et possedit, fundate a quondam magistro Ebirhardo de *Horwe*, sub onere census predicte nostre camere annis singulis festo predicto a cantore pro media parte, qui pro tempore fuerit, et a possidente dictam prebendam pro parte residua in perpetuum in signum dominii exsolvendi, recepta tocius iuris, quod in predictis domo vel areis sic distinctis conpetiit vel conpetere potuit Burchardo dicto *Underschopfe* et Johanni Phefferhardo, civibus Constantiensis civitatis, ex nostra concessione ipsis facta de eisdem, post mortem dicti magistri H. cantoris resignacione facta ad manus nostras sollempniter ab eisdem, servatis in premissis omnibus sollempnitatibus iuris et facti, adhibendis vel servandis de consuetudine aut de iure, donamus, conferimus et in perpetuum annectimus, scriptisque presentibus inconmutabiliter applicamus. Obligantes nos nostrosque successores, quicumque pro tempore fuerint, et ecclesiam nostram Constanciensem de consensu nostro expresso et prefatorum decani et capituli ecclesie nostre Constantiensis scriptis presentibus per stipulacionem legittimam et sollempnem ad observacionem et ratihabicionem inviolabilem in perpetuum premissorum.

Et ne in memoratis cantorie et prebende ecclesie sancti Johannis Constantiensis ipsique ecclesie aliquod circa premissa possit in posterum preiudicium generari, renunciamus tam pro nobis quam pro nostris successoribus, quicumque pro tempore fuerint, et pro nostra ecclesia Constantiensi, de consensu prefatorum decani et capituli ecclesie Constantiensis expresso, circa premissa et quodlibet eorundem, beneficio restitucionis in integrum, litteris a sede apostolica impetratis seu etiam impetrandis, auxilio et defensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus constitu-

cionibus et statutis tam editis quam edendis, suffragio consuetudinis generalis vel particularis, omni auxilio legum et canonum, et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel quodcumque ipsorum ullo umquam posset tempore violari.

Et in evidenciam premissorum ipsorumque inconmutabilem firmitatem presens instrumentum conscribi fecimus et sigillorum nostri nostrique capituli unâ cum appensione sigilli officialis curie nostre Constantiensis robore communiri. Nos Rudolfus decanus, et capitulum ecclesie Constantiensis supradicta omnia et singula ratificamus, approbamus ipsisque consensum nostrum expressum et voluntarium presentibus impertimur, appendentes ad firmitatem inconmutabilem eorundem huic instrumento sigillum nostrum. Nos etiam officialis curie Constantiensis in evidenciam resignacionis predicte, facte per memoratos Burchardum *Underschopfe* et Johannem Phefferhardum, cives Constantienses, ad ipsorum peticionem presentibus nostrum appendimus sigillum. Datum Constantie, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, XVI. kal. Maii, indictione IX.

Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: Neugart-Mone, Ep. Const. II, 672, Nr. 77. Regest: Regg. ep. Const. 2989.

Nr. 102.*

Abt Berthold und der Konvent des Klosters S. Blasien bevollmächtigen den Konstanzer Domscholaster Walther und den Chorherrn von St. Stephan Rudolf von Tettikofen dazu, das Haus der Vollmachtgeber im Mauriziergäßchen zu Konstanz an die Pfleger des dortigen Franziskanerklosters zu verkaufen und die Übereignung des Hauses durch die Salleute des Klosters St. Blasien zu bewirken. Vgl. Nr. 103. St. Blasien, 1296, April 16.

Nos Ber. divina permissione abbas totusque conventus monasterii sancti Blasii in Nigra || silva, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, notum facimus universis presentes litteras in||specturis, quod nos communi consensu accedente et deliberatione diligenti premissa viros discretos magistros Waltherum scolasticum maioris et magistrum Rŭdolfum de *Tetthighofen* canonicum sancti Stephani ecclesiarum Constant. nostros in solidum facimus et constituimus procuratores ad vendendum domum nostram sitam in vico, qui dicitur *Morizier Gasselin*, cum fundo et area eiusdem domus, orto ipsius suisque pertinenciis universis, nobis nostroque monasterio iure properietario pertinentem, cum eisdem fundo, domo, orto, area eiusque pertinenciis universis procuratoribus religiosorum virorum fratrum ordinis minorum domus site in civitate Constantiensi nomine et vice Romane ecclesie et ipsorum fratrum ad usum et necessitatem dictorum fratrum et domus eorundem pro centum marcis argenti ponderis Constantiensis; item ad transferendum domum eandem cum fundo area orto suisque pertinenciis universis in procuratores eosdem per *salmannos* nostros, quos habemus super domo, fundo, orto et area premissis, et ad tradendum eis possessionem eorundem vacuam cum ipsorum pertinentiis quibuscumque; ratum et gratum habituri, quicquid per ipsos actum fuerit in premissis.

Appendentes in evidentiam eorundem sigillum nostri abbatis predicti, quo nos conventus monasterii Sancti Blasii, cum proprio uti non consuevimus, usi sumus. Datum et actum apud Sanctum Blasium, anno domini M°CC° nonagesimo sexto, feria secunda post dominicam Jubilate, indictione IX^a^, presentibus honorabili viro Cůnrado preposito Episcopaliscelle, magistris Alberto de *Nallingen* et Johanne dicto *Thinê*, viceplebano ecclesie in *Thůngen*, Johanne de *Linthach*, Hainrico dicto *Stubunwint* et aliis fidedignis.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ., Nr. 2294. Siegel fehlt. Rückvermerk: «de area nostra». [13./14. Jh.] Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 11 (mit falschem Datum).

Nr. 103.*

Abt Berthold und der Konvent des Klosters St. Blasien verkaufen durch Stellvertreter ihr Haus mit Hofstätte im Mauriziergäßchen zu Konstanz für 100 Mark Silber an die Pfleger des Franziskanerklosters daselbst und übereignen dasselbe mit Salmannenhülfe dem Franziskanerkloster zu Handen seiner Pfleger und Salleute. Vgl. Nr. 102. Konstanz, 1296, Mai 5.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Bertholdus divina permissione abbas totusque conventus monasterii Sancti Blasii ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis subscriptorum noticiam cum salute. ||

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos considerata et pensata diligenter nostri monasterii utilitate habitoque tractatu sollempni et premisso, qui circa rerum ecclesiasticarum alienationes habendus est et premittendus iuxta sacrorum canonum instituta, domum nostram sitam ex opposito domus fratrum minorum in civitate Constantiensi in vico, qui dicitur *Morizier gesseli*, quam quondam magister Ůlricus dictus *Spůl* canonicus ecclesie sancti Johannis in Constantia habuit et possedit quamque post ipsum magister Rudolfus de *Tettikoven* canonicus sancti Stephani ecclesie Constantiensis inhabitavit, nobis nostroque monasterio cum orto et suis attinentiis iure proprietatis pertinentem vendicioni decrevimus exponendam cum eodem orto suisque pertinentiis universis, et cum inter alios ad emptionem eiusdem domus cum suis attinentiis procedere volentes Hugo dictus *in der Bünde*, Johannes dictus *Ruhe* et Ůlricus dictus *Engelli*, cives Constantienses, procuratores domus fratrum minorum predictorum, nomine Romane ecclesie et ipsorum nobis maius et utilius precium obtulissent, nos receptis ab eisdem procuratoribus centum marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis et in evidentem utilitatem nostri monasterii conversis, prout scriptis presentibus recognoscimus et publice profitemur, proprietatem domus predicte cum orto et suis pertinenciis universis,

ab omni census onere libere et absolute, ac dominium in ipsos procuratores et *salmannos* nomine Romane ecclesie et ipsorum fratrum assumptos nomine et vice ipsius Romane ecclesie ad usum et necessitatem dictorum fratrum et domus eorundem site in civitate Constantiensi, prout eis ex declaratione domini Nycolai pape tercii conceditur, per manus nostrorum *salmannorum* videlicet Cunradi dicti *Joheler* ministri civitatis Constantiensis, Hainrici dicti *Spåln* et Hainrici dicti *Tetikover*, civium diete civitatis, quos super eadem habuimus domo iuxta civitatis Constantiensis consuetudinem, premisso venditionis titulo rite et rationabiliter transtulimus et transferimus presentium per tenorem. Obligantes nos nostrosque successores, qui pro tempore fuerint, et nostrum monasterium ad plenam warandiam procuratoribus memoratis nomine Romane ecclesie et fratrum predictorum per stipulationem sollempnem singulorum et omnium premissorum. Adhibitisque per nos in eisdem verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea, que premissa sunt, sub robore incommutabili perseverent, renunciamus circa ipsa et quodlibet eorundem tam pro nobis quam pro nostris successoribus nostroque monasterio beneficio restitutionis in integrum tam principaliter quam incidenter, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu etiam impetrandis, defensioni et auxilio non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite et non solute, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, omnique auxilio legum et canonum et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque ullo umquam possent tempore violari.

Et ad fidem perpetuam premissorum presentibus sigilla venerabilis patris et [domini nostri][1] Hainrici dei gratia episcopi Constantiensis et . . officialis curie Constantiensis una cum appensione sigilli nostri abbatis prefati, quibus nos conventus prefatus monasterii sancti Blasii utimur, c[um proprio][1] careamus, procuravimus appendi.

Ego etiam magister Rudolfus de *Tetikoven* canonicus ecclesie sancti Stephani in Constantia supradictus, scriptis presentibus ad manus eorundem procuratorum et *salmannorum* [fratrum pre][1] fatorum nomine Romane ecclesie et dictorum fratrum renuncio sponte ac voluntarie omni iuri michi competenti in domo memorata suisve attinenciis quibuscumque, recognoscens in hiis scriptis, iuris michi competentis in eadem per dictos abbatem et conventum monasterii Sancti Blasii michi forefactam sufficientem et plenariam recompensam. Et appendo in evidentiam huius facti presentibus sigillum meum una cum appensione sigilli honorabilis viri . . officialis curie Constantiensis.

[1] Unleserlich.

Nos Hainricus dei gratia episcopus ecclesie Constantiensis, considerantes, omnia et singula supradicta rite et rationabiliter fore peracta, ipsis consensum nostrum expressum et auctoritatem ordinariam impertimur, ipsaque omnia et singula eadem auctoritate corroboramus, ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus, appendentes presentibus sigillum nostrum ad peticionem supradictorum abbatis et conventus monasterii Sancti Blasii necnon magistri Rudolfi de *Tetikoven* predicti in evidentiam et robur perpetuum eorundem.

Nos etiam Rudolfus decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis et Hainricus prebendarius altaris sancti Cůnradi Constantiensis, renunciamus scriptis presentibus ad manus procuratorum iam dictorum nomine et vice Romane ecclesie et fratrum minorum antedictorum sponte et voluntarie omni iuri nobis competenti in domo prefata et censu eiusdem, recognoscentes, eiusdem census et iuris predicti, si quod nobis competit in eadem domo, nobis fore factam ex parte fratrum eorundem sufficientem et plenariam recompensam, appendentes in evidentiam huius facti presentibus sigillum nostri capituli, quo ego Hainricus sacerdos predictus usus sum presentibus et contentus.

Et nos . . officialis curie Constantiensis in evidentiam singulorum et omnium premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem ad peticionem dictorum abbatis et conventus monasterii Sancti Blasii et magistri Rudolfi de *Tetikoven* prefati appendimus presentibus sigillum nostrum.

Ceterum cum honorabiles in Christo abbas et conventus monasterii Sancti Blasii antedicti nobis magistro Walthero scolastico ecclesie Constantiensis et magistro Rudolfo de *Tetikoven* canonico ecclesie sancti Stephani Constantiensis plenam dederint potestatem, domum supradictam cum area et fundo eiusdem et cum orto viridario suisque pertinenciis universis vendendi procuratoribus domus fratrum minorum civitatis Constantiensis nomine Romane ecclesie et ipsorum fratrum ad usum et necessitatem eorundem pro centum marcis argenti ponderis Constantiensis: nos scriptis presentibus recognoscimus et publice confitemur, quod domum supradictam cum fundo et area ipsius, cum orto viridario suisque pertinenciis universis vendidimus procuratoribus fratrum memoratorum nomine et vice Romane ecclesie et ipsorum ad usum et necessitatem eorundem; et quod per *salmannos*, quos dicti abbas et conventus habuerunt super eadem domo, fundo, area et orto suisque pertinenciis, transtulimus ipsam domum et possessionem eius cum premissis fundo, area et orto eiusque pertinenciis in procuratores fratrum predictorum et *salmannos* nomine Romane ecclesie et ipsorum fratrum; quodque predictas centum marcas argenti

nomine dictorum abbatis et conventus monasterii Sancti Blasii in puro recepimus argento et legali ponderis Constantiensis nobis datas per procuratores et *salmannos* fratrum prelibatos.

Datum Constantie anno domini M°CC°XCVI°, III° nonas Maii, indictione IX^a^, presentibus testibus infrascriptis: magistro *C. Phefferhart* canonico ecclesie Constantiensis, Symone plebano sancti Stephani, Ulrico dicto *Spul* canonico sancti Stephani Const., magistro Johanne *Phefferhart*, Hermanno de *Bûchorn*: canonicis dicte ecclesie sancti Stephani; Wernhero de *Rinegge*, Friderico milite in Turri, Bur. pincerna de *Kasteln*, Walthero de Curia et Bur. fratre suo, H. dicto *Frige der Stazener Frike*, Petro et Johanne dictis de *Tetikoven*, Eber. dicto *Swerteli* et Ůl. fratre suo, Johanne Aurifabro, Walthero de Scafusa, Ůlr. dicto de *Hoven*, Eber. de *Crúcelingen*, *H. Underschophe*, Friderico Aurifabro, C. dicto *Schili*, C. dicto *Goldast*, Hugone dicto *Gunzer*, Johanne dicto *Linde* et aliis quam pluribus fidedignis.

Ungedruckt. Or. GLA. V, Spec. 153. Ein Siegel vorhanden, 4 fehlen. Regest: Regg. ep. Const. 2996.

Nr. 104.*

Domdekan Rudolf und das Domkapitel nehmen von Ulrich Keßweiler, Pfarrektor zu Leustetten, dessen vom Domkapitel lehenrühriges Haus mit Hofstätte in der Tümpfelgasse auf und verleihen es als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 25 Schilling Pf. an Burkhard Altnauer, B. v. K., dem der Erstgenannte das Haus für 45 Pfund Pf. verkauft hatte.

Konstanz, 1296, Oktober 15.

Rûdolfus decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis omnibus presentem litteram inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Ut contractus bone fidei consensu mutuo celebrati sub statu incommutabili perpetuo perseverent, scripturarum indiciis ipsorum debet memoria perhennari.

Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod cum vir discretus Ulricus dictus *Kessewiler* clericus, rector ecclesie in *Listetten*, Constanc. diocesis, domum suam sitam in vico dicto *Túmpfelgasse* ex opposito domus magistri Ulrici de *Denckingen* et contiguam domui Conradi dicti Ministri cum ipsius area, quam domum cum area idem Ulricus a nobis seu nostra ecclesia Constanc. sub annuo censu videlicet vigintiquinque solidorum denar. Constanc. monete nobis de ipsa domo ac ipsius area annis singulis, videlicet quinque in ipso anno terminis exolvendis decimo octavo kalend. Febr., item tredecimo kalendas eiusdem mensis Februarii, item quinto idus Februarii, item decimo kalen. Marcii, item quinto idus Augusti, quolibet istorum terminorum quinque solidis exolvendis, tenuit et possedit, discreto viro Burckardo

dicto *Altnower* civi Constanc. pro quadraginta quinque libris denariorum dicte monete vendiderit possidendam. Nos recepta resignacione dicte domus et aree ab eodem Ulrico eandem domum cum area ipsius prefato Burchardo dicto *Altnower* suisque heredibus tam descendentibus quam collateralibus, quibuscunque nominibus censeantur, sub eodem censu videlicet vigintiquinque solidorum denar. nobis de ipsa domo et eius area antedictis terminis annis singulis solvendorum in emphiteosim habendam, tenendam et perpetua sine cuiusvis contradictionis obice possidendam concedendam duximus et concedimus per presentes, premisso inter nos tractato solemni ac prehabito, qui in huiusmodi concessionibus premittendus est et habendus iuxta canonicas sanctiones, et adhibitis per nos in premissis verborum ac gestuum solemnitatibus debitis et consuetis. Et si ipse Burckardus vel aliquis suorum heredum descendencium vel collateralium domum predictam cum ipsius area vendere voluerint, idem Burckardus aut sui heredes descendentes et collaterales nobis eandem domum cum eius area exhibere debent primitus ad emendum. Et si ex tunc infra unius mensis spacium domum predictam cum ipsius area voluerimus[1] comparare, predictus Burckardus seu sui heredes prefati remittere nobis debent unam libram denar. Constanciensis monete de precio, quod pro ipsa domo exhibitum fuit vel oblatum. Si autem domum eandem cum ipsius area noluerimus comparare, extunc sepedictus Burckardus vel sui heredes tam descendentes quam collaterales dictam domum cum area vendendi, cui voluerint, monasteriis et ecclesiis, altaribus aliisque beneficiis ecclesiasticis dumtaxat exceptis, sub solucione census predicti nobis annis singulis predictis terminis exolvendi habere debent plenam et liberam potestatem. Vendicione autem domus eiusdem cum ipsius area facta emptori ipsius domus et aree eandem domum cum sua area sub eodem iure, quo eandem concessimus dicto Burckardo suisque heredibus descendentibus et collateralibus, concedere debemus sine cuiusvis obice contradictionis. Et pro observacione tam a nobis quam a nostris successoribus quibuscunque inviolabili omnium premissorum presens instrumentum supradicto Burckardo suisque heredibus prelibatis tradimus et tradidimus sigillorum nostri decani prefati et capituli nostre ecclesie Constanc. robore communitum.

Datum et actum Constancie in choro ecclesie nostre predicte, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, idus Octobris, indicione decima.

Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 71¹/₂, Nr. 52.

---

[1] Vorlage (Abschrift) hat voluerint.

Nr. 105.*

Adelhaid Baderin urkundet, mit ihren Kindern und mit Salmannenhülfe zum Zwecke der Rentbestellung ihr Haus mit Hofstätte in der Amlungsgasse dem Heiliggeistspital und den Armen am Feld (Feldsiechen) zu Handen von deren beiderseitigen Pfleger und Salleute für 24 Pfund Pf. übereignet und dasselbe als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 30 Schilling Pf. zurückverliehen erhalten zu haben.

Konstanz, 1297, Januar 5.

Allen den, die disen gegenwurtigen brief ansehent oder hǒrint lesen, künde ich vro Adelhait diu Baderin, das hernach geschriben stât. || Ich tǔn mängelichem kunt, das ich min hus und die hofstat, da es uf gebuwen ist, das da lit bi der altun batstubun in Amlunges gassun, das aigellichen min was, das ich und miniu kint hus und hofstat ufgâben mit hern Cunrat dem Múnzer und mit hern Johans von Hove, die únser *salman* wâren darúber nah gewonhait der stat ze Kostenze, den pflegern des hailigen gaistes spitale ze Kostenze und ir *sallútin*, hern Cǔnrat dem Slehtin Jǒhelâre und hern Johanse Swârtlin, und den pflegern der armer lútin bi Kostenze an dem velde und ir *sallútin*, hern Ůlrich von Hove und Johansen dem Linden. Und verzehe ich mich daran und miniu kint únser aigenschaft des selben huses und der hofstat in der vorgenanter *sallúte* hant.

Und do wir das vollefürton nah gewonhait der stat ze Kostenze, do lühen úns die selben *sallute* und die pfleger des vorgenanten spitales und der armen luton pfleger an dem velde bi Kostenze an des spitales stat und an der armer lúton stat das selbe hus und die hofstat ze behalten und ze besetzen mit aller *gewer* umb ainen gnanden zins trizich schillinge gnâmer pfenninge Kostenzer munze. Und son wir viunfzehen schillinge gen ze sancte Johans tult des tǒfers und die andern viunfzehen schillinge an dem hailigen abende ze Wihenâhtin âlliu jâre. Und ist, das wir versitzen den zins oder swer das hus und die hofstat het ze aintwederm zile oder ze baiden vierzehen tage, das son wir bessern mit drin schillingin derselben pfenninge. Ist ǒch, das wir oder swer das hus und die hofstat het, den cins oder ain taile des cinses versitzet trú jâre, so sol hus und hofstat ledich sin dem vorgesprochen spitale und den vorgenantin armen lútin. Ez ist ǒch gedinget, das man die vorgenantin trizich schillinge geben sol ane allen schaden. Und wirt von wahte, von stúre oder von dehainen anderen dingin iutzet gelait uf die selben trizech schillinge, das son die gen, die das hus und die hofstat haint in ir gewalte. Tǔnt si des niht, so sont si liden darumb die bǔze, diu uf den zins gesetzet ist, alse davor geschriben stât. So ist ǒch gedinget, das nieman von den vorgenanter armer luten wegen des vor-

genantin spitales und der armer armer lúte wegen an dem velde bi Kostenze mich noch nieman, der das hus und die hofstat hat, sol beswåren mit meren cinse ald mit dehainen anderen dienstin. Und sol ich und min erben vrigen gewalt han ze verchöfen, versetzen únser reht, das wir haben an dem huse und an der hofstat ane alle månliches vrage. Und swem wir es verchöfen oder versetzen, dem son es die pfleger des spitales und öch der vorgenanter armer lúton lihen ane alle widerrede. Und tůnt si des niut, das sol niht schaden den, die es chöfent oder verpfendent, won si sont es han in dem rehte, alse wir es hetton. Ich vergihe öch, das ich enpfangen han von den pflegern des vorgesprochen spitales und öch der armer lúton an dem velde und von hern Cůnrat Appen vierů und zwainzich pfunde pfenninge Kostenzer múnze in köfes wise umb denselben cins.

Das dis wåre si und ståte belibe, so an diesem brief geschrieben ståt, davon so batte ich den amman und den råt von Kostenze, das si dur mine bette der stat insigel ze Kostenze gaben an disen brief ze ainem warem urkunde. Ich Bartholome ze Búrgetor der amman von Kostenze und der råt von derselbun stat kunden an disem brieve. das wir únser stat insigel geben an diesen gegenwurtige brief ze ainem wåren und ze ainem ståtin urkúnde, so hie vor geschriben ståt. Dis geschach, do man zalte von gottes geburte tusenth zwaihundert jåre und in dem sibenden und núnzigostun jåre, an dem zwelftun abende, vor dem vorgenanten huse, da zegegen wårent her Bartholome der amman von Kostenze, her Cůnrat der munser, her Johans der Jöhelåre, Bertolt Schallenberch, Ůlrich der Hårdeler, der Widemer von Wigoltingin, maister des vorgenantin spitales.

Ungedruckt. Or. SPAKZ., II. B. v. Nr. 1626. Stadtsiegel erhalten. Rückvermerk: Umb des Honboges hus, daz nů hat Cůnr. Brůggner [14. Jh.] und daz jetz hat Hans Kemerler [15. Jh.]; Regest: Ruppert, Beiträge III, 36.

Nr. 106.*

Propst Albrecht und das Kapitel von St. Stephan verkaufen für 55 Mark Silber einen dem Stift eigentümlich gehörenden Garten bei der alten Stadtmauer an die Pfleger des Franziskanerklosters und treffen nähere Bestimmungen über die nachbarrechtlichen Verhältnisse der Liegenschaften des Stifts und des Klosters. (Siehe Urk. Nr. 109.)

Konstanz, 1297, März 8.

Pateat universis presentes litteras inspecturis, quod nos Albertus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Sthephani Constantiensis, considerata et pensata evidenti ecclesie nostre predicte utilitate et tractatu sollempni || premisso, qui circa huiusmodi contractus premittendus est et habendus iuxta sacrorum canonum instituta, ortum nostrum annexum et pertinentem curie magistri Waltheri de *Múlnhain* nostri concanonici, situm inter ortum || pertinentum domui quondam Burchardi *Underschophe* senioris, civis Constantiensis, et antiquum murum eius-

ium civitatis, Hugoni dicto *in der Bunde*, Johanni dicto *Kuhe* et Ůlrico dicto *Vogelli*, civibus Constantiensibus, procuratoribus fratrum minorum domus ibidem, nomine Romane ecclesie et dictorum fratrum vendidimus absolutum ab omni census onere et liberum pro quinquaginta quinque marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, proprietatem ac dominium orti predicti in ipsos procuratores nomine sedis prefate ac dictorum fratrum assumptos, nomine et vice ipsius Romane ecclesie ad usum et necessitatem fratrum predictorum et domus eorundem per manus Alberti prepositi nostri et Ůlrici *Spål* cellerarii nostri vice omnium nostrorum et ecclesie nostre iuxta civitatis Constantiensis consuetudinem premisso venditionis titulo rite ac rationabiliter transtulimus et transferimus presentium per tenorem, cum omnibus, ad que vendentes de iure communi tenentur, adhibitisque per nos in eisdem verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Retento tamen nobis seu nostre ecclesie fossato citra murum in ipso orto constructum a fratribus memoratis eo iure, quo ipsum ante venditionem habuimus prelibatam. Hoc adiecto, quod dicti fratres mittendi stillicidia in ipsum fossatum vel cloachas aut alio quovis modo nullam in eodem habeant servitutem per ortum predictum vel ab edificiis in eodem orto per ipsos de cetero construendis. Et quia aqua transiens per fossatum predictum transit canalem subteraneum constructum in orto ipsorum fratrum extra murum antiquum civitatis Constantiensis, constitutum, actum est et condictum hincinde, ut si meatus eiusdem canalis vetustate vel casu alio obstruatur, ne aquorum inundatio per hoc habundans in fossato preiudicet areis nostris, ecclesie nostre seu personarum nobis vel nostre ecclesie pertinentium, ipsi fratres dictum meatum aperire debent et reficere sine nostro, successorum nostrorum et personarum predictarum laboribus et expensis. Ceterum ne per spectacula hincinde construenda aliqua litis in posterum vel odii materia generetur, actum est hincinde et per stipulationem sollempnem vallatum, quod nec dicti fratres in orto predicto per structuras aliquas edificandas spectacula construant in domos et areas nostras, nostre ecclesie vel sepedictarum personarum, nec nos aut alie quecumque persone in domibus vel areis nostris a fine vel principio orti predicti empti per dictos fratres usque ad murum antiquum civitatis Constantiensis aliqua spectacula in ortum prefatum vel limites eiusdem construere vel facere debeamus. Et quia valor orti predicti quoad utilitatem et commodum ipsorum fratrum excedere videbatur quantitatem precii antedicti, prefati gardianus et fratres per magistrum Cunradum Phefferhardum ipsorum in hac parte procuratorem in reconpensam excessus eiusdem particulam vici eis dati a civibus Constant. civitatis in reconpensam aree per cives eosdem communitatis usibus applicate, in cuius possessione dicti fratres longo tempore extiterunt, que quidem particula vici incipit citra murum novum per fratres eosdem constructum in orto premisso et se extendit usque ad domum, quam inhabitat magister Johannes dictus *Phefferhart* concanonicus noster, transtulerunt in nos et nostram ecclesiam eo iure, quo ipsis pertinebat, servata forma debita et consueta. Hoc pacto stipulatione vallato premissis annexo, quod si nos seu aliquem ex nobis vel quemvis alium, cui forte dicta particula a nobis quocumque alienationis titulo fuerit collata, in ipsa edificia aliqua construere vel fundare contigerit, nec canales mittere aut construere in ortum vel aream dictorum fratrum vel supra ortum ante murum antiquum premisse civitatis Constantiensis situm nec quidquam de ipsis domo vel edificiis per fenestras vel per loca alia quecumque mittere, eicere vel proicere in ipsum ortum debemus, fraude et dolo in premissis omnibus et singulis totaliter circumscriptis. Et ne de cetero inter nos . . prepositum et capitulum supradictos ex una et . . gardianum et fratres ordinis minorum

dicte domus Constantiensis ex parte altera quevis possit discensionis occasio suboriri, idem . . gardianus et fratres pro se suoque ordine cesserunt omni iuri, si quid ipsis competiit vel competere potuit in domo, quam magister Johannes *Phefferhart* prelibatus inhabitat, sponte et voluntarie ad manus nostras, et nos vice versa unanimi consensu accedente voluntarie renunciavimus et cessimus omni iuri, si quid nobis vel ecclesie nostre competiit vel competere potuit in domo et orto emptis per procuratores dictorum fratrum a Burchardo dicto *Underschophe* antiquiore de Constantia, contiguis orto superius nominato.

Et ut ea, que premissa sunt, sub robore incommutabili perseverent, tam nos . . prepositus et capitulum predicti quam dicti fratres vicissim et mutuo circa predicta et quodlibet eorundem renunciamus tam pro nobis quam pro nostris successoribus et ecclesiis beneficio restitutionis in integrum tam principaliter quam incidenter, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu etiam impetrandis, defensioni et auxilio non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite et non solute, omnibus constitucionibus et statutis tam editis quam edendis omnique auxilio legum et canonum et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque ullo unquam possent tempore violari. Nos . . gardianus et fratres ordinis minorum fratrum domus Constantiensis recognoscimus, omnia et singula supradicta per nos et de nostro consensu nobisque mandantibus et iubentibus rite fore iniciata et rationabiliter consumata, auctorante et expressam auctoritatem imperciente reverendo patre fratre Bertholdo ministro nostro provinciali, et in evidentiam ac firmitatem incommutabilem huius facti presentibus una cum appensione sigilli eiusdem fratris Bertholdi ministri provincialis appendimus sigilla nostra. Ego frater Bertholdus, minister provincialis ordinis fratrum minorum per Alemaniam, premissis omnibus et singulis consensum meum expressum et auctoritatem benivolam impercior appendens ad firmitatem irrefragabilem eorundem presentibus sigillum meum. Nos etiam Albertus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis supradicti in evidentiam et firmitatem invariabilem singulorum et omnium premissorum per nos rite et rationabiliter ob evidentem utilitatem ecclesie nostre, prout scriptis presentibus recognoscimus, peractorum huic instrumento una cum appensione sigilli reverendi in Christo patris et domini nostri H. dei gratia Constantiensis episcopi appendimus sigilla nostra. Nos magistri Waltherus scolasticus et Cunradus *Phefferhart* canonici ecclesie Constantiensis, gerentes vices venerabilis in Christo patris et domini H. dei gratia Constantiensis episcopi in absentia constituti, considerata vicissim utilitate memoratarum ecclesiarum, sancti Stephani et domus fratrum minorum in Constantia, ad peticionem prepositi et capituli ipsius ecclesie necnon gardiani et fratrum domus premisse presentibus appendimus sigillum episcopale.

Datum et actum Constantie anno domini M°cc°xcvii°, viii° idus Marcii, presentibus testibus infra scriptis: domino Ůlrico de *Bodemen*, magistro Cunrado *Phefferhart*, canonicis ecclesie Constantiensis; magistro Hainrico *Phefferhart;* magistro Hainrico de *Herbozhain;* Burchardo de *Curia;* Frikone dicto de *Roggewil;* Eberhardo dicto de *Crúzelingen;* Hainrico, Johanne et Friderico dictis de *Tetikoven;* Cunrado dicto *Schilter;* Cunrado dicto *Senfeli;* Jacobo de *Roggewil* filio antiqui ministri; Mangoldo de *Merspurg;* Johanne dicto *Crenzeli;* . . pistore dominorum sancti Stephani; Koppone et Cunrado, servis fratrum minorum in Constantia, et aliis quam pluribus fidedignis.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 153. Siegel erhalten, das bischöfliche fehlt jedoch. Regest: Regg. ep. Const. 3024.

Nr. 107.*

Propst Walther und das Kapitel des Chorstifts S. Johann verleihen ein dem Stift heimgefallenes Haus in der Bruggasse an Eberhard Kugelin und Konrad Huter als Erblehen gegen Entrichtung einer einmaligen Kaufsumme von 11½ Pf. Pfennig und gegen einen jährlichen Zins von 6 Sch. Pf. auf Lichtmeß. Vgl. Urk. Nr. 108. Konstanz, 1297, März 12.

In Gottes namen amen. Wir der probst Walther und das capitel des gotzhuses von sancte Johans ze Kostenze tůien kunt allen den, die disen gegenwurtigen brief || ansehent oder hőrint lesen, das wir mit gemainem mût, willen und rât das hus, das Cûnratis des Stieres und Adelhait der Stierinun was und úns von im und || von ir und von allen ir vorderon und von allen den, die desselben huses reht erbe wârent, aigenlichen an úns gevallen was, dasselbe hus und diu hofstat ligent in der gassun, da man gat an die brugge ze Petirshusen, und ligent entswischen maister Hainriches huse von Sole und Cûnratis des Langen webers hus: das haben wir und die hofstat ze kőfen gegeben mit gemainem rât únsers capitels Eberhart Kugelin und Cûnrat dem Hûter von Ravenspurch, den zwain gemainlichen umb zwelfthalp pfunt pfenninge Kostenzer múnze. Und veriehen ŏch an disem brieve, das wir dieselben pfenninge haben bekeret ze nuzze únserm vorgenantin gotzhuse.

Dasselbe hus und die hofstat haben wir inen gegeben in dem rehte, das si und ir kinde und ir erben ze baiden siten und darnah allen den, den sis oder ir erben oder ir nahchomen ze kőfen gent, lihent oder versetzent oder swie si es verkumberen went, also das si und alle ir nahchomen gebunden sint, úns ze genne sehs schillinge pfenninge ze zinse der vorgenantun múnze jârgeliches an unser vrowen abende ze der liehtmis dem keller des vorgenantin kapitels ald dem kapitel von sancte Johans ze Kostenze. Und swenne si oder ir nahchomen den zins gebent, so hant sie das hus und die hofstat verrihtit ze ainem rehtin zinserben das jare. Und ist aber, das si oder ir nahchomen das hus tailen went und die hofstat, das hus ald diu huser, die hofstat oder die hofstette und die lúte, die da inne wandelent, úns gebunden sint ze genne der sehs schillinge alse vil, als es sich in gezihet des vorgenantin zinses.

Wir der vorgenant probst und das kapitel vergehen ŏch an disem brieve, das Eberhart Kugelli und Cûnrat der Hûter und ir erben und alle ir nahchomen das hus und die hofstat oder die hofstette verchőfen

und versetzen mugint, oder swie si es verkumberen went nah ir willen, daran son wir si núz ierren, swa si es biderben liuten gent ane gevårde. Und swenne si oder ir erben und darnach alle ihr nahchomen das hus alde die hofstat oder die hofstette verkŏfent oder versetzent oder swie siu ire ånich werdent, dem son wir der vorgenant probst und das kapitel lihen in allem dem rehte, alse sis und ir erben von úns hânt, alse dicke swer das hus kŏfet, die hofstat oder die hofstette, das die oder der uns gebent ainen halben vierdunch wahses ze rehtim erschatze und niht me, alse dicke so es verkŏfet wirt gar oder an ainem taile, so sol man den erschatze setzen uf die taile, alse es von dem zinse hie geschriben stât. Und son wir der probst und das kapitel im ald inen lihen das hus, die hofstat oder den taile ane gevårde und ane widerrede in demselben rehte, alse es hievor an disem brief geschriben stât, und ŏch also: swenne si, die das hus ald die hofstat oder die hofstette besitzent gar oder an ainem taile, das si des zinses der vorgenanten sehs schillinge gebundent sint ze genne in allem dem rehte, alse es hie vorgeschriben stât, also, ob si den zins niht gent an únser vrowen abende ze der liehtmes, alse da vorgeschriben stat, das man siu âne ladon und âne manon sol und mag mit rehte ze banne tůn.

Das dise kŏf beschâhe ane alle gevårde und mit rehtin triwen und das er ewechliche veste belibe, davon so henken wir der probst und das kapitel des vorgenantin gotzhuses von sant Johanne únseriu insigel an disen gegenwurtigen brief ze ainem urkúnde der rehtun wârehait. Dis beschach an sancte Gregorien tage in des probstes hove von sancte Johanne, in dem jare, do man zalte von gottes gebúrte tusenth jâre, zwaihundert jâre, núnzich jare und in dem sibenden jâre.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ Nr. 1927. Siegel beschädigt. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 10.

Nr. 108.*

Der Offizial vidimirt den Leihebrief des Stifts S. Johann für Eberhard Kugelin und Konrad Huter vom 12. März gleichen Jahres und beurkundet weiter die Erklärung der Beliehenen, daß sie für ihre etwaige Zinsfälligkeit den Kirchenbann über sich ergehen lassen wollen. Vgl. Nr. 107.

Konstanz, 1297, April 5.

Wir der hofrichter von Kostenze kunden allen, die disen brief sehent oder hôrent, de wir den brief, der hienah geschriben stat, han gelesen und geschen von worte ze worte unversert und unvervelscht, | besigelt under des probstes und des capitels von sant Johans von Kostenze ingesigel, und stat also:

[Inserirt ist die Urkunde von 1297, März 12: «In gottes namen amen. Wir der probst Walther . . . . . und in dem sibenden jâre.» Siehe Nr. 107.]

do du zal indictio stůnt in dem zehenden jare.

Hienach kamen vur uns die taile ze baiden siten und offenten und urkundoten disen kŏf und gelobten beidenthalb stet ze habende, swe davor geschriben stat.

Und bunden sich öch der vorgenante Eberhard und Chůnrat vor uns vor gerichte vur sich und vur ir erbon und nachomen und erkanden sich, de si den vorgenanten cyns von dem hus und der hofstat unverschaidenlich, als davor geret ist, geben und weren sun iergelihs dem gotzhus von sant Johanse, ald man si von unserm gerihte ze banne tu ane laden und ane manon, swen si den cyns versizzent. Und de si diz alles stet haben ze beiden siten, so baten si unsers hofs ingesigel an disen brief henken.

Wir der official dur baider tail bette willen hiessen unsers hofs ingesigel henken an disen brief zaym offennen urkunde. Diz geschach an unserm gerihte ze Kostenze in dem vorgenanten jare an dem fritage vor dem palmetage, do du zal indictio stůnt in dem zehenden jare, als davor geschriben ist.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ Nr. 2275. Siegel fehlt. Mit dem Rückvermerk: Von der Herberg im Schaff genant [16 Jh.]. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 10.

Nr. 109.*

Das Chorstift S. Stephan quittiert den Pflegern des Franziskanerklosters über den Empfang des Kaufpreises von 55 Mark Silber für den vom Stift S. Stephan dem Franziskanerkloster unterm 8. März gleichen Jahres (siehe Urk. Nr. 106) verkauften Garten. Konstanz, 1297, April 26.

Nos Albertus prepositus, Symon plebanus, Ůlricus dictus *Spůl* cellerarius totumque cappitulum | ecclesie sancti Stephani in Constantia recognoscimus et profitemur presentium per tenorem, quinquaginta quinque marcas || argenti puri et legalis ponderis Constantiensis a procuratoribus fratrum minorum domus Constantiensis pro orto seu fundo ecclesie nostre, sito inter ortum quondam Burchardi *Underschophe* senioris et antiquum murum civitatis eiusdem, rite ac rationabiliter ipsis procuratoribus nomine Romane ecclesie vendito et ipsorum fratrum aree applicato nos recepisse et in evidentem utilitatem nostre ecclesie convertisse, pronunciantes eisdem presentibus Jacobum dictum de *Roggewil*, filium quondam Ůlrici ministri, debitorem eiusdem pecunie principalem, necnon procuratores eosdem ac fideiussores et prefatos fratres minores a solutione ipsius pecunie seu argenti penitus absolutos.

In cuius recognitionis et protestationis testimonium presentes litteras prelibatis fratribus tradidimus sigillorum nostrorum prepositi, capituli et plebani predictorum munimine roboratas. Datum Constantie anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sexto kalendas Maii.

Ungedruckt. Or. StAKZ Nr. 441. Siegel erhalten. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 11 (mit falschem Datum).

Nr. 110.*

Propst Albrecht von S. Stephan, Domscholaster Walther und Leutpriester Symon von S. Stephan entscheiden als Schiedsrichter einen Rechtsstreit zwischen dem Kapitel des Stifts S. Stephan und dem Konstanzer Bürger Ulrich Übli über die Erblehenspflichten des von dem letzteren besessenen Hauses auf den Platten dahin, daß das Stift von dem Haus einen jährlichen Zins von 5 Schill. Pf. zu beziehen, wogegen der Besitzer des Hauses die öffentlichen Abgaben für das Haus zu entrichten habe.

Konstanz, 1297, Dezember 17.

Alberhtus prepositus ecclesie sancti Stephani Constantiensis, magister Waltherus scolasticus ecclesie Constantiensis necnon Symon

plebanus ecclesie sancti Stephani memorate omnibus presentium inspectoribus subscriptorum notitiam ac orationes in domino sempiternas. Ne modernorum gesta possint a posteris aliqualiter impungnari, utile est, ipsa instrumentis publicis perhennari.

Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum inter discretos viros capitulum ecclesie sancti Stephani supradicte ac Ůlricum dictum *Úbli* civem Constantiensem eiusque heredes questio verteretur super domo et area sita in civitate predicta in contrata, qui wlgariter *uff den Blaton* dicitur, contigua ab una parte domui Ůlrici prelibati, ab alia vero parte Hainrici dicti *Zimbermans*, contingente a parte anteriori contratam memoratam, a parte vero posteriori contratam que wlgariter *dz Gåsseli* dicitur, qua questione diu ventilata dicte partes, servata forma debita et consweta, ad parcendum laboribus et expensis nos in arbitros, arbitratores seu conpositores amicabiles elegerunt, promittentes per stipulationem solenpnem ac per fidem interpositam nomine sacramenti, ratum et gratum habere et non contravenire de jure vel de facto, quidquid per nos concorditer in dicta questione diffinitum, ordinatum fuerit sive dictum. Quo arbitrio in nos suscepto concorditer diffinivimus et presentibus diffinimus, ut omni actione cessante expensis et interesse, quas dictum capitulum a prefato cive petebat, dicta domus vel area apud predictum Ůlricum eiusque heredes ac successores quoscunque debeat permanere, et quod civis predictus eiusque heredes et successores quicunque, ad quos dicta domus vel area fuerit devoluta, predicte ecclesie sancti Stephani singulis annis sine diminutione qualibet de dicta domo vel area viginti quinque solidos den. monete Constantiensis persolvere teneantur in ieiuniis quatuor temporum, sic videlicet quod quolibet ieiuniorum quatuor temporum dictus civis eiusque heredes seu successor vel successores quicunque, quem vel quos dictas domum et aream tenere seu possidere contingerit, sex solidos et tres denarios monete predicte sine diminutione qualibet singulis annis dicte ecclesie persolvere teneantur. Ita, quod census predictus nullo casu, sive domus predicta incendio vel alio quocunque modo devastata fuerit in toto vel in parte, nec occasione refectionis cuiuslibet, nec inpetitione stiúrarum seu exactione quorumlibet, quocunque nomine nuncunpentur, diminui debeat, sed esse[1] periculum incendii, refectionis, stiúrarum et quarumlibet exactionum seu casuum quorumlibet expressorum et non expressorum ad detentorem seu possessorem vel detentores seu possessores dicte domus debeat pertinere, ita quod dictus census integraliter et sine diminutione qualibet dicte ecclesie singulis annis

[1] So die Vorlage (Kopie des 15. Jhs.). Es muß wohl etiam im Or. gestanden haben. Esse giebt keinen Sinn.

in dictis terminis persolvatur, prout superius est premissum. Quod arbitrium a nobis sic prolatum dicte partes receperunt ac etiam approbaverunt.

Et ne predicta vel aliquid ipsorum possint aliqualiter infirmari, nos dictis partibus, renuntiantibus pro se et suis successoribus quibuscumque exceptioni doli mali, restitutioni in integrum, litteris a sede apostolica inpetratis seu inpetrandis et omnibus aliis exceptionibus et auxilio, per quas vel per quod expressa superius vel aliquod ipsorum infirmari possent, presens instrumentum fieri fecimus sigillis reverendi patris ac domini H. dei gratia Constantiensis episcopi et curie Constantiensis communitum. Nos vero magister Waltherus scolasticus et officialis curie Constantiensis nec non magister Conradus dictus *Phefferhart* canonicus ecclesie Constantiensis, vices gerentes reverendi patris ac domini H. dei gratia Constantiensis episcopi agentis in remotis, in evidentiam omnium premissorum ad petitionem partium premissarum dicta sigilla presenti instrumento duximus appendenda. Acta sunt hec Constantie in curia domini prepositi antedicti presentibus honor. domino Conrado preposito Episcopaliscelle; Wernhero de *Rûtershoven* sacerdote; Hainrico dicto *Schilter*, Hainrico dicto *Strit* civibus Constantiensibus; Conrado dicto *Schûlmaister*, Egelolfo familie[2] dicti domini prepositi Episcopaliscelle; Hainrico de *Überlingen* dicto Vogt et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, XVI kal. Januarii, indictione undecima.

Or. verloren. Abschrift: GLA. Coph. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 75½, mit der Bemerkung sæc. XV.: «***Instrumentum de domo et area dicti Úbli, sita uff den Blaton, quam nunc tenet dictus Múnch, der zenmacher, et vocatur ze dem wilden Man***». ***Regest fehlt bei*** *Regg. ep. Const.*

Nr. 111.*

Probst Albrecht und das Kapitel von S. Stephan kaufen von den Brüdern Konrad und Bruno von Reute ein Haus in der Stadelhofergasse für 5 Pfund Pf., erwerben das Eigentum des Hauses vom Salmann des Verkäufers zu Handen des Stiftskellers und verleihen es dem einen Verkäufer Bruno, mit einem Zinse von jährlich 7 Schilling Pf. belastet, als Erblehen zurück.

Konstanz, 1298, Februar 23.

Albertus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam ac oratio||nes in domino sempiternas.

Noverint universi, quos nosce fuerit oportúnum, quod cum Cûnradus et Bruno fratres, filii quondam Ůlrici || dicti de *Rúti*, domum

[2] Hieß im Or. wohl famulo.

suam cum edificiis et area et omnibus pertinenciis eiusdem, sitam in contrata, que vulgaliter *Stadelhovergasse* dicitur, inter domum dicti *Hůnolt* et Cůnradi dicti *Gunzharthusen*, nobis seu nostre ecclesie iusto empcionis seu vendicionis titulo vendidissent pro quinque libris denariorum monete Constantiensis, dictamque domum et aream cum omnibus suis pertinenciis nobis seu nostre ecclesie tradidissent ac pro se et omnibus suis heredibus unacum Cůnrado dicto *Joheler* cive Constantiensi, qui ipsorum *salman* fuerat secundum consuetudinem civitatis Constantiensis, in manibus cellerarii ecclesie nostre recipientis, nomine nostro seu nostre ecclesie renunciassent omni iuri, quod eis vel eorum heredibus in dicta domo, area seu pertinenciis universis conpetiit vel conpettere potuit, servata forma debita et consueta, dictamque domum cum omnibus suis pertinenciis possederimus nomine nostre ecclesie conpetenti tempore paciffice [!] et quiete: nos de conmuni consensu, tractatu debito procedente, prefatam domum et aream cum omnibus suis pertinenciis prefato Brunoni in feodum concessimus censuale, ita videlicet, quod nobis seu nostre ecclesie idem Bruno predictus eiusque successor seu successores quicumque, quos dictam domum vel aream tenere vel possidere contigerit, in futurum septem solidos den. monete Constantiensis, tres videlicet solidos et sex den. in festo beati Thome apostoli, tres vero [solidos] [1] et sex denarios in festo beati Johannis Baptiste annis singulis sine diminicione [!] persolvere teneatur in tantum, ut nullus casus utpote dicte domus devastacio in toto vel in parte, seu stúrarum inposicio seu alterius exaccionis cuiuslibet vel alius casus quicunque expressus vel non expressus solucionem dicti census diminuere debeat, sed omne periculum refectionis in toto vel in parte, stúrarum inposicio seu alterius exaccionis cuiuslibet, sive ipsi domui vel censui inposite fuerint, et quodlibet aliud periculum expressum vel non expressum ad dictum Brunonem vel eius successores quoscumque debeat pertinere. Potest etiam idem Bruno memoratam domum cum suis pertinenciis transferre quolibet titulo in quamlibet privatam personam, ita tamen, quod persona, in quam translata fuerit, de dicta domo per manum nostri cellerarii debeat investiri, soluto eidem uno quartali vini terre nomine erarii, quod *ertschaz* vulgaliter nominatur, salva nobis solucione dicti census annis singulis facienda nobis seu nostre ecclesie sine diminicione qualibet, ut premissum est, terminis prenotatis.

Et in evidenciam premissorum presens instrumentum dicto Brunoni fieri fecimus sigillo nostri capituli communitum. Acta sunt hec

---

[1] Fehlt im Or.

Constantie presentibus Walthero, scolastico ecclesie Constantiensis, Hermanno et Walthero fratribus eius et aliis quam pluribus fidedignis, anno domini M°.CC°. nonagesimo octavo, septimo kalendas Marcii, indictione X^a. Nos . . officialis curie Constantiensis ad petitionem instantem predictorum fratrum tenorem prescripti instrumenti registari fecimus de verbo ad verbum, ut premissum est, et tradidimus memoratis . . preposito et capitulo, in evidenciam omnium premissorum sigillo Constantiensis curie communitum. Datum et actum ut supra, die prenotata.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel vorhanden.

Nr. 112.*

Der Konstanzer Bürger Heinrich Schilter verkauft dem Propste Konrad von S. Johann eine Rente von 5 Schill. Pf. von einem Hause in der Amelungsgasse. Der Rentkäufer bestimmt die Rente zu einer im Münster zu feiernden Jahrzeit des verstorbenen Domherrn Heinrich von Villingen. Der Rentverkäufer anerkennt das Recht der Domkirche auf Bezug des Zinses gegenüber dem Domdekan und Propst Konrad von S. Johann als Vertretern der Domkirche.

Konstanz, 1299, Oktober 28.

R. decanus ecclesie Constanc. necnon . . officialis Constant. curie omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Constitutus in nostra presencia Hainricus || dictus *Schilter* civis Constanc. vendidit rite et legitime redditus perpetuos quinque solidorum den. Constanc. monete honorabili viro Cůnrado preposito ecclesie sancti Johannis Constanc. ementi || eosdem redditus pro remedio anime quondam magistri Hainrici de *Vilingen* canonici Constanc., dandos in perpetuum annis singulis in festo purificacionis beate virginis de domo et area estuarii antiqui siti in civitate Constanc. in fine vici, qui *Amelungsgasse* vulgariter appellatur, . . procuratori seu dispensatori camere capituli Constanc. in die anniversarii ipsius quondam magistri H. sub hac forma, ut cum eisdem quinque solidis denar. panes emantur et distribuantur tam scolaribus pauperibus chorum Constanc. frequentantibus quam aliis pro remedio anime sue in perpetuum die predicto, pro quibus redditibus idem C. prepositus dicto Hainrico dedit et tradidit quatuor libras denar. Constanc. conversas in structurum estuarii predicti, prout idem Hainricus in nostra presencia recognovit. Transtulit eciam ipse Hainricus redditus prefatos in nos R. decanum et C. prepositum antedictos nomine et vice ecclesie Constanc. convertendos perpetuo in usus prefatos, adhibitis in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

Et in evidenciam premissorum presentibus ad peticionem Hainricii dicti *Schilter* memorati appendimus sigilla nostra. Datum et actum

in sacristia ecclesie Constanc. anno domini M°cc°xc°ix°, in die beatorum Symonis et Jude apostolorum, indiccione tercia decima.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V. Spec. 239. Siegel erhalten. Abschrift Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 65.

Nr. 113.*

Ein zwischen C. Windloch, Bürger von Konstanz, und seiner Tochter Katherina beim Offizial anhängiger Rechtsstreit über die mütterliche bezw. eheweibliche Verlassenschaft, bestehend in einem Hause auf den Platten und in Fahrhabe, wird von dem Leutpriester Symon von S. Stephan, dem Domherrn Walther von Neunkirch und dem Konstanzer Bürger H. Marner als erwählten Schiedsleuten durch Schiedsspruch dahin entschieden, daß der Vater an die Tochter 40 Mark zu zahlen habe, wogegen die Tochter auf alle ihre Rechte an dem Nachlaß verzichten solle. Die Tochter verzichtet, bezüglich des Hauses mit Zustimmung der Salleute des Hauses.

[Konstanz], um 1300.[1]

Officialis curie Constantiensis . . . Ut gesta modernorum apud posteros in dubium nullatenus deducantur, expedit, ea literarum serie perennari. Noverint tam posteri . . ., quod cum . . . Katerina, filia C. dicti *Windeloch*, uxor legitima Symonis dicti *Finerlin*, civium Constantiensium, de consensu dicti sui mariti prefatum eius patrem traxerit in causam super domo sita in civitate Constantiensi in contrata, que vulgariter dicitur *uf den Blatten*, inter domum H. dicti *Kranzeli* et Ůl. dicti *Ubli* civium Constantiensium et orto sito retro s. Paulum feodali[2] sub censu annuo sancti Stephani Constantiensis et bonis mobilibus, in quibus dicta Katerina se asserit, sue matri Mähthúldi successisse: questione sive questionibus coram nobis in iudicium deductis et nondum per sententiam terminatis, eedem partes[3] volentes parcere laboribus et expensis in nostra[4] presentia[5] viros discretos Symonem

[1] Zur Datierung der undatiert in einem nach S. Petersburg verschlagenen Konstanzer Formelbuch überlieferten Urkunde bieten die vorkommenden Namen hinreichende Stütze. Pleban Symon von S. Stephan ist in den Regg. ep. Const. und a. a. O. sehr häufig belegt. Die Erwähnungen in den Regg. ep. Const. liegen zwischen 1285, Mai 9 (Nr. 2627) und 1303, Juni 27 (Nr. 3332). Ulricus Ubli begegnet in den Ratslisten 1284, Nov. 7 und 1293, Jan. 7; Johannes Augspurger zwischen 1291, April 17 und 1300, März 25 öfters, Konrad in der Bünd zwischen 1299, Juli 25 und 1331 o. T. Ein Johannes dictus Crenzeli wird in den Ratslisten z. J. 1297, März 8 erwähnt. Der Vergleich der Erwähnungen Ulrich Ublis, des Plebanus Symon und des Johannes Augspurger einerseits mit den Angaben über Konrad in der Bünd anderseits drängt dahin, die Urkunde auf die Wende des 13/14. Jhs. anzusetzen.

Die Kenntnis dieser und der folgenden Urkunde verdanke ich einer gütigen Mitteilung des Herrn Privatdozenten Dr. Al. Cartellieri in Heidelberg.

[2] Vorlage hat feodalem.

[3] Vorlage: partem.

[4] Vorl.: nostram.

[5] Vorl.: presentiam.

plebanum ecclesie Constantiensis sancti Stephani, Waltherum de Nunkilch kanonicum ecclesie Const.[6] ibidem et H. dictum *Marner* civem Const. in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores in dictis questionibus seu[!] articulis quibuscumque, qui possunt elici et trahi ex questionibus prenotatis, [7]. . . arbitratum, determinatum fuerat sive dictum.

Quod arbitrium prefate persone in se voluntarie suscipientes, arbitrati fuerunt seu amicabiliter decreverunt: Predictus C. predicte Katerine eius filie ac Symoni marito suo predicto dare et assignare debet 40 marcas puri et legalis ponderis Const. et quod prefata Katerina cum consensu dicti sui mariti et discretorum virorum Johannis dicti *Ougspurg[er]* et C. dicti *in der Bünde salmannorum* dicte domus in omnibus questionibus premissis et articulis ex ipsis questionibus procedentibus renuntiare debet simpliciter in totum [et][8] cedere omni iuri, quod sibi in dicta domo, orto et rebus mobilibus competiit vel potuit competere prenotatis. Quo arbitrio prolato memorate partes dictum arbitrium approbaverunt et etiam receperunt et inpleneverunt [!] omnia premissa, sicut postea in nostra presentia in figura iudicii confessi sunt et in presentia testium subscriptorum. Predicta vero Katerina confessa est coram nobis, dictam pecuniam una cum eius marito predicto in usus proprios fore versam.

Testes autem sunt hii: H. etc. Et in evidentiam premissorum predictis partibus presentem litteram nostro sigillo fieri fecimus communitam.

Or. verloren. Gekürzte Abschrift: Formulare dictaminis et instrumentorum. Kaiserl. Bibliothek St. Petersburg (Eremitage Nr. 26). Blatt 40b und 41a.

Nr. 114.*

Der Arzt und Chorherr von Bischofszell, magister C., veräußert sein Haus in der Bruggasse zu Konstanz mit Salmannenhülfe sowie seine Bibliothek an die Konstanzer Bürger Johann Augsburger und dessen gleichnamigen Sohn unter Nießbrauchsvorbehalt gegen eine jährliche Leibrente von 12 Pfund Pf. [Konstanz], um 1300.[1]

Officialis curie Const. omnibus presentium inspectoribus subscriptorum[2] notitiam cum salute. Constitutis in nostra presentia dilectis in

[6] Vorl.: Statt des sinnlosen Const. ist hier S. Johannis zu lesen. Ein Walther von Nünkilch erscheint als Chorherr von S. Johann 1316, Juni 28. GLA. V, Spec. 107.

[7] Die Vorlage ist hier sehr verstümmelt. Es scheinen mehrere Zeilen der ursprünglich vorliegenden Originalurkunde übersprungen zu sein, des Inhalts, daß darin das fehlende Prädikat elegerunt oder ähnlich — nimmt man vocaverunt an, dann kann das in nostram presentiam stehen bleiben — und das vermutlich eidliche Geding enthalten war, sich dem Schiedsspruch zu unterwerfen. Es sollte der Streit so beigelegt sein, sicut arbitratum determinatum fuerat sive dictum.

[8] Fehlt in der Vorlage.

[1] Wegen der Datierung vgl. das zu Nr. 113 Note 1 Gesagte.

[2] Vorl.: subscriptoribus.

Christo magistro C. phisico, canonico Episcopaliscelle, Johanne dicto *Ogspurger*[3] ac Johanne eius filio civibus Const., prefatus magister C. libere ac spontanea voluntate tradidit et donavit civibus predictis domum suam sitam in civitate Const. in contrata (vel in vico), qua (vel quo) itur ad pontem Reni, quam contingit (vel continget) ab uno latere domus tali viri etc., ab altero vero domus talis etc., ac universos libros suos in quibuscumque voluminibus per ius sui magnis[4] et de quacumque scientia conscriptos, salvo sibi usufructu[5] dictorum domus et librorum, quem prefatus magister sibi retinuit, promittens predictis civibus, ut dicta domo taliter utatur et fruatur, ut in proprietate dicte domus ac librorum substantia nullum eis vel eorum heredibus preiudicium generetur; renuntians in nostri presentia in manibus predictorum civium, pro se et suis heredibus recipientibus, omni iuri, quod sibi competiit vel conpetere potuit, accedente consensu discreti viri C. dicti *in der Búnde salmanno* dicte domus, ac in libris predictis, salvo sibi domus et librorum predictorum, ut premittitur, usufructu.

Qua donatione vel traditione et renuntiatione factis et completis, prefati cives promiserunt predicto magistro C. per sollempnem stipulationem et per fidem interpositam nomine sacramenti pro se suisque heredibus, ut prefato magistro C. pensionem XII libr. den. monete Const. annis singulis integraliter et sine diminutione qualibet persolvere debeant infra terminis scriptis, videlicet in quolibet ieiunio quatuor temporum III libr. den. monete superius prenotate. Et ne dictus magister C. solutionis pensionis predicte certis terminis, ut premittitur, persolvende possit aliqualiter defraudari, prefati cives pro se et suis heredibus has penas in se voluntarie susceperunt: ut si in solutione dicte pensionis in aliquo predictorum terminorum negligentes fuerint vel remissi, monitione XIV dierum premissa a nobis excommunicari debeant, exceptione et defensione qualibet non obstante. Et si dicti cives vel eorum heredes dictam excommunicationis sententiam per mensem integrum sustinuerint animo indurato, prefati cives vel eorum heredes ab omni iure dicte domus et librorum, quod ipsis ex dicta traditione, donatione seu renuntiatione competiit vel competere potuit, debent cadere ipso facto, ita quod proprietas domus et librorum predictorum ad dictum magistrum C. revertantur nec ulla debet actio competere dictis civibus vel eorum heredibus contra predictum magistrum C. supra pecunia, cuiuscumque fuerit quantitatis, que ipsi nomine pensionis a predictis civibus fuerit persoluta.

---

[3] Vorl.: Egsburger.

[4] Die Stelle ist ganz verderbt.

[5] Vorl.: usus fructus.

Que omnia coram nobis ut premisimus . . . [Formelhafter Schluß].[6]

Or. verloren. Gekürzte Abschrift: Formulare dictanimis et instrumentorum. Kaiserl. Bibliothek St. Petersburg (Eremitage Nr. 26). Blatt 26^b und 27^a.

Nr. 115.*

Vor dem Offizial verkauft Johann Rogwiller B. v. K. an Frau Adelheit Spul sein Haus zum Tanz auf Lebenszeit der Käuferin für 35 Pfund Pfennig. Die Käuferin verpflichtet sich, die auf dem Hause lastende Rente von jährlich 30 Schilling an die Erben Rudolfs Auf dem Hofe als die Bezugsberechtigten zu entrichten und dem Verkäufer jährlich 2 Pfennig als Anerkenntnis seines Anfalles des verkauften Hauses nach dem Tode der Käuferin zu bezahlen.

Konstanz, 1300, Februar 27.

Der Official von Costenze tůt ain wares urkúnde der dinge, so an disem briefe gescriben stant, allen den, die disen selben brief lesent oder hörint lesen. Sit mäntschelichú gehúgde dikke zerganch lich ist, davon so ist gewonlich, das man mit gelöpsamen briefen dú ding usrihte, dú lanchwirich wesen mugint. Darumbe so wissint alle, die nu sint oder nach uns koment, das vor uns an offeme || gerihte ainhalp gewesen ist Johans der Rogwiller, burger ze Costenze, unde anderhalp vro Adelhait Spůlin, unde veriahint des baidenthalp ainmůtlich mit besintem můte, das sú mit ganzer vorbetrahtunge unde mit gůtem rate ir besten vrúnde úberainkomen wårint gar unde gånzelich aller der dinge, so an disem briefe gescriben stant. Des ersten veriach derselbe Johans unde vergiht an diesem briefe, das er von der vorgenemten vro Adelhait enphangen habe mit rehter zal drissich phunde und fúnf phunt gůter phenninge Costenzer múntze unde hat die in sinen nutz bekärt unde bewent, da er ir bedorft. Er hat och veriehin unde vergiht an disem briefe, das er umbe dieselben phenninge reht und redelich der vorgenemten vro Adelhait ze kŏffenne habe geben sin hus, das da lit ze Costenze, dem man sprichet ze dem Tanze, unde lit entswischent des hus von Liebenvels ainhalp unde anderhalp des huse, das da der kinde ist Růdolfes såligen uf dem Hofe. Dirre kŏf ist also beschehen, das dúselbe vro Adelhait hus unde hofstat mit allem reht han sol, die wile si lebt, ze allen gewonlichen nútzen, si welle selbe darinne sin oder andern lúten lihen, unde ob si ir leben anderti ze kloster oder ze ainem elichen manne, so sol åht allewege das hus unde dú hofstat, die wile unde si lebt, ir sin lådeklich unde frilich ze allen gewonlichen nútzen. Es sol och der vorgenemte Johans unde alle sin erben des reht wern sin vro Adelhait an

---

[6] Die Weglassung desselben ist durch die mir zur Verfügung gestellte Abschrift der Formel, die Herr Kollege Cartellieri genommen, bedingt.

allen gerihten, sú sien gaistlich oder weltlich, ân allen ir schaden, darzû hat er sich unde alle sine êrben gebunden mit gûten trúwen. Dú vorgenemte vro Adelhait hat och veriehin unde vergiht an disem briefe, das si den cins jårlich verrihten sol gar unde gânzelich, der von demselben huse unde hofstat gat. Des cins sint jårlich drissich schillinge Costenzer múnze, der git man fúnfzehen schillinge ze Winnâht unde die andern fúnfzehen schillinge ze sant Johans tult ze Súngihten, unde sont werden Rûdolfes såligen êrben uf dem Hofe von Costenze. Si sol jårlich dem vorgenanten Johans oder sinen êrben, swanne er enwåre, ze sant Martins tult zewene phenninge Costenzer gen ze ainem urkúnde, swanne si niht ist, das das vorgenemte hûs unde hofstat nach ir tôde wider vallen sol mit allem reht an dem vorgenemten Johans unde an sin erben. Wår aber, das si oder die von ir wegen in demselben huse behusent wårint, die vorgenemten zewene phenninge niht gebin, damitte sol si doch enkain ir reht verlorn han an dem vorgenemten huse unde hofstat. Si vergiht och, swanne si niht ist, das danne dasselbe hus unde hofstat sol wesen des vorgenemten Johans unde siner erben ân alle widerrede. Wår och das vorgenemte hûs, davor got sie, abbrunne oder nidergehowen wurde von brunst wegen oder von kainer anderre sache wêgen, so sol Johans der vorgescriben oder sin erben, ob er niht enist, inrent jares frist das hus ze widerbuwenne zehen phunt Costenzer gen unde vro Adelhait och zehen phunt. Swa aber Johans oder sin erben inrent jaresfrist des niht tâtint, so sol der vorgenemte Johans oder sin erben, ob er enist, den vorgescribenne cins rihten unde gen alle die wile, untz dú selben zehen phunt niht geriht sint, unde sol dúselbe vro Adelhait die hofstat unde den kelr niessen unde han frilich und fridelich ân alle widerrede, untz dieselben zehen phunt geriht werdent.

Dis ist geschehen vor uns unde gelobt ståte ze henne mit allen den worten unde mit allen den getâten, die von reht oder von gewonhait darzû hôrint. Unde ze ainer sicherhait unde ganzer gezúchnúst alles des, so davor gescriben stat, durch baider tâil bêt, so gebint wir der vorgenemte official disen brief besigelt mit unserm offenne insigel. Wir Bartholome ze Búrchtor amman unde gemainlich der rât ze Costenze veriehint an disem briefe, das vor uns gewesen sint Johans der Rogwille, burger ze Costenze, unde vro Adelhait Spûlin und hant veriâzot, unde ze vollefûren unde ze ståte ze henne mit ganzen trúwen alles, das davor an disem briefe gescriben stat. Unde durch ir baider bêt willen ze ainer sicherhait unde ze ainem waren urkúnde derselben dinge, so davor gescriben stat, so henkent wir och unser stat insigel an disen brief. Ich der vorgenemte Johans der Rogwille

vergihe alles, des da vorgescriben stat an disem briefe, unde henke och daruber min insigel an disen selben brief. Hie bi warent herre Albreht von Casteln, korherre ze Costenze, herre Ülrich Spül, maister Walther der Klocher, korherren ze sant Steffan ze Costenze, Jacob von Rogwille, Bertolt Schallenberg, burger ze Costenze; unde ander èrber lúte genûge. Dirre brief wart geben ze Costenze, do man zalt von gottes gebúrte drúzehenhundert jar, darnach an dem nähstem gûtem tage vor unserre vröwen tult der liehtmis.

*Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ Nr. 1928. Siegel des Officials erhalten, Siegel der Stadt beschädigt, Siegel des Johann von Roggwil fehlt. Regest: **Marmor**, Urkk.-Ausz. 13.*

Nr. 115a.*

Bischof Heinrich II. verleiht mit Einwilligung des Dompropstes und des Domkapitels an Propst Konrad von S. Johann dessen bisherige bischöfliche Lehen: einen Hof und alle Zehnten zu Liggeringen, alle Besitzungen in und bei Güttingen sowie bei Ammerschwil, endlich ein Haus bei der Rheinbrücke zu Konstanz für einen Gesamtpreis von 30 Mark Silber als frei veräußerliche Zinseigengüter. Den gezahlten Preis verwendet der Bischof zur Einlösung zweier Pfandschaften des Bistums.

Konstanz, 1300, Juni 7.

Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum notitiam cum salute. Ut ea, que pro evidentibus ecclesiarum utilitatibus rite et rationabiliter consumantur, sub stabilitate incommutabili perseverent, scripturarum indiciis perpetue et incommutabili debent memorie commendari. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos, tractatu sollempni prehabito et premisso, qui circa rerum ecclesiasticarum dispositiones habendus est et premittendus iuxta sacrorum canonum instituta, et deliberatione cum nostro capitulo prehabita diligenti, de censensu expresso honor. in Christo Conradi prepositi totiusque nostri capituli, receptis ab honorabili viro Conrado preposito ecclesie sancti Johannis Constant. triginta marcis argenti puri et legalis ponderis Const. nobis per ipsum traditis et datis ac per nos conversis in absolutionem advocatie et reddituum possessionum in *Stetten* prope *Merspurg,* quam et quos Conradus de *Menlishoven* miles a bone memorie Rûdolfo dei gratia quondam nostro predecessore titulo pignoris pro viginti marcis argenti puri et legalis ponderis predicti habuit et possedit, necnon in absolutionem decime minute apud *Merspurg* per nos cum pecunia residua videlicet decem marcis argenti ab Arnoldo dicto *Yttensun*, cive in *Merspurg*, et Ůlrico de *Urendorff*, qui eandem et proventus eiusdem titulo pignoris habuerunt et possiderunt, libertate totaliter et absolute nomine et vice ecclesie nostre Const. curiam et decimas totales in *Lúggaringen* tam maiores quam minores, quas a nobis nomine et vice ecclesie nostre Constant. in feodum habuit et possedit, et que ab eadem et nostris predecessoribus ab antiquo in feodum habebantur; necnon possessiones suas omnes et singulas, quocumque nomine censeantur, in villa et iuxta villam *Gúttingen* sitas, et possessiones suas apud *Amelgeswile* sitas cum redditibus earundem ac cum ipsarum pertinentiis et appendiciis ac iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis, ac domum suam sitam [iuxta] pontem Reni Constant., contiguam domui magistri Conradi de *Úberlingen* phisici, quas a nobis et ab ecclesia nostra Const. similiter in feodem

habuit et possedit et que ab eadem et a nostris predecessoribus ab antiquo in feodum habebantur, eidem Conrado preposito suisque heredibus utriusque sexus pro censu annuo videlicet una libra cere in festo| beati Martini nostro nostrorumque successorum, quicumque pro tempore fuerint, vice episcopatus Constant. camerario annis singulis in perpetuum persolvenda iure hereditario in perpetuum concessimus; in ipsumque et heredes suos utriusque sexus transtulimus rite ac legittime et cum sollempnitate debita concedimus et transferimus per presentes sub hac forma, ut idem Conradus prepositus, quamdiu vixerit, sanus vel egrotus aut in extremis constitutus suique heredes aut successores utriusque sexus omnesque alii et singuli, ad quos ab eo vel a suis heredibus utriusque sexus curia, decime, possessiones et domus supradicte coniunctim vel divisim cum ipsarum pertinentiis quibuscunque quovis modo aut titulo devolventur, potestatem plenam habeant, nullo ad nos vel ad nostros successores quoscunque seu ad ecclesiam nostram Constant. respectu habito, curiam, decimas, possessiones et domum supradictas cum ipsarum pertinentiis et appendiciis quibuscunque in personas, quascunque maluerint, ecclesias, monasteria seu loca, quecunque voluerint, transferendi quovis titulo seu modo, coniunctim seu divisim aut separatim, in toto vel in parte sub onere proportionaliter census prefati, quodque curia, decime, possessiones et domus supradicte cum ipsarum pertinentiis universis ad heredes utriusque sexus ipsius Conradi prepositi et ad omnes et singulos alios, in quos ipse vel sui heredes easdem in toto vel in parte transtulerint titulo quocumque sine nostra nostrorumque successorum quorumcumque concessione, nobisque et nostris successoribus quibuscunque irrequisitis transeant ipso iure seu ipso facto sine cuiusvis obice contradictionis.

Et ut ea, que premissa sunt, nullo umquam tempore violentur, nos Hainricus dei gratia episcopus, Conradus prepositus totumque capitulum ecclesie Constant. tam pro nobis quam pro nostris successoribus et realiter pro nostra ecclesia Constant. renunciamus circa eadem et quodlibet eorundem beneficio restitutionis in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu etiam impetrandis, defensioni et auxilio non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate peccunie, non tradite et non solute, auxilio deceptionis ultra dimidii [!] iusti precii, omnibusque constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, omni suffragio legum et canonum et generaliter omni remedio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque ullo umquam possent tempore violari. Adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. In evidentiam itaque singulorum et omnium premissorum ipsorumque perpetuam et incommutabilem firmitatem presentibus unacum appensione sigilli nostri capituli appendimus sigillum nostrum. Nos Conradus prepositus totumque capitulum ecclesie Constant. omnibus et singulis supradictis pro evidenti utilitate ecclesie nostre Constant., prout scriptis presentibus recognoscimus, de consensu nostro expresso rite et rationabiliter consumatis assensum nostrum expressum et auctoritatem benivolam impertimur, appendentes ad fidem incommutabilum eorundem una cum appensione sigilli vener. in Christo patris et domini nostri Hainrici dei gratia Constant. episcopi predicti presentibus sigillum nostrum. Datum et actum Constantie, anno domini M°ccc°, VII idus Junii, indictione tercia decima.

Ungedruckt. Or. fehlt. Gleichzeitige Or.-Copie des Officials GLA. [Siehe Regg. ep. Const. Nr. 3178, z. Zt. nicht auffindbar.] Abschrift GLA. Copb. 500 (alte Nr. 314), f. 249. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 3178.

Nr. 116.*

Abt Konrad und der Konvent des Klosters Kreuzlingen setzen sich durch Schiedsspruch mit Ite, Witwe des Walther Sachs, in betreff der Ansprüche auseinander, welche das Kloster an den Nachlaß ihres verstorbenen Ehemanns stellte. Die Witwe behält ein Haus in Stadelhofen als Leibgeding, ebenso einen Garten, den sie bisher als Lehen des Klosters hatte, und belastet denselben mit Renten zu Jahrzeitzwecken.

Kreuzlingen, 1300, Juni 10.

Allen den, die disen | gegenwúrtigen brief sehent alder hörent lesen, kúnden wir Cunrat von gottes verhengde abbet und aller der convente des gotzhuses ze Crúzelingen, daz ällu du ansprāch und alle der krieg, so wir gen vron Itun, Waltherz des Sahsen säligen wirtinne umb den tail von dem vorgenanten ir wirte säligem nutz uf disen hútigen tac, alz dierre brief geben wart, hetton ald si gen únz, ez wär umb höptuch, darumbe wir si ansprachen, ald umb den nutz uf den äkkern ald in dem wingarten, da si reht zu wände han, ald swaz anderz gûtes geoffnot ald gezaigot wart, von den êrebären lúten hern Lútolt únserm prior und hern Hainr., der únserz gotzhusez schriber waz, lieplich und gûtlich berihtet und geschaiden ist, alz hie nach geschriben stat. Dú vorgenante vröwe sol dú höptüch âne allen tail han. Si sol öch den nutz uf anderhalber iuchart akkerz, die underunt dem grozen staine in dem êsche ligent, und uf anderm gûte, daz er von únserm gotzhuse niht hette, ane allen tail han. Si sol öch den nutz der bönon, die ir wirt säligе uf dez gotzhusez akker säte, halben nemen und wir den andern tail. Do wart geschaiden, daz wir und daz gotzhus allen den nutz, der uf den äkkern, die dem vorgenanten gotzhuse von des vorgenanten Sahsen säligen tote ledig wurden ald geben wurden, und in dem wingarten nemen son ganzelich ane allen tail. Ez sol öch dú vorgenante vro Ite daz huz ze Stadelhoven ze rehtem lipgedinge von únz han, und swenne si enist, so sol ez dem gotzhuse ledig sin mit allem rehte.

Ich dú vorgenante vro Îte vergihe des an disem briefe, daz ich den garten bi Schorrenbrunnen, den ich von dem gotzhuse hette ze rehtem lehen iärgelich umb vier schillinge phenninge Costentzer múnze ze zinse, ûf gap an des vorgenanten minz herren hant des abbetes an des gotzhusez stat und han in wider enphangen von im ze lipgedinge alz öch daz huz umb den vorgenanten zins. Darzû sol ich iärgelich von demselben garten geben drie schillinge phenninge Costentzer múnze an der nähstun mitchun nach ûzgänter phingestwochun dem vorgenanten convente zainem dîenste und ze ainem iargezite durch Ůlrichez säligen minz êrren wirtes sele willen, und son öch die herren von Crúzelingen sin iargezit desselben tages êweclich began. Und swenne ich enbin, so sol derselbe garte dem gotzhuse ledig sin. Und son dannanhin aber den herron und dem convente von Crúzelingen vîer schillinge gan zu den êrren drin schillingen ab demselben garten êweclich und son die herren denne ällú jar min iärgezit êweclich began, alz ez gevallet. Desselben gedinges und der satzunge veriehen och wir der vorgenant abbet und der convente an disem briefe. Darzu vergihe ich dú vorgenant Îte und binde mich darzû willeclich, näme ich dehainen êlichen man ane minz herren des vorgenanten abbetes und des conventes willen und rat, so sol daz huz und der garte und swaz ich von dem gotzhuse ze lehen han, ledig sin demselben gotzhuse mit allem rehte. Ez ist öch geschaiden, daz dú gúlte, dú nu núlich funden ist ald noch funden wirt, gemain sin sol und daz wir si gemainlich ain anderen sölen helfen gewinnen ane gevärde.

Und daz daz wâr si und stäte belibe, darumbe geben wir die vorgenanten abbet Cunr. und der convente únserú insigel an disen brief zainem waren urkúnde

alles des, so vorgeschriben stat. Dierre brief wart geben ze Crúzelingen in dem iare, do man zalte von gottes gebúrte drúzehenhundert iâre, an dem nähsten fritage nach uzgânter phingestwochun, indictione XIII[a].

Vidimirte Copie des Konstanzer Officials vom 22. Juli 1300. Thurg. Kantonsarchiv Frauenfeld. Regest: Regg. Kreuzlingen Nr. 122.

Nr. 116a.*[1]

Propst Burkhard und der Konvent des Klosters Marchthal verzichten gegenüber Bischof Heinrich II. auf alle Rechte, die dem Kloster an der S. Maria-Magdalenenkapelle auf der Konstanzer Rheinbrücke und an dem benachbarten Hause, in welchem Bischof Heinrich ein Spital gründen will, bisher zustanden, wogegen Bischof Heinrich und das Domkapitel dem Kloster die Bezahlung der jährlichen 6 Pfund Heller erlassen, die von diesem bisher für den Kaplan der Magdalenenkapelle entrichtet wurden. Vgl. Nr. 73.

Konstanz, 1300, Juli 20.

Omnibus in Christo fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Burchar. prepositus totusque conventus monasterii de Martello, ordinis Premonstratensis Constant. diocesis, orationes in domino sempiternas cum notitia subscriptorum. Quia plerumque gesta hominum ex diuturno processu temporis surrepit oblivio, ex labilitate humane memorie ortum trahens, expedit, eadem indiciis instrumentorum publicis suffulciri. Hinc est, quod ad notitiam omnium et singulorum cupimus pervenire, quod nos deliberato consilio, voluntate expressa, non coacta sed spontanea voluntate, omni iuri, quod nobis et nostro monasterio hucusque competiit et competere potuit in capella beate Marie Magdalene, sita super pontem Rheni civitatis Constant. et domo contigua eidem capelle ad manus venerabilis in Christo patris ac domini Hainrici, dei gratia Constantiensis episcopi, recipientis renunciationem dictarum capelle et domus factam per nos nomine capituli ecclesie Constant. ac renunciationem predicte domus nomine hospitalis, quod prefatus dominus episcopus in eadem domo intendit construere et edificare, renunciavimus et tenore presentium renunciamus pro nobis nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus ac nostro monasterio antedicto. Adhibitis per nos verborum ac gestuum in omnibus et singulis supradictis sollemnitatibus debitis et consuetis, que in huiusmodi renunciatione de lege vel canone fieri consueverunt. Remiserunt insuper prefatus dominus episcopus et capitulum ecclesie Constantiensis predictum nomine sue ecclesie prelibate ac suorum, quicunque pro tempore fuerint, successorum ob nostram renunciationem predictam nobis ac nostro monasterio prelibato ac nostris, qui pro tempore fuerint, successoribus redditus sex librarum denariorum Hallensium per nos ac nostrum monasterium prefatum dandorum et assignandorum sacerdoti officianti dictam capellam officiis in divinis.

In cuius facti evidentiam et roboris firmitatem sigilla nostri videlicet prepositi et conventus predictorum unacum appensione sigillorum predictorum domini episcopi et capituli ecclesie Constant. duximus appendenda. Nos vero Hainricus, dei gratia Constant. episcopus, et capitulum prelibati omnia et singula prenotata recognoscimus esse vera et eisdem nostrum consensum liberum accessisse, nostra sigilla presentibus

---

[1] Ich hatte diese Urkunde zunächst nach dem Regest bei Ruppert, Beiträge III, 90 eingestellt, dessen falsches Datum ihr Nr. 145 zuwies. Die Urkunde ist jetzt chronologisch am rechten Platze, mußte aber die Nr. 116a wegen der Citate im Salmannenrecht erhalten.

appendentes in evidentiam eorundem. Datum Constantie, anno domini M°CCC°., XIII. kalen. Augusti.

Ungedruckt. Or. GLA. V, Spec. 219. Ohne Siegel. Abschrift. STAKZ W III 8,8, Registraturbuch des kleinen Spitals, f. 6. Regest: Regg. ep. Const. 3185. Ruppert, Beiträge, III 90 (mit falschem Datum).

Nr. 116b.*[1]

Die Ritter Dietegen und Walther von Kastel, Gebrüder, verkaufen an Bischof Heinrich II. namens des von dem letzteren zu gründenden Spitales, ev. namens der Konstanzer Kirche den Zehnten von allen außerhalb der Stadtmauern gelegenen Gärten, die dem Schottenabte zinspflichtig sind, sowie von andern den Verkäufern und ihrem Vater seit alters zehentbaren Gärten, Lehen des Bistums, im ganzen 16 Pfund 10 Schilling Zehnten, bestätigen den Empfang von 30 Mark Silber als Abschlagszahlung auf den Kaufpreis und geben ihre Lehenrechte dem Bischof auf.

Konstanz, 1300, August 18.

Omnibus presentes litteras inspecturis Dietegeno et Waltherus[2] de Castello fratres milites subscriptorum notitiam cum salute. Ad universorum et singulorum notitiam desideramus harum serie pervenire, quod nos venerabili in Christo patri ac domino nostro Hainrico dei gratia Constantiensi episcopo, nomine et vice hospitalis per eum dotandi et construendi in ponte Rheni Constantiensi, seu nomine ecclesie sue Constantiensis, si forte redditus infrascriptos sibi per nos venditos usibus hospitalis predicti noluerit[3] applicare, — pretextu cuius[4] hospitalis ad emptionem processit principaliter redditum predictorum — rite et legitime vendidimus omnes decimas seu redditus decimarum ortorum omnium sitorum extra muros Constantienses, censualium abbati Scotorum extra muros eosdem et suo monasterio, necnon aliorum ortorum nobis et quondam patri nostro decimalium ab antiquo redditibus unius libre estimatis, ad sedecim libras et decem solidos denar. monete Constantiensis, sibique decimas et redditus predictos, quos ab eo nomine ecclesie sue Constantiensis in feudum habuimus, resignavimus pro nobis nostrisque successoribus cum solempnitatibus[5] debitis et consuetis. Et in solutionem pecunie nobis debite pro dictis decimis et redditibus, salva nobis computatione residui et etiam solutione, recepimus a predicto domino nostro episcopo triginta marcas argenti puri et legalis ponderis Constantiensis.

In evidentiam itaque premissorum has literas prefato domino nostro episcopo tradimus sigilli honorabilis domini Diethelmi, divina permissione abbatis monasterii de Petridomo[6] extra muros Constantienses, nostri fratris carnalis robore communitas, cum penes nos non habuerimus propria sigilla. Nos Diethelmus, divina permissione abbas monasterii de Petridomo[6] predicti, ad petitionem fratrum nostrorum predictorum in evidentiam et firmitatem premissorum presentibus appendimus sigillum

---

[1] Vgl. Note 1 der vorigen Urkunde.
[2] Vorlage hat Walthero.
[3] Vorlage hat noluit.
[4] Vorlage hat eius.
[5] Vorlage hat sollempnitate.
[6] Vorlage hat Petredomo.

nostrum. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo, quinto decimo kalendas Septembris, indictione tertia decima.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift StAKZ, W III 8,8. Registraturbuch des kleinen Spitals, f. 7. Regest: Regg. ep. Const. 3192; Ruppert, Beiträge III, 90 (mit falschem Datum).

Nr. 117.*

Dompropst Konrad verkauft ein der S. Jakobskapelle seines Klaustralhofes zugehöriges Haus in der Webergasse, mit Zustimmung des Domdekans R. als des aus Legat des Verkäufers an dieser Kurie Anwartschaftsberechtigten, an den Priester Ulrich Ratgeb, Kaplan der S. Katharinenkapelle beim Münster. Der Käufer verpflichtet sich, als Kaufpreis eine jährliche Rente von 1 Pfund Pfennig, zahlbar an den berechtigten Pfründinhaber der S. Jakobskapelle, von einer Liegenschaft zu erwerben und verpfändet für diese Schuld das gekaufte Haus mit Hofstätte sowie sein ganzes Vermögen. Das Domkapitel stimmt zu.

Konstanz, 1301, Mai 9.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis capitulum ecclesie Constantiensis subscriptorum notitiam cum sincera in domino caritate. Notum facimus universis, quod nos litteras infrascriptas in nulla sui parte suspectas vidimus et de verbo ad verbum coram nobis legi fecimus, quarum tenor dinoscitur esse talis:

Omnibus presentium inspectoribus Conradus prepositus ecclesie Constantiensis salutem et fidem subscriptis adhibere. Notum facimus universis, quod nos domum quondam dicti *Zwierer* sitam in vico dicto *Webergasse*, contiguam ex uno latere domui domine dicte de *Ossingen* et ab alio latere domui Hainrici dicti *Sulger*, capelle sancti Jacobi curie nostre claustralis site in civitate Constantiensi proprietatis titulo pertinentem, de consilio et consensu hon. domini R. decani Constantiensis, cui dictam curiam legavimus, discreto viro domino Ůlrico dicto *Ratgeben*, sacerdoti capellano capelle sancte Katherine in Constantia, intendentes dicte capelle sancti Jacobi conditionem facere meliorem, presertim cum dicta domus propter ipsius consumptionem et antiquitatem quasi imminetur ruinam, vendidimus sub forma subscripta; videlicet quod idem Ůlricus dicte capelle sancte Jacobi provideat de una libra reddituum den. monete Constantiensis in festo nativitatis beate Marie virginis singulis annis ab eo, cuius interest, nomine dicte capelle perpetuo recipiendos possessionibus, in quibus dicte curie dominus dictos redditus decreverit acceptandos. Et pro dictorum reddituum provisione idem Ůlricus in dicta domo, area seu fundo dicte domus ac in omnibus aliis rebus suis mobilibus et immobilibus habitis et habendis dicte capelle in figura iudicii coram hon. officiali curie Constantiensis expressam constituit ypothecam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum unacum sigillis hon. dominorum decani et capituli predictorum presentibus sunt appensa. Nos officialis curie Constantiensis ad petitionem dictorum dominorum prepositi, decani, Ůlrici sacerdotis predicti sigillum curie nostre presentibus duximus appendendum. Datum Constantie anno domini millesimo trecentesimo primo, feria quarta post dominicam qua cantatur Invocavit proxima, indictione XIIII[a].

Nos igitur capitulum Constantiensis ecclesie supradictum dictam venditionem dicte domus, prout in dicto instrumento continetur, dicte capelle sancti Jacobi et ecclesie Constantiensis considerantes fore utilem, ipsam expresso consensu et unanimi approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus, appendentes nostrum sigillum presentibus in evidentiam incommutabilem premissorum. Datum VII. idus Maii, anno domini et indictione supradictis.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift: GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 134; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 135; Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 60½ Nr. 40.

Nr. 118.*

Propst Albrecht und das Kapitel des Stifts S. Stephan verleihen ein Haus am Fischmarkt, welches das Stift S. Stephan seinem Chorherrn Ulrich Spul verkauft und das jener mit großen Kosten nach einem Brande wieder aufgebaut und mit einer Rente von 3 Schilling zugunsten des Stifts wiederum belastet hatte, nach Aufgabe des Hauses seitens des Chorherrn an Adelhaid von Wil als Zinseigen, mit dem genannten Zinse belastet.

Konstanz, 1301, Mai 11.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Albertus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis subscriptorum notitiam cum salute. Cum dilectus in Christo || Ůlricus dictus *Spůl* noster concanonicus domum sitam in foro piscium ex opposito domus honor. in Christo prepositi ecclesie sancti Johannis Constantiensis a nobis rite et legitime || comparaverit pro certa pecunie quantitate nobis per ipsum tradita et data ac in evidentem ecclesie nostre utilitatem legitime conversa, prout scriptis presentibus recognoscimus et publice confitemur, et eandem domum ignis voragine funditus destructam ex materia lapidum et lignorum non sine gravibus sumptibus et laboribus reedificaverit et repararit, ac eidam pro remedio anime sue censum trium solidorum dumtaxat dandorum nobis annis singulis de eadem in die beati Benedicti, ut idem festum in perpetuum cum pleno celebretur officio decreverit imponendum: nos ad petitionem eiusdem Ůlrici nostri concanonici, recepta resignatione eiusdem domus ab eodem et totius iuris sibi competentis in eadem ad manus nostras sollempniter facta, domum eandem cum suis pertinentiis universis Adelhaidi de *Wil* in perpetuum concessimus et concedimus per presentes iure censuali et hereditario, videlicet sub onere census predicti ab ipsa Adelhaidi perpetuo possidendam et in personas, quascunque maluerit, sub eodem census onere transferendam, quocumque translationis seu alienationis titulo sibi visum fuerit expedire, nobis etiam et nostris successoribus irrequisitis, adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. In evidentiam itaque singulorum et omnium premissorum presentes litteras prefate Adelhaidi dedimus et concessimus sigillorum nostrorum robore communitas.

Datum et actum Constantie anno domini M°CCC° primo, quinto idus Maii, indictione quartadecima.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerk: Capitulo S. Stephani cedunt III sol. den. de domo zum Schilt. Littere domum beneficii S. Margarethe denotantes zu der Grotten, olim zum guldinen Schilt nuncupatam [16. Jh.].

Nr. 118a.

Propst Konrad und das Kapitel von S. Johann verleihen die von dem Chorherrn Ulrich vom Berg bewohnte Kurie, für welche dieser kostspielige Bauaufwendungen gemacht hat, auf Ableben des genannten Chorherrn seiner Mutter und Schwester auf Lebenszeit zum Genusse, wofür Ulrich vom Berg und die genannten Frauen dem Stift S. Johann Besitzungen und Eigenleute zu Tägerweilen schenken und sich dieselben gegen jährlich 2 Fastnachthühner als Leibgeding zurückübertragen lassen.

Konstanz, 1301, Mai 12.

Omnibus presentes litteras inspecturis Cůnradus prepositus totumque capitulum sancti Johannis Constant. subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que pro ecclesiarum utilitatibus rite ac rationabiliter peraguntur, sub sta||bilitate incommutabili perseverent, expedit, eadem tenaci et irrefragabili memorie litterarum serie commendari. Noverint itaque universi tam posteri quam presentes, quod nos deliberatione prehabita diligenti et tractatu sollempni || prehabito et premisso, qui circa ecclesiastica negocia premittendus est et habendus iuxta sacrorum canonum instituta, curiam annexam prebende Ůlrici de *Berge* nostri concanonici, quam idem inhabitat, quamque quondam Berchtoldus de *Wildenvels*, ecclesie nostre canonicus habuit et possedit nomine ipsius ecclesie et prebende sue, quam in eadem possedit, cuius prebende condicionem idem Ůlricus per impensas factas in edificia ipsius curie expensis sumptuosis et per recuperationem vinee dicte *ze dem Stain* site prope *Goltbach* suis factam laboribus et expensis longe fecit meliorem, si ipsum Ůlricum cedere vel decedere continget, Mächthildi matri sue et Margarete sorori ipsius Ůlrici locamus et concedimus possidendam et habendam ab eisdem vel ab altera earundem, si una ipsarum premorietur, irrefragabiliter et incommutabiliter dumtaxat pro tempore sue vite, ita quod eisdem ambabus decedentibus vel ingredientibus religionem dicta curia ad statum pristinum revertatur et cedat ac sit applicata in perpetuum ipso facto prebende Ůlrici memorati sine cuiusvis obice impedimenti. Hoc adiecto, quod si contingat ipsam curiam per mortem vel cessionem ipsius Ůlrici ad matrem et sororem ipsius predictas vel ad earum alteram per modum predictum devolvi, nulli tabernario vel laico recipienti hospites aut alii persone honestate vite et morum non utenti locetur vel aliquatenus concedatur, alioquin ipsa concessione non obstante ipsa curia ad usus prebende Ülrici predicti, quam habet in ecclesia nostra sancti Johannis Constant., redire debet, nisi ipsa concessio vel locatio infra quatuordecim dierum spacium cum effectu fuerit revocata. In reconpensam vero eorum, que sunt premissa, ut in ipsis evidenter utilitas ecclesie nostre sancti Johannis prefate perpendatur evidentius procurata, idem Ůlricus, mater et soror sua predicti omnes et singulas possessiones ac vineas, quas habent et possident apud *Tågerwile* ipsis iure proprietatis pertinentes cum Burchardo et Adelhaidi earundem possessionum colonis ipsis iure consimili pertinentibus tradiderunt cum sollempnitate debita et consueta nobis memoratis preposito et capitulo ecclesie sancti Johannis Constant. et in nos libere transtulerunt ita, quod in perpetuum cedant et applicentur ipso facto communibus usibus nostris. Retento sibi usufructu memoratarum possessionum et vinee ac colonorum earundem dumtaxat pro tempore sue vite ita, quod usufructus ipse nullatenus extinguatur, quamdiu una predictarum trium personarum superstes fuerit, sed tunc demum, cum easdem tres personas simul, quod absit, vel successive continget decedere quovis casu. Et ut ecclesia nostra sancti Johannis Constant. predicta ex nunc possessione gaudeat quoad directum dominium supradictarum vinearum et possessionum ac colonorum earun-

dem, translata possessione dictarum possessionum et vinee ac colonorum earum in nos supradictum . . prepositum ecclesie sancti Johannis Constant. nomine et vice capituli ecclesie nostre memorate, idem Ůlricus, . . mater et . . soror eiusdem prescripti receperunt easdem de nostris manibus nomine et vice ecclesie nostre sancti Johannis Constant. possidendas et habendas pro annuo censu videlicet duorum pullorum carnisprivialium nobis preposito et nostris successoribus per eos dandorum annis singulis dumtaxat, ut est premissum, pro tempore sue vite. Idem etiam Ůlricus, . . mater et . . soror eius de nostro consensu expresso statuerunt irrefragabiliter quatuor anniversaria, videlicet quondam Marquardi patris ipsius Ůlrici, sui ipsius, . . matris et sororis eiusdem Ůlrici prefatarum in ecclesia nostra sancti Johannis Constant. predicta post decessum eorundem vel cuiusvis ex eisdem et exnunc quondam Marquardi patris ipsius Ůlr. singulis annis more solito in perpetuum celebrari cum vigilia et candela dimidie libre cere, prout fundatorum celebrari anniversaria consueverunt, de proventibus possessionum et vinearum predictarum, ita quod pro quolibet anniversario singillatim quatuor solidi et unus solidus pro candela denariorum Constant., ut est premissum, canonicis presentibus, prout consuetum est fieri, distribuantur, reliquis proventibus predictarum possessionum et vinearum usibus nostris videlicet prepositi et capituli communibus in perpetuum applicandis. Adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Volentes insuper, ut tenor instrumenti presentis, quemadmodum fit circa statuta ecclesie nostri sancti Johannis Constant., observandus a canonicis in eadem recipiendis, quamdiu in suo debet robore perseverare, valletur vinculo iuramenti et hoc inviolabiliter observetur, quousque persone predicte vel una ex eis superstes fuerit, ut superius est premissum. Hoc adiecto, ut onus pecunie et cere dandarum de ipsa curia ecclesie nostri sancti Johannis Constant., ut premittitur, persone predicte subeant et quelibet earundem.

Et ut ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque nullo unquam tempore violentur, renuntiamus circa ipsa et quodlibet eorundem tam pro nobis quam pro nostris successoribus et ecclesia nostra sancti Johannis Constant. beneficio restitucionis in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu etiam impetrandis, deffensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, omni auxilio legum et canonum et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcunque ullo unquam possent tempore violari. Appendentes in evidenciam et fidem incommutabilem eorundem una cum appensione sigilli vener. in Christo patris et domini nostri Hainrici dei gratia Constant. episcopi et ipsius Ůlrici nostri concanonici presentibus sigilla nostra. Nos Hainricus dei gratia Constant. episcopus premissis omnibus et singulis coram nobis rite et rationabiliter peractis et etiam consumatis, prout de verbo ad verbum superius sunt expressa, consensum nostrum et auctoritatem scriptis presentibus impertimur, ipsaque approbamus et ratificamus ac presentis scripti patrocinio communimus, appendentes ad peticionem memoratorum prepositi et capituli ac ipsius Ůlrici de *Berge*, . . matris et sororis eiusdem in evidentiam et firmitatem inviolabilem premissorum presentibus sigillum nostrum. Ego etiam Ůlricus de *Berge* supradictus recognoscens, omnia et singula supradicta per me, Mächthildim matrem et Margaretam sororem meas rite et racionabiliter fore peracta, in evidenciam eorundem appendi presentibus sigillum meum. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo tricentesimo primo, IIII^to idus Maii, indiccione quartadecima.

*Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 940. Siegel erhalten. Regest: **Regg. ep. Const.**, Nr. 3219.*

Nr. 119.*

Der Domscholaster mag. Walther und der Domherr Konrad, Propst zu S. Johann, bekunden als Generalvikare des abwesenden Bischofs Heinrich II., daß Johannes, Abt des Schottenklosters außerhalb der Stadtmauern, in Gegenwart von Amman und Rath von Konstanz vor ihnen anerkannt hat, daß die Wiese hinter dem Garten Konrads in der Bünde und hinter den benachbarten Gärten, wo die Fischer ihre Netze trocknen, nebst dem Weg, der bei dem hölzernen Thor vor der S. Jakobskirche beginnt und sich von der Umfassungsmauer der genannten Kirche und des Schottenklosters bis hinunter an den Rhein ausdehnt, der Stadt gehöre und daß er auf Verlangen des Rates jederzeit das angebrachte Thor und die Umfassungsmauer, sofern sie den Weg behindern sollten, zurückverlegen werde.

Konstanz, 1301, Juli 8.

Nos magistri Waltherus scolasticus et Cůnr. prepositus ecclesiarum maioris et sancti Johannis Constant. canonici, gerentes vices || vener. in Christo patris ac domini H. dei gratia Constantiensis episcopi in absentia constituti, notum facimus universis presentes litteras || inspecturis, quod honor. in Christo Johannes divina permissione abbas monasterii Scotorum extra muros Constant., in nostri presentia constitutus, presentibus discretis viris ministro et consulibus civitatis Const. recognovit in iure, pratum situm retro ortum Cůnradi *in der Bünde* ac retro ortos eidem contiguos, in quo quidem prato piscatores consueverunt sua retia exsiccare, necnon viam incipientem a porta lignea ante ecclesiam sancti Jacobi iuxta septa ipsius ecclesie et claustri sui et protendentem se inferius usque ad Renum per directum infra sepem orti novi siti ex opposito ipsius ecclesie et infra muros ipsius ecclesie pertinere communitati et universitati seu reipublice civitatis Constantiensis. Promittens pro se et successoribus suis coram nobis bona fide, stipulatione sollempni subsecuta, quod quandocumque requisitus fuerit per consules aut cives civitatis Const., portam et parietem, quatenus occupant ipsam viam, removebit sine qualibet difficultate, alioquin consules ac cives ipsius civitatis idipsum facere possunt auctoritate sua, nec per hoc dicto abbati suisque successoribus aut suo monasterio vel ecclesie sue aliquam iniuriam irrogabunt.

In evidentiam itaque recognitionis sue premisse et eorum, que suprascripta sunt, presentibus ad petitionem abbatis memorati sigillum episcopale, quo utimur, una cum sigillo dicti abbatis duximus appendendum. Nos divina permissione abbas monasterii supradicti, recognoscentes, omnia et singula supradicta per nos pro nobis nostrisque successoribus et pro nostro monasterio rite et rationabiliter fore peracta, in evidentiam ac firmitatem incommutabilem eorundem presentibus appendimus sigillum nostrum. Datum in monasterio nostro predicto anno domini M°CCC°primo, VIII idus Julii, indictione quartadecima.

*Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ Nr. 620. Siegel erhalten. Rückvermerk: Instrumentum civium Constant. super porta Schotorum exteriori et via seu vico, qui se tendit ab eadem porta ad Renum ac super aliis etc. [14 Jh. 1. Hälfte]. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz., 13; **Regg. ep. Const.** 3226 (ungenau).*

Nr. 120.*

Der Domherr Berthold von Litzelstetten verkauft seine zwei Häuser am Fischmarkt, Vorderhaus und Hinterhaus, samt den dazu gehörigen Hofstätten unter Ausschluß des dem Vorderhaus gegenüberliegenden Gartens, für 100 Mark Silber an den Konstanzer Vogt Ritter Albrecht von Klingenberg. Der Kauf wird erst nach dem Tode des Domherrn ausgeführt, der Käufer verpflichtet sich, bei Lebzeiten des Domherrn diesen in der nutznießlichen Verfügung über die verkauften Liegenschaften nicht zu hindern. Da die Hofstätten Wachszinslehen des Bischofs sind, verpflichtet sich der Käufer für sich und seine Erben, von der Zeit seines Eintritts in den Genuß der Kaufobjekte den Wachszins zu entrichten. Konstanz, 1301, September 12.

Omnibus presentes litteras inspecturis Albertus de *Clingenberg* miles, advocatus Constantiensis, subscriptorum || noticiam cum salute. Ut ea, que geruntur in tempore, firmitatis robur validius assequantur, scripturarum || indiciis tenaci et incommutabili debent memorie commendari.

Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod cum ego datis centum marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis viro discreto . . . magistro Bertoldo de *Lutzlenstetten*, canonico ecclesie Constantiensis, domum suam anteriorem et domum suam novam posteriorem cum areis et fundis eisdem domibus pertinentibus muro et lignis circumdatis pro me meisque heredibus assequendas et possidendas dumtaxat post mortem magistri Bertoldi predicti rite et legitime compararim, orto sito ex oposito domus anterioris, contiguo domui Ebernandi pictoris ab una parte et ab alia parte domui Růdolfi Supra Curia ac in aliis suis lateribus viam publicam contingente specialiter excepto, in quo et in cuius area ac fundo michi meisque heredibus nichil iuris omnino competere scriptis presentibus recognosco, ne dictus magister Bertoldus per me meosque heredes aut per alios quoscunque me meisve heredibus mandantibus vel ratum habentibus in domibus predictis areis et fundis vel in possessione vel inhabitacione eorundem aut locacione personis quibuscumque facienda dumtaxat pro tempore sue vite molestetur vel aliquatenus perturbetur, scriptis presentibus me meosque heredes et successores eidem magistro Bertoldo per stipulacionem sollempnem obligo irrefragabili vinculo obligacionis coram venerabili patre ac domino nostro dei gratia Constantiensi episcopo tamquam ordinario et in figura iudicii, quod ipsum magistrum Bertoldum in possessione domorum et arearum ac fundorum predictorum aut personas quascunque in ipsis de sua consensu habitantes nullatenus inquietabo, molestabo vel eciam perturbabo nec hoc mandabo fieri vel etiam procurabo aut facere volentibus vel facientibus dabo consilium, auxilium seu favorem nec etiam impendam huic facto aliquatenus

ratihabicionem, astringens ad observacionem singulorum et omnium premissorum per stipulationem legitimam meos heredes, quicunque pro tempore fuerint, dolo et fraude quibuslibet circumscriptis. Ceterum, ut dictus magister Bertoldus uberiori gaudeat securitate pro tempore sue vite, obligo me meosque heredes, qui pro tempore fuerint, stipulacione sollempni subsecuta, ad amissionem ipso facto dictarum centum marcharum argenti et tocius iuris michi et ipsis heredibus competentibus in domibus areis et fundis prefatis eisdem argento et iure ipsi magistro Bertoldo applicandis ipso facto; ita videlicet, quod ipse domus et aree necnon fundus predictus sepedicto magistro Ber. remaneant eodem iure et in statu pristino, sicut antequam predictus contractus fuerat inchoatus, si per me aut per ipsos vel per alios, me aut ipsis procurantibus seu mandantibus vel ratum habentibus, idem magister Bertoldus vel persone de suo consensu inhabitantes domos et areas ac fundos predictos seu hii, quibus easdem in toto vel in parte locaverit, violenter expulsi fuerint de possessione seu inhabitacione earundem, vel si contra voluntatem ipsius magistri Ber. domus seu areas aut fundos predictos in toto vel in parte inhabitando occupaverimus ego vel ipsi, quandocunque de premissis duobus articulis vel ipsorum altero manifeste constare potest. Et si contingat, predictum magistrum Bertoldum viam universe carnis ingredi, ex tunc in rebus mobilibus ac suppellectilibus, vasis seu tabulis in domibus predictis repertis ac relictis, eisdem domibus per iuncturam et clavos non affixis, ego vel mei heredes nullatenus debemus ipsius magistri Bertoldi heredes vel eos, quibus res predictas suppellectilia, tabulas aut vasa in toto vel in parte donaverit vel legaverit, inpedire vel eciam molestare, cum michi meisque heredibus, prout presentibus recognosoo, nichil iuris competat in eisdem. Et ut omnis via michi meisque heredibus molestandi eundem magistrum Bertoldum in domibus, areis et fundis predictis vel personas de suo consensu inhabitantes easdem vel eosdem totaliter precludatur, nichil omnino ego vel mei heredes contra voluntatem ipsius magistri Bertoldi eo vivente debemus facere aut disponere in eisdem domibus, areis et fundis seu in parte aliqua earundem, et ad hoc me meosque heredes per stipulacionem legitimam astringo per presentes. Denique cum prefatus magister Bertoldus areas et fundos predictos necnon domum inferiorem predictam cum superedificatis in areis et fundis eisdem tenuerit et possederit pro censu annuo videlicet unius libre cere ab ecclesia Constantiensi sub certa forma, ego pro me meisque heredibus presentibus recognosco et me ipsosque per stipulacionem legitimam obligo per presentes, quod dicto magistro Bertoldo viam. universe carnis ingrediente, ego meique heredes areas et fundos predic-

tos cum superedificatis et superedificandis eisdem ac domum lapideam posteriorem possidere debemus et tenere a venerabili patre ac domino dei gratia Constantiensi episcopo suisque successoribus et ab ecclesia sua Constantiensi eo iure, quod wlgariter dicitur *zinslehen*, perpetuo sub annuo censu unius libre cere camere ipsius domini episcopi, quicumque pro tempore fuerit, in festo purificationis beate virginis perpetuo persolvendo. Hoc adiecto, quod si ego vel mei heredes aut hii, in quos a me vel a meis heredibus dicte domus et aree ac fundi quovis titulo devolventur, predictas domum et areas ac ipsos fundos cum superedificatis et superedificandis eisdem vendere voluerimus, extunc episcopo Constantiensi, quicumque pro tempore fuerit, vel capitulo ecclesie sue Constantiensis debemus emendas et emendos pre omnibus exhibere. Et si episcopus Constantiensis, qui pro tempore fuerit, vel capitulum ecclesie sue Constantiensis tantundem precii dare voluerint michi vel meis heredibus aut aliis volentibus vendere easdem domum et areas seu ipsos fundos cum superedificatis et superedificandis eisdem, quantum michi seu meis heredibus aut aliis, in quos devolventur a me vel meis heredibus predicte domus, aree et ipsi fundi quovis titulo, ab aliis offertur sine dolo et fraude, extunc episcopo Constantiensi, quicumque pro tempore fuerit, vel capitulo ecclesie sue Constantiensis pre omnibus aliis sunt vendendi et vendende. Et dicti episcopus et capitulum ecclesie sue Constantiensis infra trium septimanarum spatium voluntatem suam declarare debent, an ipsam emptionem velint procedere, ut est premissum. Alioquin ego vel mei heredes seu alii possessores domus et arearum ac fundorum predictorum ipso facto potestatem habent, easdem et eosdem vendendi et alienandi personis quibuscunque sub modo et forma tamen predictis et sub onere census prenotati, monasteriis tamen, ecclesiis collegiatis et conventibus personarum religiosarum et secularium dumtaxat exceptis.

Et in evidentiam premissorum ipsorumque irrefragabilem veritatem ego Albertus de *Clingenberg* advocatus Constantiensis supradictus pro me meisque heredibus appendi presentibus sigillum meum unacum appensione sigillorum inferius expressarum et nichilominus fidem prestiti ad manus venerabilis patris et domini mei H. dei gratia Constantiensis episcopi nomine iuramenti de observacione inmutabili singulorum et omnium premissorum. Ego magister Bertoldus de *Lutzlenstetten* canonicus ecclesie Constantiensis prefatus recognosco, omnia et singula supradicta per me et mecum rite et legitime fore peracta, meque recepisse centum marcas argenti puri et legalis ponderis Constantiensis a prefato Al. de *Clingenberg* milite, advocato Constantiensi, ut ab ipso superius est narratum; et in evidentiam ac fidem inviolabilem eorundem unacum sigillis infra

declaratis appendi presentibus sigillum meum. Nos H. dei gratia Constantiensis episcopus et capitulum ecclesie Constantiensis recongnoscentes, omnia et singula supradicta de nostro consensu expresso fore peracta, ipsa aprobamus [!], ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus appendentes in evidenciam eorundem et firmitatem ad petitionem prefatorum magistri Bertoldi de *Lutzlensteten* et Alberti de *Clingenberg* militis, advocati Constantiensis, presentibus sigilla nostra. Denique cum memoratus magister Bertoldus, de nobis H. dei gratia episcopo Constantiensi et de nobis ministro et consulibus civitatis Constantiensis habens fiduciam specialem, se in premissis nostre commiserit protectioni, nos scriptis presentibus eidem promittimus bona fide, quod ipsum omnesque de suo consensu inhabitantes domos et areas supradictas, seu quibus easdem locaverit, in toto vel in parte inhabitantes, pro tempore sue vite ab invasionibus, violenciis, molestationibus, tribulationibus et inquietationibus quorumlibet quoad possessionem, inhabitationem et locationem domorum et arearum predictarum iuxta posse nostrum sine dolo et fraude quibuslibet defendemus et ad hoc scriptis presentibus nos astringimus bona fide, petente domino Al. de *Clingenberg* advocato Constantiensi per nos instanter fieri, quod est premissum. Nos itaque minister et consules civitatis Constantiensis una cum appensione sigillorum predictorum civitatis Constantiensis sigillum presentibus duximus appendendum. Datum et actum Constantie anno domini millesimo tricentesimo primo, pridie idus Septembris, indictione XIIII[a].

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 1929. Siegel fehlen. Rückvermerk: Instrumentum super curia et domo domini et mag. de Luzelasteten in foro piscium, que nunc est Alberti de Clingenberg. Episcopalis [sc. littera] est [saec. XIV]. Abschriften GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 99 mit der Aufschrift saec. XIV: Domus magna prope lacum et domum maioris consilii Constantiensis; Copb. 500 (alte Nr. 314), f. 170. Regest: Regg. ep. Const., 3286. Marmor, Urkk.-Ausz., 13.

Nr. 121*.

Der Konstanzer Bürger Konrad Gerwig bekennt, eine von Bischof Heinrich von Klingenberg den Feldsiechen geschenkte Hofstatt am Fischmarkt in Konstanz gegen einen jährlichen zu Spenden an die Feldsiechen zu verwendenden Zins von den Pflegern der Feldsiechen als Erbleben erhalten zu haben.

Konstanz, 1301, Oktober 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis Cůnradus dictus *Gerwig* civis Constantiensis noticiam subscriptorum. Cum venerabilis in Christo pater ac dominus Hainricus || dei gratia Constant. episcopus pro remedio anime sue aream sitam retro domum meam ex opposito curie dilecti in Christo magistri Berchtoldi de *Lúzzelonstetten* canonici Constantiensis in fine vici dicti *an dem Vischemargt* in civitate Constantiensi transtulerit in domum et collegium leprosorum commorantium

prope viam publicam extra Crúcelinum, iidemque eandem aream de consensu expresso prefati domini mei episcopi Constantiensis michi locaverint pro censu annuo videlicet quinque solidorum denariorum Constant. habendam et possidendam per me meosque heredes, solvendorum procuratoribus dictorum leprosorum singulis annis in perpetuum de ipsa area ab eiusdem aree quolibet possessore in festo nativitatis beate virginis, ipsis pro vino et carnibus, si ipsum festum non inciderit in feriam sextam vel in sabbatum, ministrandorum, alioquin pro pane et vino pro memoria perpetua et commemoratione salutis ipsius domini mei episcopi Constant. quamdiu vixerit, et post mortem eius pro anime sue commemoratione per ipsos leprosos et sacerdotem ipsorum capellam inofficiantem perpetuo facienda: ego pro me meisque heredibus et pro omnibus successoribus meis in area predicta me obligo omnesque successores meos in ipsa area per stipulationem sollempnem ipsis leprosis et ipsorum collegio ad solutionem dictorum quinque solidorum in festo prefato et ad usus memoratos faciendam irrefragabiliter et incommutabiliter sine cuiusvis contradictionis obice et impedimenti.

Et in evidentiam ac fidem incommutabilem singulorum et omnium premissorum sigilla reverendi patris et domini mei H. dei gratia Constant. episcopi supradicti necnon civitatis Constant. appendi presentibus procuravi. Nos Hainr. dei gratia Constant. episcopus, approbantes omnia et singula supradicta, presentibus appendimus sigillum nostrum. Nos etiam minister et consules civitatis Constant. ad peticionem leprosorum et Cůnradi dicti Gerwigi supradictorum in testimonium et fidem incommutabilem singulorum et omnium premissorum huic instrumento appendimus sigillum civitatis Constant. Datum Constantie anno domini millesimo tricentesimo primo, VIII° idus Octobris, indictione quintadecima.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. I E h. Nr. 63. Siegel fehlt. Rückvermerk: Von Gerwigenun hus, das ietz dér Tobili het; und nu Tischmacher [14.—15. Jh.]. Regest: Regg. ep. Const. 3238.

Nr. 122.*

Domherr Albrecht von Kastel, Propst von S. Stephan, urkundet, daß die Bruderschaft der Kapläne der Domkirche und der dem Dome benachbarten Kapellen ein Haus neben dem Klaustralhof des Ausstellers, welches sein Vorgänger Ruprecht von Tannenfels, Domherr und Propst von S. Stephan, von dem Priester Wernher von Reterschen gekauft und der Bruderschaft der Domkapläne geschenkt hatte, unter Zustimmung des Dekans und Domkapitels mit seinem Klaustralhof als Bestandteil dieser Kurie vereinigt habe. Albrecht von Kastel legt als Entgelt auf seinen Klaustralhof eine an die genannte Bruderschaft vom jeweiligen Inhaber des Hofes zu leistende jährliche Rente von 2 Pfund 10 Schilling, ablöslich mit 37½ Pfund Pfennig.

Konstanz, 1302, Mai 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis Alberchtus de Castello prepositus sancti Stephani et canonicus maioris ecclesiarum Constanc. subscriptorum noticiam

cum salute. Ut ea, que pro utilitatibus ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum rite et racionabiliter peraguntur, sub stabilitate inconmutabili perseverent, expedit, scripturarum indiciis consumationes earundem utilitatum perpetue et inviolabili memorie commendari. Cum itaque viri discreti sacerdotes altarium ecclesie Constanciensis et capellarum sancti Mauricii et sancti Petri ac sancte Kathrine vicinarum eidem ecclesie habentes ab antiquo consorcium confraternitatis, curie claustrali, quam inhabito, domum contiguam eidem curie, quam bone memorie quondam Ruperchtus de *Tannenfels*, meus predecessor in predicta ecclesia sancti Stephani et canonicus Constanciensis, confraternitati dictorum sacerdotum pro utilitate altarium constructorum per ipsum in dicta ecclesia Constanciensi in honore omnium sanctorum et sancti Georii martiris, pure et simpliciter tradidit et donavit ac transtulit in predictos sacerdotes nomine ipsius confraternitatis cum pleno iure possidendam et habendam pacifice et quiete, quamquam a viro discreto Wernhero sacerdote de *Rätterschoven*, cui dicta domus iure dominii pertinebat, rite et legittime comparavit pro certa peccunie quantitate, curie mee claustrali predicte, quam inhabito, de consensu honor. in Christo prepositi, decani et capituli ecclesie Constanciensis, tractatu super hoc premisso debito et consueto, applicaverint et annecterint, ita quod ipsa domus eidem curie in perpetuum sit unita: ego de consensu predictorum prepositi, decani et capituli Constanciensis ex nunc censum duarum librarum et decem solidorum denariorum Constanciensium in perpetuum solvendorum predictis sacerdotibus ipsorumque successoribus quibuscunque singulis annis in ieinuiis quatuor temporum proporcionaliter in quolibet ieiunio pro quarta parte curie mee claustrali predicte realiter et imperpetuum[1], ita quod quilibet successor meus in eadem curia, quicunque pro tempore fuerit, ad solucionem ipsius census dictis sacerdotibus integraliter faciendam ipsorumque successoribus quibuscunque teneatur, egoque ad id ipsum me astringo temporibus supradictis sine cuiusvis obice contradictionis. Ceterum si ego vel mei successores in curia predicta in solucione census supradicti temporibus predictis facienda vel aliquo ex eisdem negligentes fuerimus vel remissi, ex tunc ipso facto, si residentes in Constancia fuerimus, suspensi esse debemus a perceptione omnium proventuum prebende ecclesie Constanciensis et procurator camere capituli Constanc., nullo respectu ad me vel ad meos successores habito, proventus ipsius prebende dare debet ipsis sacerdotibus vel eorum procuratori usque ad integram solucionem dicte peccunie, et nichilominus ego et mei successores post lapsum dictorum terminorum vel alicuius ex eisdem [ex[2]]communicari debemus per venerabilem patrem ac dominum episcopum Constanciensem vel decanum ecclesie Constanciensis, quicunque pro tempore fuerint, prout dicti sacerdotes maluerint, sine citacione et qualibet monicione. Et si curia predicta ad aliquem canonicorum non residencium in civitate Constanciensi processu temporis devolvetur idemque in solucione peccunie predicte ipsis sacerdotibus facienda negli[g]ens fuerit vel remissus, ex tunc ipsa curia locari debet per sacerdotes eosdem, cuicunque vel quibuscunque personis voluerint, et habitatores eiusdem nomine ipsius canonici absentis per excommunicacionis sentenciam ab eadem repelli et nichilominus ipse canonicus absens [ex[3]]communicari debet et ecclesie sue, si quas habet in civitate vel dyocesi Constanciensi, supponi ecclesiastico interdicto per dictos dominum episcopum vel decanum ecclesie Constanciensis, prout idem maluerint sacerdotes, quousque dicta peccunia ipsis sacerdotibus

[1] Hier fehlt das Verbum, vermutlich «impono».
[2] Fehlt in der Vorlage.
[3] Fehlt in der Vorlage.

integraliter fuerit persoluta, quibus penis me meosque successores in prefata curia de consensu venerabilis patris et domini mei H. dei gracia Constanciensis episcopi, prepositi, decani et capituli ecclesie Constanciensis sponte et voluntarie subicio per presentes, cum racioni sit consonum et equitati, ut qui emolimentum senciunt successionis, subire debeant eiusdem onera successionis. Ceterum si ego vel mei successores triginta septem libras et dimidiam denariorum Constanciensium in parata peccunia dederimus et presentaverimus sacerdotibus prefatis vel ipsorum successoribus quibuscumque, ex tunc redditus predictarum duarum librarum et decem solidorum denariorum Constanciensium penitus evanescent et curia mea claustralis predicta ab earundem solucione et onere totaliter eximetur.

In evidenciam itaque singulorum et omnium premissorum ipsorumque perpetuam et incommutabilem firmitatem presens instrumentum prefatis sacerdotibus ipsorumque successoribus tradidi, sigillorum venerabilis patris et domini mei H. dei gracia episcopi et capituli ecclesie Constanciensis necnon officialis curie Constanciensis ac mei robore communitum. Nos H. dei gracia episcopus et capitulum ecclesie Constanciensis, approbantes et ratificantes omnia et singula supradicta ipsisque consensum meum expressum et benivolum impertientes, nosque officialis curie Constanciensis recognoscentes ea, que premissa sunt, coram nobis rite et racionabiliter fore peracta, ad peticionem supradictorum Alberchti prepositi et canonici maioris et sancti Stephani ecclesiarum Constanciensium necnon sacerdotum altarium predictorum habencium confraternitatem ab antiquo et capellarum memoratarum una cum appensione sigilli ipsius prepositi presentibus appendimus sigilla nostra. Ego Alberchtus de Castello prepositus sancti Stephani et canonicus maioris ecclesiarum Constanciensium recognoscens, omnia et singula supradicta per me rite et racionabiliter fore peracta, in evidenciam et firmitatem inviolabilem eorundem appendi presentibus sigillum meum. Datum et actum Constancie, anno domini millesimo trecentesimo secundo, VI nonas Maii, indictione XV[a].

Or. verloren. Abschrift. GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 115; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 127; Copb. 512 (alte Nr. 325), f. 38; Reggest: Regg. ep. Const. 3268.

Nr. 123.

Bischof Heinrich II. verleiht an den Rat und die Gemeinde der Stadt Konstanz eine Hofstätte am Ende der Marktstätte unterhalb des dem Kloster Paradies gehörigen Hauses gegen einen jährlichen Wachszins.

Konstanz, 1303, März 3.

Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum notitiam cum salute. || Noverint universi tam presentes quam posteri, quos nosce fuerit oportunum, quod nos ad petitionem instan'tem fidelium nostrorum consulum et universitatis civitatis nostre Constantiensis de consensu expresso honor. in Christo prepositi et capituli ecclesie nostre Constant. aream sitam infra domum abbatisse et conventus monasterii de Paradyso nostre dyocesis, existentem in extremitate vici littoris Constant. et palos positos iuxta murum civitatis nostre predicte contiguamque inmediate domui prefate, eisdem consulibus et universitati nomine et vice premisse civitatis nostre Constant. et ad communum utilitatem communitatis eiusdem pro nobis

nostrisque successoribus in perpetuum concessimus rite et legittime per manus nostras et concedimus per presentes pro censu annuo unius libre cere camere nostre nostrorumque, quicunque pro tempore fuerint, successorum in festo nativitatis beate Marie virginis a procuratoribus universitatis predicti seu a possessoribus aree memorate annis singulis in perpetuum persolvende, sine cuiusvis obice impedimenti possidendam et tenendam ab universitate predicta seu a procuratoribus eiusdem cum superedificandis eidem aree perpetuo pacifice et qui[e]te. Adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

Et in evidentiam premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum conscribi fecimus et sigillorum nostri ac capituli nostri supradicti robore communiri. Nos prepositus et capitulum ecclesie Constant. hiis, que sunt prehabita et premissa, consensum nostrum expressum et voluntarium impertimur, appendentes in evidentiam consensus eiusdem sigillum nostrum. Datum et actum Constantie anno domini M° CCC° tertio, V nonas Marcii, indictione prima.

Perg. Or. StAKZ. Nr. 104. Siegel des Bischofs erhalten. Siegel des Domkapitels fehlt. Druck: Ruppert, Chroniken 308. Regest: Marmor: Urkk.-Ausz. 14. Regg. ep. Const. 3316.

Nr. 124.*

Prior und Konvent des Augustinerklosters bekennen mit ihren auf einem Provinzialkapitel zu Konstanz versammelten Ordensobern, auf ihre Bitten von Amman, Rat und der Bürgergemeinde eine Hofstätte zwischen der Stadtmauer und dem Klosterrefektorium auf Widerruf zur Benutzung und beliebigen Überbauung zu Zwecken des Konstanzer Augustinerklosters erlangt zu haben. Sie gestatten dem Rat, sich der etwa vom Kloster angelegten Bauwerke zu Befestigungszwecken zu bedienen und verpflichten sich, auf Verlangen der Stadt ihre Gebäude von der überlassenen Hofstätte wiederum zu entfernen. Vgl. Nr. 141.

Konstanz, 1303, Juli 24.

Omnibus presentem litteram inspecturis frater Otto, vicarius venerabilis patris fratris Francisci, prioris generalis; frater || Hainricus, prior provincialis provincie Reni et Swevie; frater Ůlricus, prior, totusque conventus fratrum Heremitarum ordinis || sancti Augustini domus Constantiensis, rei geste notitiam cum sincera in domino karitate. Cum res geste mandantur litteris, universe calumpnie materia amputatur ac litis occasio subtrahitur successori.

Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum nobis et fratribus nostri ordinis ad provinciale capitulum in predicta domo convocatis, ad usum et commoditatem predicti conventus area sita inter muros civitatis Constantiensis, attingens refectorium predictorum fratrum longitudinis centum pedum visa foret expedire, supplicavimus honor. et discretis viris . . ministro . . consulibus et universitati civium Constant., quatenus divine pietatis ob respectum ex speciali gratia nobis et specialiter domui nostre predicte absque omni ipsorum et civitatis Constantiensis preiudicio eandem aream precario concedere dignarentur. Quiquidem habito tractatu, consilio et deliberatione diligenti, licet considerarent predictam aream communi usui civitatis

pertinere, dicte tamen domui nostre ex speciali gratia commoditatem eiusdem aree sine omni ipsorum preiudicio precario concesserunt, ita quod liceat fratribus eiusdem domus utilitates suas ibidem facere quoad edificandum in ea edificia, que sibi pro sua domo visa fuerint expedire. Hoc adiecto, quod supra eadem edificia et in ipsis supra et infra dicti . . minister . . consules et universitas civium Constant. liberam habeant facultatem eundi, agendi, faciendi, disponendi ac munitiones superedificandi et alias de ipsis faciendi utilitates suas, quandocunque et quocienscunque hec sibi et civitati ipsorum expedire videbuntur; retento nichilominus ipsi civitati dominio et possessione omnimoda aree prenotate. Immo etiam, si . . prior, qui pro tempore fuerit, et conventus domus nostre predicte ipsa edificia ad requisitionem . . ministri . . consulum seu procuratorum civitatis predicte non destruxerit pro voluntate eorundem, ipsi absque nostri et omni iuris iniuria de expresso nostro mandato, consensu [1] et voluntate in hiis scriptis ex nunc eis dato possint eadem edificia, qualiacunque fuerint, destruere, minuere vel augere in totum vel in partem pro suo libito voluntatis, et dictam aream nobis precario concessam ad usus suos, quoscunque voluerint, integraliter revocare. Et ne ex beneficio tam graciose et liberaliter, ut premittitur, concesso domui nostre predicte dicta civitas, . . minister, . . consules et universitas quidquam contrarii vel adversitatis ullo unquam tempore sentire valeant, promittimus bona fide, quod occasione concessionis predicte nullum ius nobis et nostre domui ascribemus in prefata area aut ipsos ob revocationem, destructionem aut diminutionem, ut predictum est, faciendam conveniemus coram quocumque iudice ecclesiastico vel civili. Renuntiantes insuper omnibus privilegiis habitis et habendis, impetratis vel impretandis a sede apostolica vel undecunque in genere vel in specie et omnibus remediis scriptis vel non scriptis, que contra premissa ad incomoditatem ipsorum civium vel civitatis predicte quovis modo facere viderentur.

In quorum omnium testimonium presens instrumentum dictis . . ministro, . . consulibus et civitati Constantiensi tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum et actum Constantie in domo nostra predicta sub anno domini M°CCC° tertio, feria quarta ante festum beati Jacobi apostoli, indictione prima.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 621. Siegel erhalten. Regest.: Marmor, Urkk.-Ausz. 14.

Nr. 125.*

Bischof Heinrich II. entscheidet einen über den Nachlaß des verstorbenen Arztes Ulrich von Denkingen zwischen dem Domkapitel und dem Bruder des Verstorbenen, Heinrich von Denkingen, entstandenen Rechtsstreit im Sinne der Aufrechthaltung des Testaments des Verstorbenen dahin, daß das von dem Verstorbenen bewohnte Haus dem Domkapitel zufallen solle, dem es der Erblasser auf dem Todbett mit Salmannenhülfe zugewiesen hatte, daß die Domherren Konrad und Albrecht, Pröpste von S. Johann und S. Stephan, als Testamentsvollstrecker ihres Amtes walten und insbesondere als testamentarisch bestellte Vormünder über die von dem Erblasser durch Eheschluß auf dem Sterbebett legitimierten Kinder des Erblassers und der Adelhaid Murer entgegen dem Vormundschaftsanspruch des Vatermagen die Vormundschaft führen sollen.

Konstanz, 1305, Dezember 18.

Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum notitiam cum salute. Cum dubitatio fuerit exorta super dispositione rerum mobilium et immobilium relictarum || per quondam magistrum Ůlricum de *Denkingen*, medicum Constantiensis civitatis, cumque Hainricus

frater predicti magistri Ůlrici de *Denkingen* civis Constantiensis assereret, sibi ex successione hereditaria ius competere in curia et domo quondam predicti magistri Ůlrici de *Denkingen* fratris sui necnon in omnibus rebus et singulis mobilibus ab eo relictis; . . procuratore seu syndico capituli ecclesie nostre Constantiensis contrarium asserente, videlicet quod domus et curia prelibate pertinerent eidem capitulo ex pura et libera donatione ipsi capitulo facta per dictum magistrum Ůlricum sanum mente licet egrum corpore per manus suorum *salmannorum* iuxta iuris debitum et equitatis; asserentibus insuper Cůnrado et Alberto, prepositis ecclesiarum sanctorum Stephani et Johannis Constantiensium, canonicis ecclesie nostre Constantiensis predicte, quod ordinacione seu testamento factis per eundem magistrum Ůlricum in presencia personarum fidedignarum super rebus suis mobilibus eosdem executores sui constituerit testamenti cum debita sollempnitate, quodque cum eadem sollempnitate ipsos tutores testamentarios suorum liberorum constituerit et ordinaverit, postquam per contractum legittimi matrimonii habitum et celebratum cum Adelhaidi dicta *Murerin* uxore sua legitima liberos ex eadem procreatos antea rite ac canonice legitimavit: Nos, lite inter partes predictas coram nobis legitlime contestata, testes productos ex parte predictorum . . capituli ecclesie nostre Constantiensis et . . prepositorum earundem ecclesiarum sancti Stephani et sancti Johannis Constantiensium iuratos recepimus et examinavimus diligenter super articulis antedictis, ipsorumque attestationes sollempniter fecimus publicare ac de ipsarum partium consensu conclusionem fecimus in ipsa causa et rogati a partibus fuimus, ut super articulis eisdem diffinitivam sententiam proferremus. Nos itaque, inspectis attestationibus testium iuratorum ex parte . . procuratoris capituli ecclesie nostre supradicte et eorundem prepositorum coram nobis legitime productorum super dictis articulis ac cum diligentia debita examinatis, invenimus, . . procuratorem capituli ecclesie nostre supradicte, quoad donationem puram et perfectam ac legittimam domus et curie predictarum, quas idem magister Ůlricus de *Denkingen* mortis sue tempore inhabitabat, intentionem suam nomine et vice capituli eiusdem plene fundasse ipsosque prepositos ecclesiarum sanctorum Stephani et Johannis Constantiensum quoad executionem testamenti rerum mobilium ab eo relictarum et ordinacionem earundem, prout disposuit, et tutelam testamentariam ipsis commissam post contractum matrimonium cum Adelhaidi prefata per verba de presenti et postquam liberos ex ea procreatos antea legittimavit per dicti matrimonii contractum ac commissionem eiusdem tutele testamentarie ipsis factam legitime ab eodem et sollempniter suorum liberorum intentionem suam plene probasse per legitima documenta.

Quapropter discussione diligenti premissa et matura prehabita deliberatione hiis inscriptis diffinitive adiudicamus curiam et domum prefatas cum suis pertinentiis universis dicto capitulo ecclesie nostre Constantiensis et eisdem inscriptis adiudicamus tutelam testamentariam .. liberorum quondam magistri Ůlrici prefati de *Denkingen*, quam tutele legitime ipsius Hainrici de *Denkingen* decrevimus preferendam, Cůnrado et Alberto prepositis ecclesiarum predictarum ipsosque diffinitive hiis inscriptis executores testamenti predicti magistri Ůlrici quoad omnes res mobiles ab eo relictas fore decrevimus et eis executionem eandem scriptis presentibus legitime adiudicamus, non obstante quod ea, que premissa sunt, facta extiterant a quondam magistro Ůlrico predicto sana mente in egritudine tamen constituto, de qua postea dinoscitur decessisse, cum nihil magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis liberum sit arbitrium, quod iterum redire nequit iuxta canonicas et legitimas sanctiones. Decernentes hiis inscriptis, diffiniciones nostras predictas in casibus con-

similibus et precipue quoad omnes clericos nostre civitatis et dyocesis, cum antedictus quondam magister Ůlricus, quando in lecto egritudinis, de qua decessit, existens donacionem premissam de curia et domo sua prefatis fecit et . . prepositos prelibatos executores ordinationis rerum suarum mobilium constituit, clericus extiterit et pro clerico se gesserit, licet postea in eadem decumbens egritudine matrimonium contraxerit cum Adelhaidi uxore sua legitima prelibata et liberos ex eadem legittimaverit procreatos, eosdemque prepositos tutores testamentarios eorundem constituerit liberorum fore, de cetero, ut tocius dubitacionis evitetur scrupulus, inviolabiliter observandas. Datum Constantie anno domini M°CCC° quinto, XV. kal. Januarii, indictione quarta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel vorhanden. Regest: Regg. ep. Const. 3393.

Nr. 126.*

Der Franziskanerprovincial Heinrich, der Guardian Heinrich und der Konvent des Franziskanerklosters in Konstanz versprechen der Bürgerschaft, ihren liegenschaftlichen Besitz zu Konstanz nicht über den dermaligen, den unmittelbaren Klosterzwecken dienenden Stand auszudehnen und geschenkte oder letztwillig vermachte Häuser innerhalb Jahresfrist seit deren Erwerb zu veräußern, weiter für Stadtbefestigungszwecke einen Turm zu erhöhen und den Klostergarten durch eine Mauer innerhalb Jahresfrist abzuschließen.

Konstanz, 1306, Mai 30.

In gottes namen amen. Wir brůder Hainrich provinciâl der minron brůder in dem obern tútschem lande, brůder Hainrich der gardian und alle die brůder des hûses || gemainlich von Costenz sant Franciscen ordens kúnden allen den, die disen geginwúrtin brief sehint alder hȏrent lesen, daz wir umb die gůtlichi und umb die || gnâde, so úns die êrberen lúte die burger gemainlich von Costenz dikke getân hont, und sunderlich, wan si úns nu iungest gunnen haben înzevahenne und ze niessenne die gassun, dú in únsern bȏngarten stiez, der man sprach Moricien gåsseli, úns und alle únser nâchkomen dazů gebunden haben und binden an diesem briefe, daz wir únser hofstat und den învank únsers hûses niemermê gewîteron sȏlent, wan als er iezunt ist. Wir bindent úns ȏch und alle únser nâchkomen darzů, swaz wir húser in der stat ze Costenz iezunt haben ald swaz úns iemer húser geben wirt alder gesetzet wirt, âne únser wȏschehus, daz entswschen únserm kilchove und Bȏwschinun hûse lît, daz wir und únser procurator der ânig werden sont inrunt iâres frist âne alle gevårde. Und wår, daz úns ieman dekain hûs gâbe und im selber daz lîpgedinge behielte, swenne der enist, ez sien man alder vrȏwen, und daz hûs an úns gevallet, so sont wir und únser procurator und únser nâchkomen aber gebunden sîn, des hûses âne ze werdenne inrunt iâres frist âne alle gevårde.

Wir veriehen ȏch und binden úns darzů an disem briefe, daz wir den vorgenanten burgern von Costenz uf den turn, dâ wir únser gemach inne haben, noch zwai gâdmer bûwen und mûron sȏlen inrunt iâres

frist, dú zwai gådmer si zu ir stette nôtdurft brûchen und niessen sont, swenne ald swie dikke si went âne alle gevårde. Wir veriehen ŏch an diesem briefe, daz wir die mûre entswschen den ringmuron umb unsern garten volle umb mûron sŏlen inrunt iâres frist âne gevårde, als wir in ê ŏch gelobt hattont. Darumbe haben wir in ze trŏster geben Bartholomen den amman, Cůnrat Gŏzzelin, Hainrichen in der Búnde, Johansen Swårtlin und Johansen den Rûhen burger von Costenz. Wir veriehen ŏch des offenlich an disem briefe, daz wir alle die vergiht und die buntnust, so vor geschriben stât, vollefůret und getân haben mit allen den worten und werken, so darzû horte ald gehŏren mohte nâch rehte und nâch gewonhait des landes.

Und zainem wâren urkúnde und zainer sicherhait alles, des vorgeschrieben stât, so geben wir der vorgenante brůder Hainrich der provincial, brůder Hainrich der gardian und die brůder gemainlich sant Franciscen ordens des hûses von Costenz den vorgenanten burgern disen brief, besigelt mit únseren insigeln. Wir der amman, der rât und die burger von Costenz veriehen des an disem briefe, daz alles daz, so vorgeschriben stat, mit únserm willen beschehen und vollefůret ist. Und zainem urkúnde der wârhait so geben wir ŏch unser stat insigel von Costenz an disen brief. Der wart geben ze Costenz in dem iâre, do man zalte von gottes gebúrte drúzehen hundert iâre und in dem sehzten iâr darnach, an dem nåhsten måntage nâch ûsgånter Phingestwochun.

Ungedruckt. Zwei Perg. Or. StAKZ Nr. 622. Siegel erhalten. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 14.

Nr. 127.*

Ritter Hermann von Liebenfels, Ministeriale der Konstanzer Kirche, bekennt unter Beziehung auf den eingerückten Leihebrief vom gleichen Datum, von Bischof Heinrich II. mit Zustimmung des Domkapitels ein Haus auf dem obern Hofe in Konstanz, welches zur Zeit der Chorherr mag. Nikolaus von S. Johann innehat, auf den Fall des Freiwerdens durch Tod des derzeitigen Inhabers für sich und seinen Sohn Hermann, Pfarrrektor in Harthausen, auf Lebenszeit verliehen erhalten zu haben. Vgl. Nr. 206.

Konstanz, 1306, Juli 29.

Omnibus presentium inspectoribus Hermannus de *Liebenfels* miles subscriptorum noticiam cum salute. Ad mei petitionem instantem concessionem domus magistri Nicolai, canonici ecclesie sancti Johannis Constantiensis, site iuxta fontem curie superioris contigue domui Růdolfi dicti *uff dem Hove* michi et Hermanno filio meo rectori ecclesie in *Harthusen* per venerabilem dominum meum H. dei gratia Constantiensem episcopum de consensu expresso honorabilis in Christo Conradi prepositi et capituli ecclesie Constantiensis post decessum eiusdem magistri Nicolai factum fore, recognosco hijs in scriptis dumtaxat ad tempus vite nostre sub forma infrascripta:

Hainricus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Volentes viro strenuo Hermanno de *Liebenfels* militi, ministeriali ecclesie dilecto, et Hermanno filio suo, rectori ecclesie in *Harthusen* exigentibus meritis et serviciis] ipsius Hermanni nobis et ecclesie nostre frequenter impensis, de consensu honor. in Christo Conradi prepositi ac capituli ecclesie nostre Constantiensis expresso, gratiam facere specialem, ipsisque tenore presentium indulgemus, ut post decessum magistri Nicolai canonici ecclesie sancti Johannis Constantiensis domum, quam inhabitat, sitam iuxta fontem curie superioris contiguamque domui Rudolfi dicti *uff dem*[1] *Hove* nostri camerarii, habeant et possideant pacifice et quiete dumtaxat pro tempore sue vite. Concedentes ex nunc eisdem de predictorum Conradi prepositi et capituli assensu expresso, domum prefatam habendam, possidendam post decessum dicti magistri Nicolai, ita quod post obitum eorundem domus eadem cum suis pertinentiis ad nos vel successorem aut successores nostros et ad ecclesiam nostram Constantiensem ipso facto redeat et revertatur cum pleno iure sine quovis obice impedimenti. Adhibitis per nos in premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et in evidentiam premissorum presentibus unacum appensione sigilli capituli ecclesie nostre Constantiensis predicte appendi fecimus sigillum nostrum. Nos Conradus prepositus totumque capitulum ecclesie Constantiensis concessioni domus predicte facte per dominum nostrum episcopum Constantiensem Hermanno de *Liebenfels* et Hermanno filio suo prefatis dumtaxat ad tempus vite ipsorum consensum nostrum expressum presentibus impertimur et in evidentiam huius facti presentibus appendimus sigillum nostrum. Datum et actum Constantie anno domini millesimo CCC° sexto, IIII kal. Augusti, indictione quarta.

In evidentiam itaque premissorum huic reverse appendi sigillum meum. Datum Constantie anno domini, kal. et indictione predictis.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 500 (alte Nr. 314), f. 11 mit der Aufschrift: Reversa . . . super domo . . . sita prope fontem qui dicitur hovebrunne [15. Jh., ca. 1420]. Regest: Regg. ep. Const. 3408.

Nr. 128.*

Dompropst Konrad leiht seinem Diener Egli für ihn und seine Erben ein der Dompropstei gehöriges Haus bei der Rheinbrücke als Zinseigen gegen einen jährlichen Wachszins von einem halben Pfund vorbehaltlich eines bereits auf dem Hause lastenden Zinses.

Konstanz, 1306, Oktober 5.

Universis presentium inspectoribus Cůnradus prepositus ecclesie Constantiensis noticiam subscriptorum. Universorum noticie || presentibus declaramus, quod nos unanimi consensu et approbacione capituli predicte Constantiensis ecclesie accedente domum quondam magistri Hainrici de *Sôl*, sitam in vico, quo itur ad magnum pontem Reni, contiguam ex uno latere domui Ůlrici fabri de Petridomo et ab alio latere aree pertinenti altari sancti Michahelis in ecclesia Constantiensi, prepositure nostre predicte pertinentem, Eglino famulo nostro fideli suisque heredibus universis utriusque sexus presentibus et futuris pro censu dimidie libre cere camere nostre vel prepositi, qui pro tempore

[1] Vorlage hat ‘der’.

fuerit, in evum annis singulis in nativitate beate Marie virginis assignande concessimus et concedimus per presentes, salvo semper onere annui census videlicet duarum librarum et quatuor solidorum denar. Constantiensium monete predicte ecclesie Constantiensi pro duobus luminibus de oleo expediendis, . . subthesaurario predicte ecclesie Constant., qui pro tempore fuerit, annis singulis imperpetuum in festo predicto, cessante cuiusvis contradictionis obice, solvendarum. Dantes prefato Eglino liberam potestatem dictam domum donandi, legandi, obligandi, locandi, permutandi et generaliter per quemcumque tytulum sive modum in vita vel in morte in personam aliam vel alias, cuiuscumque sexus aut condicionis existant, transferendi, exceptis monasteriis, ecclesiis, regularibus vel secularibus conventibus seu collegiis ecclesiasticis vel civilibus hospitalibus vel aliis piis locis quibuscumque vel personis prelatorum nomine suarum ecclesiarum recipientium, in que quidem loca vel personas prelatorum huiusmodi transferendi ipsam domum presentibus adimimus facultatem, salvis semper nobis et ecclesie nostre Constant. predicte contra quemlibet possessorem ipsius domus iuribus censuum predictorum. Et ut hec firma et rata permaneant, renunciamus sine dolo et fraude qualibet omni iuri tam communi quam privato, consuetudini vel occasioni cuicumque, per quam huiusmodi nostra concessio secundum predictam formam a nobis facta posset aliqualiter irritari.

Et in testimonium et robur omnium premissorum presens scriptum memorato Eglino sigillorum nostri et predicte ecclesie Constant. capituli signaculis dedimus communitum. Datum et actum Constantie, anno domini M°CCC° sexto, III. non. Octobris, indictione quinta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel fehlt. Abschriften: Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 114¹/₂; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 127.

Nr. 129.*

Ritter Albrecht von Klingenberg macht zum Dank für vielfältig erwiesene Wohlthaten dem Kloster Kreuzlingen bei Konstanz eine Zuwendung von siebzig Mark Silber, zahlbar in Jahresraten von je sieben Mark. Für das laufende und folgende Jahr realisiert der Schenker sein Versprechen durch Überweisung von Renten und Mietzinsen, die er von mehreren Konstanzer Häusern zu beziehen hat.

Kreuzlingen, 1307, Juni 16.

In nomine domini amen. Ego Albertus de *Clingenberch* miles profiteor et recognosco publice per presentes, quod cum honorabiles in Christo . . abbas et conventus || monasterii de *Crú:elingen* ordinis sancti Augustini prope muros Constantienses michi diversis temporibus multa beneficia impendissent, egoque eorum fidei || vicem cupiens grata vicissitudine respondere, in reconpensam beneficiorum predictorum ac in remedium et salutem anime mee predictis . . abbati et conventui

ac eorum monasterio antedicto legaverim et legando deputaverim septuaginta marcas argenti ponderis Const. ad fabricam, structuram et reedificationem monasterii eiusdem, ita quod septem marce argenti ponderis predicti singulis annis in festo purificationis beate virginis a me meisque heredibus, quicunque pro tempore fuerint, universis percipi debeant usque ad extenuationem et plenariam solutionem septuaginta marcarum predictarum, et per continuos quinque annos eedem[1] marce sint solute plenarie et percepte. Ac solucio septem marcarum in festo purificationis proxime preterito presentis anni ipsis sic neglecta, desiderans, ut solutio neglecte summe ac solvende in festo purificationis proxime affuturo compleatur et perducatur debitum ad effectum, in solutionem earundem quatuordecim marcarum neglectarum et adhuc partim persolvendarum terminis memoratis, quemadmodum est premissum, supradictis . . abbati et conventui et eorum monasterio supradicto pensiones et census domorum mearum in civitate Constant. sitarum, videlicet domorum sitarum in Foro piscium, quas inhabitant Waltherus de Curia, Hugo Subscopa, Hainricus *Pauler* et Bertoldus de *Esselingen* faber, a quibus domibus et cubilibus solvi debet census viginti librarum et triginta solidorum den. Const.; item domus domibus Eggehardi et Johannis dicti *Berger* intersite, de qua quatuor libre solvi debent; item domus mee site iuxta Maccellum in vico, qui wlgariter *ime Graben* dicitur in Const., de qua tres libre minus quinque solidis denar. dicte monete in presenti anno pensionis seu census nomine solvi debent, constituo et obligo in satisfactionem et solutionem dictarum quatuordecim marcarum publice per presentes. Et ut sepedicti . . abbas et conventus circa solutionem census et pensionis domorum mearum predictarum non fraudentur, discretos et religiosos viros Hainricum priorem et Hiltiboldum dictum *Havener* sacerdotes, canonicos monasterii memorati, meos dictique monasterii procuratores constituo in solidum per presentes, ita quod non sit melior condicio occupantis, dans eisdem et utrique ipsorum in solidum plenam et liberam potestatem, meo et dicti monasterii nomine census et pensiones domorum mearum sepedictarum ab inquilinis earundem petendi, recipiendi et in structuram seu fabricam ipsius monasterii convertendi et omnia alia faciendi, que veris et legittimis procuratoribus a lege vel a canone sunt concessa et que mandatum exigunt speciale. Absolvens nichilominus inquilinos prelibatos et debitores censuum et pensionum domorum predictarum a satisfactione pensionum et censuum huiusmodi, postquam de eis dictis meis et monasterii procuratoribus fuerit satisfactum. Ratum et gratum habiturus, quidquid per eosdem procuratores meos vel alterum ipsorum actum fuerit in premissis sub rerum mearum omnium ypothegga[!]. Adhibitis in omnibus premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et in premissorum testimonium ipsorumque incommutabilem firmitatem ipsis presentes litteras tradidi sigilli mei munimine roboratas.

Datum et actum *Crúzelingen* in monasterio predicto, anno domini M°CCC° septimo, XVI kalendas Julii, indictione quinta.

Ungedruckt. Perg. Or. Thurg. Kantonsarchiv Frauenfeld. Siegel erhalten. Regest: Regg. Kreuzlingen, Nr. 128.

Nr. 130.*

Das Domkapitel verleiht ein zur Klaustralpfründe des Domherrn Berthold von Litzelstetten gehöriges Haus, welches abgebrannt war und durch Verwandte des genannten Domherrn mit großen Kosten wieder aufgebaut wurde, diesen Ver-

[1] Vorlage hat eadem.

wandten auf Lebenszeit gegen einen jährlichen Zins. Der Dompropst, welchem Berthold von Litzelstetten seine Klaustralpfründe vermacht hat, stimmt zu. Konstanz, 1307, Juli 12.

Cůnradus prepositus, Růdolffus decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis omnibus presencium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Ad tollendum in posterum calumniandi materiam necessitas exegit, gesta modernorum scripturarum serie perhennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum domus claustralis dilecti in Cristo magistri Berchtoldi de *Lutzlenstetten* concanonici nostri, sita ex opposito domus Hugonis de *Sulgen* in vico, quo itur ad Petridomum, destructa fuit per incendium et consumpta, ac Conradus et Hainricus, filii Conradi dicti *Vatzman*, una cum Adelheidi matre eorundem, contribuente eisdem prefato concanonico nostro magistro Bertoldo de *Lutzlinstetten*, circa reparacionem, edificacionem et constructionem novorum murorum dicte domus non modicam impenderint peccunie quantitatem, nos considerantes, ex reparacione predicta utilitatem ecclesie nostre Constanc. crescere et augeri, in recompensacionem huiusmodi peccunie prefatis Adelhaidi, Conrado et Hainrico fratribus, nepotibus sepedicti magistri Berchtoldi de *Lůtzlenstetten*, et cuilibet eorundem, speciali accedente consensu prefati domini prepositi, cui supradicta domus per prelibatum magistrum Bertoldum est legata, concedimus dictam domum pro annuo censu videlicet viginti solid. denar. Constanc. dumtaxat pro tempore vite sue et cuiuslibet eorundem possidendam, de quibus viginti solidis singulis festis quatuor temporum quinque solidi sunt solvendi, statuentes et diffinientes, ne a quoquam domino vel possessore dicte domus claustralis prefatus census pro tempore vite predictarum personarum vel alicuius ex eisdem possit vel debeat aliquatenus augmentari. Adhibitis in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum solemnitatibus debitis et consuetis. Postquam vero prefate persone, videlicet Conradus, Hainricus et Adelhaid. mater eorundem decesserint, extunc predicta domus ad capitulum et ad eum canonicum, cui predicta domus pro tempore legata fuerit, cum omni utilitate libere revertetur.

In cuius rei testimonium presentes litteras supradictis personis ad peticionem antedicti magistri Bertoldi de *Lutzlenstetten* tradidimus sigillo nostri capituli communitas. Datum Constancie anno domini millesimo trecentesimo septimo, quarto idus Julii, indicione quinta. Ego magister Bertoldus de *Lutzlenstetten* supradictus presentes litteras pro reverso sigillo meo consignavi.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 493 (alte Nr. 307), f. 165, Nr. 89.

Nr. 131.*

Vor dem Official verleiht der Weber Burkhard Kemli an die Brüder Johann und Peter Vischbach ein Haus mit Hofstätte beim Ziegelhaus als Erbleben. Konstanz, 1307, August 12.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentes litteras intuentibus rei geste cum notitia subscriptorum. Noverint presentium inspectores universi et singuli, quos nosse fuerit opportunum, quod constituti coram nobis anno domini M°CCC° septimo, feria secunda post festum sancti Laurentii martyris proxima, Joannes dictus *Vischbach* figulus et Petrus dictus *Vischbach* frater suus fatebantur coram nobis et publice confessi sunt pro se et heredibus suis, a Burchardo filio quondam Burchardi dicti *Khemli* textoris Constantiensis se iusto locationis titulo in solidum in emphiteusin recepisse et conduxisse unam aream et domum nuncupatam *Vischbachs* hus, sitam in loco dicto *zem Zigelhus* extra muros Constantienses, ipsi Burchardo jure dominii vel quasi pertinentem, situatam intra domum et aream dictorum *im Thurn* ac domum et aream Joannis dicti *Mörsel* textoris, cui a posteriori parte hortus magistri Joannis de *Stockcha*, canonici sancti Joannis Constantie, et ab anteriori parte strata publica confinuntur et adiacent, pro dicto annuo censu singulis annis solvendo et dando ipsi Burhardo, filio prefati quondam Burhkhardi, vel eo non existente eius heredibus seu successoribus, qui tunc pro tempore fuerint, videlicet pro decem solidis denariorum Constantiensium videlicet singulis ieiuniis quatuor temporum pro duobus solidis et sex denariis Constantiensibus eidem Burkhardo exsolvendis et dandis omni anno sub conditionibus et pactis infra scriptis. Ita videlicet, quod si dicti conductores vel eorum heredes seu successores in predictis domo et area, iurium et pertinentiarium eius, in solutione dicti census negligentes inventi fuerint, ita quod unus terminus solutionis dicti census terminis[1] in predictis alium terminum tangeret seu decurreret, quod ex tunc dicti conductores vel heredes seu successores eorum ab omni iure eorum, quod ipsis in predictis domo et area competiit seu competere potuit, ipso facto cadere debent, quod in vulgari dicitur *zinsfellig*, ex tunc ipsis nullum ius in eisdem domo et area et earum juribus et pertinentiis ac meliorationibus competere debebit. Prefatus etiam Joannes et Petrus conductores promiserunt[2] et debent impensas et expensas facere in predictis domo et area ad summam trium librorum denariorum Constantiensium a nunc infra spatium[3] unius anni proxime venturi in edificando et meliorando per edificia debita et necessaria. Et si predicti conductores vel heredes

---

[1] Vorlage hat terminus. [2] Vorlage hat permiserunt. [3] Vorlage hat spectantium.

seu successores eorum ius ipsorum eis in predictis domo et area et meliorationibus earum competens vendere vel alienare vellent, tunc ipsi prenominati predictum ius ipsorum prefato Burhardo exhibere debent et remissis dare quinque solidis denariis Constantiensibus, quam aliis eorum ius emere volentibus. Et si ipse Burchardus huiusmodi ius ipsorum emere vel ad se recipere nollet, tunc licitum est dictis conductoribus vel heredibus seu successoribus eorum, illud dictum ius ipsorum aliis personis vendere vel obligare, de quibus plena spes habetur vel haberi possit, quod dictum censum vel decem solidos denariorum Constantiensium ad terminos predictos sub conditionibus et modis prescriptis prefato Burchardo vel eo non existente eius heredibus solvat et tradat. Condictum[4] est etiam[5], quod si domum predictam per ignis incendium devastari contingeret, quod ex tunc iidem conductores vel eorum heredes astricti et obligati esse non debeant ad solvendum censum predictum de area predicta, nisi ipsi iterato super eadem area edificare et unam domum construere vellent. Prefati etiam conductores renunciaverunt (et) super premissis omni[6] iuris auxilio canonici et civilis, quo[7] iuvari facere vel venire possent contra ea, que in presentibus litteris continentur in toto vel in parte. Adhibitis in[8] premissis omnibus et singulis verborum et gestuum[9] sollemnitatibus debitis et consuetis.

Et in premissorum omnium et singulorum testimonium et roboris firmamentum, sigillum curie Constantiensis at petitionem[10] predictorum conducentium duximus presentibus appendendum. Datum Constantie anno et die, quibus supra.

Ungedruckt. Or. verloren. Schlechte Kopie des 17. Jahrh., SPAKZ. II. D. h., Nr. 105. Rückvermerk: Copia eines lateinischen ewigen Zinsbrieflins, welchen hern Dr. Michael Hagers sel. wittib am Ziegelgraben verzinsent iärlich frau Hagerin 4 schill. pfenning; die übrigen 6 schill. pfenn. sind ann. 1613 von dem Spital zu Costentz gelöst worden. Die 4 schill. pfenn. Zins sind anno 1623 von hern Dr. Cristoph Hagern, thumbherren allhie aus bewegender ursach willen auch abzulösen bewilligt worden.

Nr. 132.*

Der Konstanzer Bürger Konrad Maldisdorf übergiebt mit Salmannenhülfe seinem Sohne, dem Subdiakon Nikolaus, ein Haus in Konstanz, damit derselbe auf Grund dieses Besitzes zum Diakonat befördert werden könne.

Konstanz, 1309, März 13.

Vicarii venerabilis in Christo patris ac domini Gerhardi dei gratia Constantiensis episcopi generales omnibus presentium || inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod || Cuonradus dictus *Maldisdorf* civis

[4] Vorlage hat conductum. [5] Vorlage hat nur et. [6] Vorlage hat omnibus. [7] Vorlage hat quibus. [8] Vorlage hat et. [9] Vorlage hat gestorum. [10] Vorlage hat et conditionem.

Constantiensis in nostra presentia constitutus una cum uxore sua Mehthildi et Mengoldo dicto *Ramung*, qui fuit *salmannus* domus infra scripte iuxta consuetudinem civitatis Constantiensis, Nicolao dicto *Maldisdorf* filio suo subdiacono domum suam cum pertinentiis suis, sitam in vico wlgo *Hinder der mezi*, pro valore sexaginta librarum denariorum Constantiensium taxatam, in patrimonium tradidit libere et donavit cum consensu et voluntate prescriptorum Mehthildis et Mengoldi, qui renunciaverunt iuri suo, quod habebant in domo prescripta, ad manus prefati Nicolai, ut idem Nicolaus nomine eiusdem patrimonii ad ordines dyaconatus promoveri posset, excludens omnes . . filios et . . filias suas, fratres et sorores predicti Nicolai a participatione domus prescripte; volens tamen et statuens idem Cůnradus, ut predictus Nicolaus filius suus in bonis, que per eum derelinquerentur, mobilibus et inmobilibus succedere possit et valeat una cum . . fratribus et . . sororibus suis memoratis.

In cuius rei testimonium sigillum episcopale duximus presentibus appendendum. Datum Constantie anno domini M°CCC°VIIII°, III° idus Marcii.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA., 5. Spec. 145a. Siegel vorhanden. Regest: Regg. ep. Const. 3498.

Nr. 133.*

Der Rat von Konstanz trägt zur Sühne für eine dem Domherrn Graf Kraft von Toggenburg in der Stadt Konstanz widerfahrene Unbill diesem und seinem Bruder, Graf Friedrich von Toggenburg, eine städtische Wiese auf und empfängt sie aus beider Hände als Lehen zurück. Jeder Bürger, der neu in den Rat gewählt wird, hat die Wiese als Lehen der beiden Grafen zu empfangen, nach deren Tode die Wiese als freies Eigentum an die Stadt Konstanz heimfällt.

Konstanz, 1309, März 21.

Allen den, die disen gegenwúrtigen brief sehent alder hŏrent lesen, kúnden wir . . der burgermaister, . . der amman und . . der || rat von Costentz, daz wir willeclich und mit gůter betrahtunge umb die unliebi und daz widermůte, so únserm herren graven Kraften von Toggenburch, korherren ze dem tůme ze Costentz, in únserr stat widerfůr und beschehen ist, dem vorgenanten únserm herren graven Kraften und graven Friderichen sinem brůder ze besserunge und ze êren und zainer liеplichen rihtunge geben haben und geben an disem briefe únser wise, der man sprichet dú Rinwise bi Eggenhusen ze ir baider libe an únserre und an der burger stat gemainlich von Costentz. Und daz ŏch wir der vorgenante . . burgermaister, . . der amman und . . der rat von inen baiden die vorgenanten wise an únserr und an der burger stat gemainlich von Costentz enphangen haben mit den gedingen, dú hienach geschriben stant. Ez ist gedinget, swer des rates wirt ze Costentz, der die vorgenanten wise von inen baiden vor niht enphangen hat, daz der dieselben wise von inen baiden enphahen sol ze lehen. Und swele si ainest enphahet, der ist si nút mêr gebunden ze enphahenne. Ez ist ŏch gedinget, swenne die vorgenanten únser herren grave Kraft und grave Friderich ensint, so ist únser, die des rates sint, noch der

burger dekainer gebunden, die wise von dekainem iro êrben ald ir nachkomen ze enphahenne und sol únz und únserr stat dú vorgenante wise ledig sin mit allem rehte.

Wir die vorgenanten grave Kraft und grave Friderich gebrůder von Toggemburch veriehen des offenlich an disem briefe fúr únz und fúr alle únser êrben und únser nachkomen, daz die vorgenanten burger von Costentz únz die vorgenanten wise mit dem gedinge ze únser baider liben und niht fúrbaz geben hant und dz si ie der rât, swer denne des râtes wirt ze Costentz, von úns enphahen sol, der si vor niht enphangen hat. Und swenne wir zwene, die vorgenanten grave Kraft und grave Friderich ensîen, daz denne enkain únser erbe noch únser nachkome mit der vorgenanten wise mêr hat ze tůnde noch ze schaffenne, und daz die vorgenannten burger der gelúbde und der manschaft ledig und låre sint und sin sont an allen dingen.

Und zainem urkúnde der warhait alles des, so vorgeschriben stat, so hiessen wir die vorgenanten gebrůder grave Kraft und grave Friderich, .. der burgermaister, .. der amman und .. der rat von Costentz diser briefe zwêne gelich schriben und haben ŏch die besigelt mit únser zweier gebrůder und mit der stat von Costentz insigeln. Dierre brief wart geben ze Costentz, do man zalte von gottes gebúrte drúzehenhundert jare und in dem núnden jare darnach, an dem nåhsten fritage nach sant Gerdrut tage.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 623. Siegel fehlen. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 15.

Nr. 134.*

Propst Konrad und das Kapitel von S. Johann verleihen ein dem Stifte S. Johann zinsbares Haus mit Hofstätte in der Bruggasse, welches bisher H. Harder, dessen Frau Mechthild und dessen Sohn Ulrich innehatten und welches diese letzteren für 50 Pfund Pf. an den Kleriker Ulrich Murer sowie an Anna von Hof und ihre Söhne Hug und Johann verkauften, nach Aufgabe durch die Verkäufer den Käufern gegen einen jährlichen Zins von 3 Schill. Pf. Vgl. Nr. 69.

Konstanz, 1310, Juni 6.

Cůnradus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Johannis Constantiensis omnibus presencium inspectoribus supscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, || quod cum H. dictus *Harder* et Meht. uxor sua et Ůlr. filius suus domum suam superedificatum aree dicte *Gôtzins hofstat*, sitam in vico, quo itur ad maiorem pontem Reni Const., ac ipsam aream cum suis pertinenciis universis, iure censuali nobis et nostre ecclesie pertinentem, pro se suisque heredibus universis discretis personis Ůlr. dicto *Murer* clerico, Anne de Curia, Hug. et Joh. filiis eorundem pro quinquaginta libris den. Const. monete vendiderint ac iuste vendicionis titulo in eosdem et predictorum Hugonis et Johannis heredes, qui pro tempore fuerint, transtulerint pleno iure, seque predictas quinquaginta libras ab Ůlrico clerico prenotato dicto *Murer* recognoverint recepisse in pecunia numerata et in suos usus utiles ac necessarios convertisse, ac ad manus nostras resignaverint omne ius, quod sibi in domo et area prenotatis conpetiit seu conpetere videbatur: nos ad petitionem predictorum H.

dicti *Harder*, Meht. uxoris sue et Ůlr. filii sui prelibatis Ůlr. dicto *Murer* clerico, Anne de Curia, Hug. et Joh. filiis suis et eorundem filiorum heredibus, qui pro tempore fuerint, dictam domum cum area suisque pertinenciis universis concessimus et concedimus per presentes. Ita tamen, quod tam ab ipsis quam ab ipsius domus quolibet possessore ecclesie nostre predicte perpetuo tres solidi denar. monete predicte in die beati Marci ewangeliste sine dilacione qualibet persolvantur et iidem denarii fratribus presentibus ad divina distribuantur, ut festum beati Quirini martyris cum pleno officio sollempniter celebretur. Insuper si dicte[1] domus possessores, quicumque pro tempore fuerint, dictos tres solidos denar. infra spatium septem dierum post dictum festum non persolvant, cum pena trium solidorum persolvant eosdem. Hoc enim onus debet dictam domum seu aream perpetuo commitari [!]. Damus et liberam presentibus potestatem predicto Ůlr. dicto *Murer* clerico principaliter et deinde Anne de Curia, Hug. et Joh. filiis suis, dictam domum seu aream cum onere trium solidorum predictorum suis heredibus relinquendi vel aliis quibuscumque personis donandi, legandi aut vendendi, prout sibi visum fuerit expedire. Adhibitis in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

In cuius rei testimonium presentes sibi litteras tradidimus sigillorum nostrorum et officialis curie Constant. robore communitas. Nos officialis curie Const. predictus huic instrumento ad petitionem honorabilis in Christo prepositi et capituli ecclesie sancti Johannis Constantiensis predicte, Ůlr. dicti *Murer* clerici predicti, Anne de Curia, Hug. et Joh. filiorum suorum predictorum sigillum curie Constant. duximus appendendum. Datum et actum Constantie, anno domini M° ccc° x°, VIII. idus Junii, indictione VIII.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 227. Siegel des Officials beschädigt. Siegel des Propstes und des Kapitels fehlen. Rückvermerk: «Domus, que nunc vocatur ze dem Strûss» [15. Jh.]. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 16.

Nr. 135.*

Der Domherr Berthold von Litzelstetten schenkt dem Dominikanerinnenkloster S. Peter an der Fahr in Konstanz zur Begründung einer Pfründe für einen beständigen Klostergeistlichen ein Haus in der Webergasse, Wachszinsgut des Klosters Kreuzlingen, eine Forderung von 100 Scheffel Weizen an das Kloster Kreuzlingen sowie die Früchte des Gnadenjahres seiner Domherrenpfründe.

Konstanz, 1310, Juni 11.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis magister Berhtoldus de *Lůtzelostetten*, canonicus

[1] Vorlage hat dicti.

ecclesie Constantiensis, oraciones in domino cum notitia subscriptorum. Ad oblivionis caliginem et omnem erroris occasionem successoribus amputandam expedit, ea, que geruntur, certis litterarum patrociniis perhennari.

Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum religiose domine sorores, . . priorissa et conventus dominarum sancti Petri iuxta pontem Reni civitatis Constantiensis hactenus proprio sacerdote caruissent ac etiam per alios, quantum ad officium misse, rarius fuerint consolate, eedem sorores inter se convenerunt et diligenti deliberacione prehabita ordinaverunt, habere proprium de cetero sacerdotem, ad cuius sacerdotis sustentationem et prebendam perpetuam ego magister Bertoldus predictus de consensu honorabilium in Christo . . abbatis et conventus monasterii de Crúcelino dono et trado prefatis sororibus domum meam lapideam sitam in vico, qui dicitur *der Weber gasse*, contiguam a superiori parte domui altaris sancti Cůnradi, ab inferiori vero parte domui quondam Conradi dicti *Sumbringer*, perpetuo possidendam; ita tamen quod annis singulis in festo nativitatis domini satisfaciant honorabilibus viris . . abbati et conventui monasterii de Crúcelino predictis cedat[1] una libra cere nomine census, a quibus eadem domus hactenus fuerat pro dimidio fertone cere censualis. Item trado dictis sororibus ad sustentationem et prebendam dicti sacerdotis centum modios tritici mensure Constantiensis, recipiendos de prefatis dominis . . abbate et conventu monasterii supradicti spacio quinque annorum, pro quolibet anno viginti modios tritici recipiendos, secundum quod et michi tenebantur. Item lego et dono sepedictis dominabus fructus prebende mee Constantiensis, michi post mortem meam pro anno gratie debitos ad sustentationem et prebendam sepefati sacerdotis. Volens, quod tam de predictis centum modiis tritici et de fructibus antedicte prebende mee possessiones et redditus comparentur ad usus et ad meliorationem prebende sepedicti sacerdotis, ita quod ipse domine nichil umquam sibi aproprient de predictis rebus vel usurpent. Volo etiam, quod . . priorissa et conventus predictarum dominarum vel maior pars conventus cum ipsa . . priorissa possint et debeant dumtaxat ydoneum iuxta suum notum assumere vel eligere sacerdotem et assumptum, quamdiu voluerint, retinere, eo salvo omnino, quod sacerdos, qui pro tempore fuerit, per ipsas dominas assumptus seu electus ordini vel domui Predicatorum non sit astrictus. Debet etiam idem sacerdos cottidie missam legere vel cantare dictis dominabus in capella earundem, sicut tunc ipsis visum fuerit opportunum. Volo etiam, quod[2], si sepedicte sorores proprio sacerdote per tres menses continuos quocumque modo caruerint, extunc prefata domus mea lapidea ad supradictos . . abbatem et conventum de Crúcelino libere transeat et revertatur et quod ipse domine ad satisfactionem et restitutionem dictorum centum modiorum tritici et omnium eorum, que ratione dicte prebende mee ad ipsas devenerunt, capitulo ecclesie Constantiensis teneantur.

Nos quoque . . priorissa et sorores supradicte deputamus et donamus memorato sacerdoti pro sustentatione et melioratione prebende sue redditus et usufructum possessionum nostrarum, quas habemus in *Ramshain*. Promisimus etiam nichilominus corporali hoc super prestito sacramento, omnia supradicta rata et firma inviolabiliter observare et quod per nos inposterum recipiende hoc ipsum iurare teneantur.

In cuius rei testimonium et evidentiam presentes littere ad petitionem sepedicti magistri Bertoldi et nostram sunt sigillorum reverendorum in Christo . . capituli Constantiensis, . . abbatis et conventus monasterii in Crúcelino, officialis curie Con-

---

[1] Vorlage hat statt «cedat» das unverständliche «in».

[2] «quod» fehlt in der Vorlage.

stantiensis, . . prioris fratrum Predicatorum in Constantia, . . nostri et prenominati magistri Bertoldi de *Lützelostetten* munimine communite. Nos . . capitulum ecclesie Constantiensis, . . officialis curie eiusdem ecclesie Constantiensis, . . abbas et conventus monasterii de Crúcelino et . . prior fratrum Predicatorum domus Constantiensis predicti omnia premissa de scitu et consensu nostro facta fore, presentibus profitemur et in evidentiam et testimonium eorundem sigilla nostra de iussu nostro speciali ad petitionem hon. viri magistri Bertoldi de *Lutzelostetten*, canonici Constantiensis prefati et dilectarum in Christo . . priorisse et conventus sancti Petri predictarum presentibus duximus appendenda. Datum et actum Constantie anno domini millesimo tricentesimo decimo, tercio idus Junii, indictione octava.

Ungedruckt. Perg. Or. Thur. Kantonsarchiv, Abt. Kreuzlingen, Frauenfeld. Siegel 1, 2, 6, 7 hängen, 3, 4, 5 abgerissen. Schlechte Copie des 15. Jhs. GLA. Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 94. Regest: Regg. Kreuzlingen 19, Nr. 132.

Nr. 136.*

Der Domthesaurar Gebhard von Freiburg leiht eine dem Dommesneramte gehörige Hofstätte den Schwestern Adelheid und Anna von Irrendorf als Erblehen gegen einen jährlichen, dem einen Dommesner zu entrichtenden Zins von 6 Schill. 4 Pfennig. Vgl. Nr. 137.

Konstanz, 1310, Juni 18.

Gebhardus de *Friburg*, thesaurarius ecclesie Constantiensis, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Notum facimus universis, quod nos partem aree, site iuxta || atrium inferius seu cymiterium ecclesie Constantiensis, pertinentem officio sacristigie, ei videlicet sacristigie, quam tenet Hainricus edituus senior et brevior ||, contiguam a fronte seu parte anteriori strate seu vie communi, ab uno vero latere curie claustrali, quam nunc inhabitat et habet honor. dominus magister Waltherus scolasticus ecclesie Constantiensis, pro latitudine quindecim pedum versus cymiterium usque ad finem aree extendentis se usque ad aream secundi sacriste, Adelhaidi et Anne dictis de *Úrendorf* consanguineis in emphiteosim pro certo censu, videlicet pro sex solidis et quatuor denariis monete Constantiensis, solvendis singulis annis in jeiunio quatuor temporum quolibet terminò decem et novem denariis ei sacriste, qui pro tempore tenuerit domum et aream dicte aree annexam, qui et hucusque ratione dicti sui officii usufructum et usum dicte aree tenuit et possedit, de voluntate et consensu eiusdem pro bono et utilitate dicti officii locavimus et concessimus eorumque heredibus universis de consensu honor. in Christo R. decani et totius capituli ecclesie Constantiensis predicte. Dantes eisdem potestatem, dictam aream vendendi, donandi, legandi et alio quocumque modo alienandi seu transferendi in personam vel personas quascumque, salvo tamen dicto officio censu predicto et ne alienetur venditionis titulo, nisi primo offeratur sacriste, cuius aree pertinet et pertinebat et cui dictus solvendus est census. Et quotienscumque per modum alienationis transit de persona

in personam, persona illa, in quam transit, petere debet et sine contradictione assequi investituram seu infeodationem dicte aree cum meliorationibus suis, dando eidem sacriste unum quartale vini terre communis, cum de premissis fuerit investitus.

In cuius rei testimonium sigillum honor. in Christo . . capituli prenotati una cum sigillo thesaurarie nostre presentibus sunt appensa. Datum Constantie anno domini M° ccc° x°, XVIII° kalend. Julii, indictione VIII^a^.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107; Siegel erhalten. Rückvermerk: «Littera domus maioris altaris sancte Anne». Abschrift: GLA. Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 135½.

Nr. 137.*

Der Domthesaurar Gebhard von Freiburg leiht eine dem Dommesneramte gehörige Hofstätte den Söhnen des älteren Mesners Heinrich, Priester Johann und Walther, als Erblehen gegen einen jährlichen, dem einen Dommesner zu entrichtenden Zins von 7 Schilling 8 Pfennig. Vgl. Nr. 136.

Konstanz, 1310, Juni 18.

Gebhardus de Friburg, thesaurarius ecclesie Constantiensis, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Notum facimus universis, quod nos partem || aree, site iuxta atrium inferius seu cymiterium ecclesie Constantiensis, pertinentem officio sacristigie, ei videlicet sacristigie, quam tenet Hainricus || edituus senior et brevior, contiguam a fronte seu parte anteriori strate seu vie communi, ab uno vero latere curie claustrali, quam nunc tenet et habet honor. dominus magister Waltherus scolasticus ecclesie Constantiensis, pro latitudine decem et octo pedum versus cymiterium usque ad finem aree extendentis se usque ad aream secundi sacriste, Johanni sacerdoti et Walthero fratri suo filiis predicti Hainrici editui in emphiteosim pro certo censu videlicet pro octo solidis minus quatuor denariis monete Constantiensis solvendis singulis annis in jeiunio quatuor temporum quolibet termino viginti tribus denariis ei sacriste, qui pro tempore tenuerit domum et aream dicte aree annexam, qui et hucusque ratione dicti sui officii usufructum et usum dicte aree tennit et possedit, de voluntate et consensu eiusdem pro bono et utilitate dicti officii locavimus et concessimus eorumque heredibus universis de consensu honor. in Christo R. decani et totius capituli ecclesie Constantiensis predicte. Dantes eisdem potestatem, dictam aream vendendi, donandi, legandi et alio quocumque modo alienandi seu transferendi in personam vel personas quascumque, salvo tamen dicto officio censu predicto et ne alienetur venditionis titulo, nisi primo offeratur sacriste, cuius aree pertinet et pertinebat et cui dictus solvendus est census. Et quotienscumque per modum alienationis transit de persona in personam, persona illa, in quam transit, petere debet et sine contradictione assequi investituram seu infeodationem dicte aree cum meliorationibus suis, dando eidem sacriste unum quartale vini terre communis, cum de premissis fuerit investitus.

In cuius rei testimonium sigillum honor. in Christo . . capituli prenotati una cum sigillo thesaurarie nostre presentibus sunt appensa. Datum Constantie anno domini M°ccc°x°, XIIII° kalen. Julii, indictione VIII^a^.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerk: Littera pro domo minori altaris sancte Anne ac etiam pro domo dicti Roggwiler.

Nr. 138.*

Bischof Gerhard von Konstanz genehmigt die vor ihm verlautbarte Vermögensübergabe der Mya Hurst an ihre Kinder Johann und Amabilia, bestehend in einem Haus und Garten in Stadelhofen und in Fahrhabe. Die Übergebende behält sich die Leibzucht und für den Notfall auch das Veräußerungsrecht an den übergebenen Sachen vor; sie erklärt, fortan die Güter im Namen ihrer Kinder zu besitzen und giebt ihr Recht daran in die Hände des Bischofes auf.

Konstanz, 1310, Oktober 28.

Gerhardus dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam || cum salute. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod cum discreta mulier Mya dicta || *Hurstin* civis Const. in nostra presentia constituta sub anno domini M°ccc°x° in die beatorum apostolorum Symonis et Iude, presentibus testibus infrascriptis, in nostro palacio seu aula Constantiensi dederit, tradiderit et donaverit pure et simpliciter donacione inter vivos Johanni filio et Amabilie filie ipsius Mye omne ius, quod ipsi Mye in domo sua sita *ze Stadelhoven an dem graben* cum orto sibi annexo *bi U̇lriches des Gebolzhusers saelges hofstat,* comparatis ab Eberhardo dicto *Haimen* carnifice Constant. pro certa pecunie quantitate, necnon aliis rebus suis mobilis et inmobilibus universis compeciit quovismodo seu competere videbatur. Hac condicione adiecta, quod dicta Mya usufructu predictorum bonorum omnium, non obstante donacione huiusmodi facta per eam, ut premittitur, de eisdem gaudere debeat libere et integraliter, pacifice et quiete pro tempore vite sue, et nichilominus eosdem domum et ortum cum aliis rebus suis vendere possit et alienare pro suis necessitatibus, de quibus constare poterit evidenter. Et constituens, se dictas res mobiles et inmobiles predictorum Johannis et Amabilie nomine possidere, pecierit a nobis humiliter et devote, ut recepta resignacione ad manus nostras per eam super rebus antedictis donacionem per ipsam Myam factam Johanni et Amabilie prenotatis approbare auctoritate ordinaria dignaremur. Nos recepta resignatione ad manus nostras per ipsam Myam super domo, orto et aliis rebus suis mobilibus et immobilibus universis rite peracta, premissa omnia et singula in hoc instrumento contenta rata et grata habentes sub condicionibus prenotatis presentibus approbamus et auctoritate ordinaria confirmamus, in testimonium nostre approbacionis et confirmacionis sigillum nostrum presentibus appendentes. Datum et actum anno, die et loco predictis, presentibus nobili viro . . comite de *Bůchegge*, Ůlrico de *Wunneberch* cive Constantiensi et C. dicto *Krophe* camerario nostro aliisque quam pluribus fidedignis, indictione nona.

Ungedruckt. Or. NSPAKZ Nr. 18, Siegel erhalten. Abschrift: GLA., Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.); Regest: Regg. ep. Const. 3581.

Nr. 139.*

Das Domkapitel verkauft Schulden halber an den Konstanzer Bürger Johann Betminger eine Rente von 7 Schilling Pf. von einem Garten vor den Mauern von Konstanz. Konstanz, 1310, November 20.

Conradus prepositus, Růdolffus decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Ne presentis etatis negocia edax consumat oblivio, expedit, ea litterarum testimonio perhennari. Noverint igitur

universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos, solemni tractatu et unanimi prehabito cum deliberacione diligenti, redditus septem solidorum denariorum Constantiensis monete nobis nostroque capitulo annis singulis census nomine persolvendos de orto sito extra muros Constanc. iuxta portam *Rintburgtor* wlgariter nuncupatam, contiguo ex uno latere vallo civitatis Constanc. et ex alio latere strate publice vendidimus et tradidimus viro discreto Johanni dicto *Betmünger* civi Constanc. dictum censum ementi pro se suisque heredibus universis pro septem libris den. Constanc. monete, quas nos ab ipso Johanne in numerata peccunia recepisse et in usus nostros nostrique capituli utiles et necessarios videlicet in exhonoracionem debitorum, que contraximus ex empcione possessionum in *Weningen* per nos facta profitemur presentibus convertisse. Renunciantes tam pro nobis nostroque capitulo et nostris, qui pro tempore fuerint, successoribus universis circa premissa et quodlibet eorundem excepcioni doli mali, non numerate peccunie, non tradite nec solute, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis seu eciam impetrandis omnique auxilio iuris canonici vel civilis, quo mediante dicta vendicio census prenotati ullo unquam tempore in toto vel in parte violari valeat aut infringi.

Et in evidenciam premissorum presentes dicto Johanni dedimus sigillo nostri capituli consignatas. Datum et actum Constancie anno domini millesimo trecentesimo decimo, duodecimo kalend. Decembris, indicione nona.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 57 1/2, Nr. 36.

Nr. 140.*

Konrad, Sohn des Symon, Pfründner des S. Nikolausaltares in der Kirche zu Pfullendorf, vergabt zu Jahrzeitstiftungen für seine Verwandten, für den verstorbenen Bischof Heinrich II, dessen Notar der Vergebende war, sowie für sich selbst der alten Bruderschaft der Domkapläne eine ablösliche Rente von 10 Schilling Pf. jährlich von einem Haus im Tümpfel. Die Generalvikare Bischof Gerhards und der Official siegeln.

Konstanz, 1311, März 26.

Omnibus presentium inspectoribus Chûnr. Symonis, prebendarius altaris sancti Nicolai in ecclesia *Pfullendorf*, fidem subscriptis memoriter || adhibere. Cum cautum sit, diem messionis extreme piis ac bonis operibus prevenire, scire desidero universos, quod ego pro salute anime me, || Symonis et Gerdrudis patris et matris mee, Johannis, Ůlr. et. Hainr. fratrum meorum, necnon aliorum antecessorum meorum, honor. domini quondam Hainr. dei gratia Constantiensis episcopi, cuius notarius extiteram, ac Agnetis aliorumque benefactorum meorum viris discretis in Christo dilectis prebendariis altarium et cappellarum

antique confraternitatis in ecclesia Constantiensi dedi, tradidi et deputavi redditus decem solidorum monete Constantiensis ex nunc dandorum eisdem temporibus infrascriptis, videlicet quolibet ieiunio quatuor temporum triginta denariorum annis singulis perpetuo de domo et area mea sita in vico dicto *Túmpfel*, quam comparavi a Hainr. de *Denkingen* cive Constant., pro celebratione anniversarii mei, cum contingerit evenire, et nichilominus pro commemoratione mea et predictorum perpetua per vesperam et missam defunctorum cum illa collecta: Omnipotens sempiterne deus, qui vivorum etc. in capite mensis cuiuslibet facienda, si dies non fuerit feriata; que si fuerit, anticipetur vel fiat crastino, prout melius expediat vel commodius possit fieri per eosdem. Adiciendo permissionem, ut infra octavam annunciationis beate virginis officium, quod de ea in die sollempnitatis eiusdem celebrari consuevit, quilibet ex eis per missam dicendam per eum seu celebrandam una die legitime exequatur de consensu fratrum meorum et specialiter magistri Johannis canonici ecclesie Beronensis expresse adhibito ad cautelam cum sollempnitatibus legitimis et consuetis. Sane quia fortassis in posterum is, ad quem dicte domus et aree dominium seu possessio deveniret, ex solutione dictorum reddituum aliqualiter turbaretur, volo, statuo et ordino, ut idem, qui pro tempore fuerit, si sibi placuerit, dictos redditus possit absolvere a dictis sacerdotibus seu cappellanis dando eisdem pro singulis solidis unam libram den. dicte monete et hec faciendi semel et una vice in toto vel divisim seu particulariter, prout sibi placuerit et expedierit, liberam habeat facultatem.

In cuius rei testimonium sigillis reverendi in Christo patris ac domini G. dei gratia Constantiensis episcopi per ipsius vicarios generales et . . officialis curie Constantiensis presentes petivi et obtinui roborari. Sigillum meum una cum sigillo predicti magistri Johannis fratris mei presentibus appendo. Nos C. prepositus maioris et Albertus prepositus sancti Stephani ecclesiarum Constantiensium, dicti domini episcopi in spiritualibus et temporalibus vicarii generales, et . . officialis curie Constantiensis ad petitionem et instantiam dicti C. sigillum episcopale et curie Constantiensis predicte presentibus duximus appendenda in robur et evidentiam premissorum. Datum Constantie anno domini M° ccc° xi°, vii° kalen. Aprilis.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 138. Siegel erhalten. Rückvermerk: Litera pro domo sita im Tümpel ex opposito conventus Zovingen. 1458 fuit dominorum in Salem. — Gibt ietz Salemschwyler huss. 18. Jhrt.: Jährlich 10 ß ₰ Zünß ab einem Haus im Tümpfel, welches anjetzo das Rheinmühleampt inhatt u. besitzet. Regest: Regg. ep. Const. 3595.

Nr. 141.*

Prior und Konvent des Augustinerklosters Konstanz erneuern, zu Freiburg im Uechtland mit ihren Ordensobern auf einem Provincialkapitel versammelt, ihren früher zu Konstanz (vgl. Nr. 124 vom 24. Juli 1303) abgegebenen Revers, das Grundstück zwischen der Konstanzer Stadtmauer und dem Refektorium und Friedhof des Augustinerklosters auf ihre Bitten von Amman, Rat und der Bürgergemeinde auf Widerruf zur Benutzung erlangt zu haben.

Freiburg i. Ue., 1311, Juni 2.

Omnibus presentes litteras inspecturis frater [Lücke], vicarius venerabilis patris fratris [Lücke] prioris generalis, frater [Lücke], prior || provincialis provincie Reni et Swevie, frater Ůlricus prior totusque conventus fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini domus Constantiensis rei geste notitiam cum sincera in domino caritate. Cum res geste mandantur litteris, universe calumpnie materia amputatur ac litis occasio subtrahitur successori.

Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum area sita inter muros civitatis Constant., attingens in longitudinem turrim porte civitatis eiusdem wulgariter dictam *Mordertor*, et in latitudinem refectorium ac cimiterium predicte domus, nobis et predicte domui Constant. visa foret expedire, supplicarunt predicti . . prior et conventus domus nostre Constantiensis antedicte honor. et discretis viris . . magistro civium, . . ministro, . . consulibus et universitati civium Constantiensium, quatinus divine pietatis ob respectum ex speciali gratia nobis et specialiter domui nostre predicte absque omni ipsorum et civitatis Constantiensis preiudicio eandem aream precario concedere dignarentur. Qui quidem habito tractatu, consilio et deliberatione diligenti, licet considerarent, predictam aream communi usui civitatis pertinere, dicte tamen domui nostre ex speciali gratia commoditatem eiusdem aree sine omni ipsorum preiudicio concesserunt, ita quod liceat fratribus eiusdem domus utilitates suas ibidem facere quoad edificandum in ea edificia, que sibi pro sua domo visa fuerint expedire. Hoc adiecto, quod super eadem edificia et in ipsis supra et infra . . dicti magister civium, . . minister, . . consules et universitas civium Constant. liberam habeant facultatem eundi, agendi, faciendi, disponendi ac munitiones superedificandi et alias de ipsis faciendi utilitates suas, quandocumque et quocienscumque hec sibi et civitati ipsorum expedire videbuntur, retento nichilominus ipsi civitati dominio et possessione omnimoda aree prenotate. Immo etiam, si . . prior, qui pro tempore fuerit, et conventus domus nostre predicte ipsa edificia ad requisitionem . . magistri civium, . . ministri, . . consulum seu procuratorum civitatis predicte non destruxerint pro voluntate eorundem, ipsi absque nostri et omni iuris iniuria de expresso nostro mandato, conscensu et voluntate in hiis scriptis ex nunc eis dato possent eadem edificia, qualiacumque fuerint, destruere, minuere vel augere in totum vel in parte pro suo libito voluntatis et dictam aream nobis precario concessam ad usus suos, quoscumque voluerint, integraliter revocare. Et ne ex beneficio tam graciose et liberaliter, ut premittitur, concesso, domui nostre predicte dicta civitas, . . magister civium, . . minister, . . consules et universitas quidquam contrarii vel adversitatis ullo umquam tempore sentire valeant, promittimus bona fide, quod occasione concessionis predicte nullum ius nobis et nostre domui ascribemus in prefata area aut ipsos ob revocationem, destructionem aut diminutionem, ut predictum est, faciendam conveniemus coram quocunque iudice ecclesiastico vel civili. Renuntiantes insuper omnibus privilegiis habitis vel habendis, impetratis vel impetrandis a sede apostolica vel undecunque, in genere vel in specie et omnibus remediis scriptis vel non scriptis, que contra

premissa ad incomoditatem ipsorum civium vel civitatis predicte quovismodo facere viderentur.

In quorum omnium testimonium presens instrumentum dictis .. magistro civium, .. ministro, .. consulibus et civitati Constant. tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum Friburgo in *Ohteland*, in capitulo provinciali, sub anno domini millesimo CCC° undecimo, quarto nonas Junii, indictione nona.

Ungedruckt. Perg. Org. StAKZ Nr. 621. Siegel erhalten. Marmor, Urkk.-Ausz. 16.

Nr. 142.*

gubernator monasterii de Petridomo, dicti ordinis et dyocesis predicte, || omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et sinceram in domino caritatem. Ut actus legittimi etiam apud posteros remaneant inconvulsi, expedit, ipsos litteris et testibus perennari. || Quare notum sit omnibus presentibus et futuris, quod constitutis in nostri presentia Johanne dicto *Sumbringer*, filio quondam Cůnradi dicti *Sumbringer* textoris, civis Constantiensis, Mya uxore eiusdem Johannis, filia Růdolfi dicti *Nordewin* aurifabri, civis Constantiensis, et ipso Rudolfo advocato dicto Johanni filiastro suo legittime et sententialiter coram consulibus civitatis Constantiensis deputato: iidem legittime recognoverunt, quod domum sitam Constantie in vico textorum, cui a superiori parte adiacet domus, quam quondam Cůnr. pater ipsius Johannis inhabitavit, et ab inferiori domus . . dicte *Cörpelin*, que quidem domus a parte posteriori attingit ad murum civitatis, quarum etiam domus et aree directum dominium ad nostrum monasterium de Petridomo dinoscitur pertinere et ab eodem nostro monasterio teneri consuevit tanto tempore, cuius non extat memoria, in feodum censuale pro annuo censu videlicet dimidie libre piperis nobis et nostro monasterio de Petridomo predicto semper in festi beati Gregorii pape persolvendo, quam etiam domum et aream prefatus Johannes a nobis titulo feodi censualis, ut premissum est, tenebat pacifice et quiete, discreto viro Cůnrado de *Beggenhoven* clerico Constantiensi et Ite matri sue necnon Ůlrico clerico, filio Adelhaidis sororis eiusdem Cůnradi, pro se et heredibus ipsorum pro precio triginta octo librarum den. Constant. rite et legittime vendiderint tenendam et possidendam perpetuo sub iure feodi censualis a nostro monasterio de Petridomo antedicto et sub solutione census prenotati, recognoveruntque sibi de dicto precio fore totaliter satisfactum; petentes devote et instanter, ut recepta resignatione sepedicte domus et aree cum suis pertinentiis ad manus nostri gubernatoris facta per ipsum Johannem, cui etiam soli ius feodale in dictis domo et area competebat, sicut prefatus Růd. *Nordewin* et filia sua Mya predicta recognoverunt publice, qui etiam Růdolfus tamquam advocatus sepedicti Johannis ipsi resignationi expressum adhibuit consensum, prefatos Cůnradum et Itam matrem suam et Ůlricum filium sororis sue et per ipsos heredes ipsorum legittimos de sepedictis domo et area sub titulo iuris feodalis et sub quantitate census predicti investire dignaremur.

Nos, deliberatione competenti premissa, attendentes, id fieri debere ex antiqua consuetudine et approbata, recepta resignatione domus et aree prenotatarum cum omnibus suis pertinentiis a prefato Johanne, pictos Cůnradum et matrem suam ac Ůlricum filium . . sororis sue

et per ipsos heredes ipsorum legittimos utriusque sexus sub reservatione census prenotati de eisdem domo et area cum suis pertinentiis per manum nostri gubernatoris investivimus sollempniter et tenore presentium investimus. Servata itaque circa premissa omni sollempnitate verborum et gestuum, que in similibus de iure consuevit et consuetudine observari.

In evidentiam et certitudinem omnium, que prescripta sunt, sigillum abbatie nostre de Petridomo hiis duximus appendendum. Datum in nostro monasterio de Petridomo predicto, anno domini millesimo CCC° vicesimo primo, X kal. Julii, indictione quarta.

Ungedruckt. Or. NSPAKZ. Nr. 29. Siegel fehlt. Rückvermerke: [15. Jh.:] hatt Lochbüchler, gitt uff baid Johannis XII sol den. Joh. Lingk gitt uff beid Johannis XII sol den. [16. Jh.:] XII sol den uff baid Johannis ab aim huss an Schribergassen, git yetz Burgckhart Schlaich.

Nr. 169.*

Adelhaid, Witwe des Bäckers? Grenzschelm, und ihre Kinder verkaufen von ihrem Hause in Konstanz der alten Bruderschaft der Domkapläne mit Salmannenhülfe eine ewige Rente von 1 Pfund Pf. für einen Kaufpreis von 18 Pfund 10 Schilling Pf. Vgl. Nr. 186.

Konstanz, 1321, Oktober 21.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum notitiam cum salute. Noverint universi et singuli tam posteri quam presentes, quos nosse fuerit oportunum, quod constituti coram nobis iudicii in figura sub anno domini millesimo ccc° vicesimo primo, feria quarta post festum beati Galli confessoris proxima, Adelhaidis relicta quondam . . dicti *Gråntzschelm* panificis, Martinus sacerdos et Jacobus ac Margareta liberi eiusdem Adelhaidis publice confessi sunt, se per manus discreti viri Cůnradi dicti *in der Bynde* senioris, civis in Constantia, sui *salmanni*, unanimi de consensu, deliberatione prehabita diligenti, de domo sua et area sita in Constantia in medio domorum videlicet Jacobi dicti de *Rogwile* et Lútfridi dicti *Geboltzhuser*, civium in Constantia, redditus unius libre denariorum Constantiensium dilectis in Christo . . sacerdotibus antique confraternitatis in ecclesia Constantiensi rite et legitime vendidisse et tradidisse ac iusto vendicionis titulo transtulisse in eosdem pro decem et octo libris et decem solidis den. monete Constantiensis, quam pecuniam ab eisdem recepisse integraliter et in suos usus fore conversam sunt professi. Qui quidem redditus unius libre prenotate per prefatos venditores et eorum heredes ipsis sacerdotibus et eorundem successoribus universis de dicta domo et area perpetuo solvi debebunt modo subnotato, videlicet quolibet festo quatuor temporum quinque solidi denariorum predictorum, eandem solutionem incipiendo dumtaxat in festo quatuor temporum proxime venturo

post diem cinerum immediate nunc instantem, et non ante. Hac pena adiecta, quam ipsi venditores pro se et suis heredibus sponte subintraverunt, videlicet quandocunque ipsi vel eorum heredes in solutione dictorum quinque solidorum singulis festis quatuor temporum per eos facienda ad spacium quatuordecim dierum post festum huiusmodi immediate sequencium negligentes extiterint et inventi, quod extunc ad solutionem dimidii quartalis vini terre communis mensure Constantiensis dictis sacerdotibus et eorum successoribus faciendam legitime teneantur. Promiserunt etiam dicti venditores pro se et suis heredibus universis bona fide coram nobis, quod ipsi prefatas domum et aream non vendere nec alienare aut in aliquas personas transferre debent, nisi ille persone dictis sacerdotibus antique confraternitatis premisse litteras tradant et assignent, per quas ad solutionem dictorum reddituum eis faciendam sint astricti et ligati sub forma, modo et pena prenotatis. Est eciam inter ipsos venditores et emptores condictum ita et conventum, quod ipsis sacerdotibus prenotati redditus sine omni dampno et periculo ipsorum assignari debent et quod occasione huiusmodi reddituum ipsis, ut dicitur, debitorum de domo et area prenotatis exaccio, stipendia, stúre, vigilie seu alia iura quecumque iuxta consuetudinem civitatis Constantiensis debita occasione talium vendicionum ab eisdem exigi, recipi et postulari non debebunt ullomodo. Renunciaverunt quoque venditores prenotati pro se et heredibus suis exceptioni doli mali et in factum, deceptionis ultra dimidiam iusti precii, non numerate, non solute, non tradite pecunie ac omni iuris ecclesiastici et secularis auxilio et aliis viis et modis quibuscunque, quibus mediantibus ea, que premissa sunt, vel aliquod ex eis ullo umquam tempore aliqualiter possent infringi vel eciam violari. Adhibitis in omnibus premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

In horum itaque omnium et singulorum premissorum testimonium sigillum curie Constantiensis una cum appensione sigilli Cůnradi *in der Byunde salmanni* prefati, qui vendicioni premisse consensum suum adhibuisse libere confitebatur, ad eiusdem *salmanni* ac venditorum et emptorum prescriptorum petitionem et instanciam appendi fecimus huic scripto. Datum et actum Constantie, anno domini et die prenotatis, indictione quinta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 138. Siegel vorhanden.

Nr. 170.*

Rudolf und Heinrich Stocker, Bürger von Konstanz, vergleichen sich mit den Schwestern des Konventes in Witengassen inbetreff einer die beiderseitigen Liegenschaften trennenden Mauer dahin, daß die Mauer als gemeinschaftliche

Scheidemauer der beiderseitigen Benutzung durch An- und Aufbauen zur Verfügung stehe, daß jedoch keine Lichtöffnungen in derselben angebracht werden dürfen. Der Konvent in Witengassen zahlt eine Vergleichsumme von 14 Pfund. Konstanz, 1322 o. T.

Allen den, die disen gegenwúrtigen brief sehent alder hŏrent lesen, kúnden wir Rûdolf und Hainrich die Stokker, gebrûder, burger ze Costentz und veriehent || des offenlich an disem briefe, daz die erberen swesteran dez coventes in Witungassen sich umbe alle die stŏze, so si daher mit úns gehebt hant umb die mûre, dú || entswúschen únserm garten und iro garten von únserz stainhus und von iro kelres mûre untz hinfúr an die strasse gât, mit úns lieplich und gûtlich beriht hant mit der beschaidenhait und also, daz wir dez baide veriehent offenlich, daz dú selbe mure der vorgenanten swesteran und ŏch únser reht und redelich gemain ist, und ŏch êweclich gemein wesen sol ane alle widerrede. Und sont die vorgenanten swesteran gewalt han, schorstain ze stôzenne irhalb in dieselben mure, swa si der bedurfent und als vil si der bedurfent, und sont ŏch uf die mure bûwen und machen, swez si bedurfent, doch mit der beschaidenhait und also, daz si enkain lieht úber úns weder von holtz noch von gemúre noch mit dekainen dingen bûwen noch rihten sont. Und sont ŏch wir gewalt han únserenthalb in dieselben mure und uf die mure ze bûwende, swez wir bedurfent, als vorbeschaiden ist. Wir veriehent ŏch dez an disem briefe, daz wir den vorgenanten swesteren durch liebi gunnen haben, daz si den gibel ir dormenders uf únser mure des stainhus uftriben und muren, swenne si wellent, und sont ŏch in dieselben mure weder undenan noch obenan enkain loch machen noch brechen noch mit dekainen dingen schadegen noch bekrenken, wan daz si den vorbenenten gibel ûf untz in den spîtz des dormenders muren sont und niht fúrbaz, denne als daz selbe tach ir dormenderz begriffen hat, und sont wir enkain lieht úber sú rihten. Und umbe die selben sachan, daz sich die vorgenanten swesteran lieplich mit úns beriht hant, so han wir willeclich und gûtlich von inen enphangen vierzehen phunt phenninge Costentzer múnze, und sîen ŏch der von inen gäntzelich gewert, alz wir veriehen an disem briefe. Wir veriehen ŏch und binden úns und unser erbon und nachkomen darzû an disen briefe, daz wir die vorgenanten swesteran ald ir nachkomen umbe die vorgenanten mure niemer angesprechen, beclagen noch bekúmberin vor dekainem geriht, gaistlichem alder weltlichem, noch ane gerihte fúrbaz, denne alz vorgeschriben stat.

Und zainem urkúnde, daz alles daz, so an disem brief geschriben stat, war si und unwandelbar belibe, so geben wir die vorgenanten Rûdolf und Hainrich die Stokker gebrûder den vorgenanten swesteran und allen ir nachkomen disen brief besiegelten mit únseren und mit der stat ze Costentz insigeln. Wir der . . burgermaister und . . der rat der stat ze Costentz geben únster stat insigel ze Costentz durch bette der vorgenanten Rûdolfes und Hainriches gebrûder zainem urkúnde der warhait an disen brief. Dis geschach ze Costentz, da zegegen waren dis erberen manne: Rûdolf der êlter Ruhe, Cûnrat Phefferhart, Johans Spûl, Jacob Spûl, Sifrit der Stokker, Cûnrat der Stokker, dem man da sprichet der iunge burger; Rûdolf der Stokker, Rûdolfes säligen sun des Stokkers; Cûnraten den Stokker, Hainriches säligen sun; Hainrich und Volkenant die Keller gebrûder von Harprehtswille und Willehalm von Hove, burger ze Costentz und ander bider lút genug. Und wart dierre brief geben, do man zalte von Cristus gebúrte drúzehenhundert iar und in dem zwai und zwainzegosten iare, darnach an [Datum fehlt].

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 145[a]. Siegel fehlt.

Nr. 171.*

Domdekan Johann, Domscholaster Walther und das Domkapitel beurkunden, daß Ulrich Walch von Arbon seine zwei, ihm zu freiem Eigentum gehörigen Häuser in der Predigergasse mit Salmannhülfe dem Domkapitel geschenkt habe unter der Bedingung, daß dieses mit den geschenkten Häusern als Zinseigen, jedes mit einem jährlichen Zins von ½ Viertel Wachs an den Hochaltar des Münsters belastet, den Predigermönch Ulrich von Arbon, einen Sohn des Schenkers, sowie das Konstanzer Predigerkloster oder wem immer der genannte Mönch dieselben zuwenden wolle, beleihe. Das Domkapitel führt diese Beleihung aus. Der Schenker behält sich und seiner Tochter Mechthild das Recht vor, gegen einen jährlichen, an das Predigerkloster zu leistenden Rekognitionszins von 2 Pf. lebtäglich die geschenkten Häuser in Person oder durch Mieter zu nießen.

Konstanz, 1322, März 20.

In nomine domini amen. Universis Christi || fidelibus presentes litteras inspecturis Johannes decanus ac Waltherus scolasticus et capitulum || ecclesie Constantiensis salutem in domino et noticiam subscriptorum. Rationis ordinate calculis observatur, cum devotorum largitati mutua recompensationis gratia respondetur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum vir discretus Ůlr. dictus *Walch* de Arbona, spontanea devotionis ductus largitate, nobis nomine dumtaxat Constantiensis ecclesie capituli duas domos suas, iure proprii sibi pertinentes, sitas in civitate Constantiensi in vico, quo itur ad fratres Predicatores, contiguas ex uno latere domui *Gůte* dicte de *Menlishoven* ex alio vero latere domui Mahthildis et Ite dictarum de Campidona, cum omnibus suis pertinentiis, iuribus et circumstantiis universis per suas et discreti viri Růdolfi dicti *Ruhen* civis Constantiensis manus, tunc *salmanni* predictarum domorum, liberaliter tradiderit et donaverit sub hiis pactis: Ut videlicet nos et nostri successores, qui pro tempore fuerint, vice et nomine dicti nostri capituli eo iure, quod vulgariter *zinsaigen* dicitur, dictas domos cum suis pertinentiis sub prestatione annua census unius dimidii fertonis cere de una ipsarum domorum et similiter de altera ipsarum unius dimidii fertonis cere ponderis Constantiensis ad usum maioris altaris ecclesie Constantiensis nobis et successoribus nostris per possessorem seu possessores domus predicte annis singulis in festo nativitatis beate virginis [facienda][1], tradere et transferre sine quovis obstaculo teneremur in personam religiosi viri fratris Ůlrici de Arbona ordinis Predicatorum, dicti Ůlrici *Walch* filii, et in priorem et in conventum fratrum Predicatorum Constantiensium ac in personam vel personas alias religiosas, ecclesticas vel seculares, collegiatas seu singulares et ad pia loca, quocumque nomine nuncupentur, in quas personas seu in quam et in que loca seu in quem frater Ůlricus pre-

[1] Fehlt in der Vorlage (Abschrift).

dictus sub competenti testimonio domos ipsas duxerit transferendas, ad quod licite faciendum ipse frater Ůlricus habet et nobis ostendit plenum sui superioris mandatum, prioris videlicet provincialis. Et ut etiam, si iam dictus frater Ůlricus de sepedictis domibus in vita sua nichil disposuerit aut ordinaverit, circa personas, monasteria, ecclesias vel alia loca pia, prout superius et expressum, quod extunc post mortem eiusdem fratris Ůlr. ipse domus devolvantur ymmo devolute sint eo ipso ad memoratos priorem et conventum fratrum ordinis Predicatorum in Constantia, non obstante nostra et nostri capituli contradictione qualibet, pleno jure. Hoc adiecto, quod supradictus Ůlricus *Walch* ac Mahthildis filia sua, soror germana ipsius fratris Ůlrici, ambo vel alter eorundem predictas domos cum omnibus iuribus et pertinentiis suis in vita ipsius fratris Ůlrici, quamdiu ipsas domos non vendiderit, alienaverit, distraxerit aut obligaverit, et etiam post decessum ipsius fratris Ůlrici, si ad conventum fratrum Predicatorum Constantiensium, ut premissum est, devolute fuerint dicte domus et ipsi superstites extiterint, pro annuo censu duorum denariorum usualis monete Constantiensis ipsis fratribus Predicatoribus ab eisdem Ůlrico et Maehthildi annis singulis in festo sancte Gerdrudis solvendo, ad omnem comoditatem, usum, usufructum et utilitatem ipsius Ůlr. et Måhth. habeant et teneant, ita ut per se ipsos Ůlricum et Maehthildim et per alios quoscumque homines utriusque sexus, cuiuscumque condicionis existant, dictas domos inhabitare et aliis inhabitandas locare et concedere pro tempore vite ipsorum Ůlrici et Maehth. dumtaxat, reservato semper capitulo nostro prenotato censu, valeant, contradictione dictorum . . prioris et . . fratrum non obstante, nisi fortassis predictus frater Ůlricus de dictis domibus aliter disponeret in vita sua, ipsas, ut superius est expressum, in loca alia aut alium, in personam vel personas alias transferendo.

Nos ipsius Ůlrici *Walch* pietatis affectum, quem ad nos habere dinoscitur, de precepta donatione non ingrati provide considerantes, domos predictas cum omnibus pertinentiis et iuribus suis in nos iuxta prescriptam formam translatas iure sepedicto, quod vulgo *zinsaigen* dicitur, transferimus in dictos Ůlr. et Ůlricum ac Maehthild. necnon in priorem et conventum fratrum Predicatorum Constantiensium ac in personam et personas, locum et loca, cui vel quibus ipse frater Ůlr. domos ipsas vel alteram earum supradicto modo tradiderit, communiter vel divisim, investientes presentialiter preexpressis modis huiuscemodi personam et personas, locum et loca de dictis domibus prescripto iure, quod vulgo *zinsaigen* nuncupatur. Et ut idem Ůlricus dictus *Walch* de sua liberalitate gaudeat sibi liberalius fore factum, damus ex nunc fratri Ůlrico sepedicto et omnibus aliis personis secularibus quam

ecclesiasticis, collegiatis et singularibus et locis piis, in quas fortasse posthac[1] dictus frater Ulricus prescriptas domos duxerit transferendas, plenam et liberam potestatem, cuiusvis alienationis titulo etiam sine requisitione et investitura nostra seu successorum nostrorum domos predictas iure sepedicto, quod *zinsaigen* dicitur, quando et quotiens voluerit, in personas ecclesiasticas et seculares, collegiatas aut singulares seu loca religiosa, quocumque nomine nuncupentur, transferendi, salva nobis tamen solutione census unius fertonis cere superius nominati per eos vel eum, qui in tempore dictarum domorum possessor fuerit, sine difficultate qualibet facienda. Nec si solutio predicti census per multos annos per quemquam dictorum possessorum negligeretur, in ipsis domibus nobis vel successoribus nostris propter hoc aliquid iuris acquiri potest, sed tantum pro solutione neglecti census poterimus contra debitorem illius experiri. Ut autem premissa et quodlibet premissorum perpetue firmitatis robore gaudere possint, renunciamus circa ipsa et quodlibet eorundem tam pro nobis quam pro successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, universis litteris a sede apostolica aut aliunde habitis aut habendis, defensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus constitutionibus et statutis editis et edendis, omni auxilio consuetudinis generalis et particularis, actioni et exceptioni doli mali et in factum et generaliter omni suffragio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que prescripta sunt, vel eorum quodcumque possent quovismodo violari.

In evidentiam et firmitatem perpetuam omnium premissorum presens instrumentum predictis Ůlrico et Ůlrico et omnibus, quorum ad presens interest et intererit in futurum, tradidimus et assignavimus sigillo nostri capituli roboratum. Datum Constantie anno domini M°CCC°XXII, XIII kalendas Aprilis, indictione quinta.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschriften GLA. Cop. 506 (alte Nr. 319), f. 132. Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 131½.

Nr. 172.*

Hug Schnewiß, Bürger von Konstanz, verzichtet gegenüber Ulrich Brobingger und dessen Ehefrau auf alle Ansprüche an ein Haus mit Hofstätte in der S. Paulsgasse neben dem Hause des Ausstellers und nimmt in dieser Sache für sich und seine Erben Recht vor dem Rate.

[Konstanz], 1322, Mai 14.

Allen den, die disen brief ansehent oder hŏrent lesen, kúnde ich Hug Schnewiz burger || ze Costenz und vergihe des offenlich an disem briefe, das ich mich enzigen han || an Ůlriches des Brobinggers hant und an vron Katherinun, siner elichen husvrowen, fúr mich und alle mine rehten erben alles des rehtes und der ansprache, die ich gehebt han an dem huse und der hofstat, dú gelegen sint

---

[1] Vorlage (Abschrift) hat das unverständliche poscat.

in der vorgenanten stat ze Costenz an sant Paulesgassun entzwischen minem und Diethriches des Smides húsern, und das weder ich noch enkain min rehter erbe enkain ansprache ze dem huse und der hofstat niemer sont gewinnen. Und hab in . . den burgermaister, . . den amman und den rat der vorgenanten stat ze Costenz ze wern gegeben, die sont úber mich und úber minen rehten erben rihten, swa ich oder mine rehten erben iemer dawider tâten.

Und gibe darumbe zainem urkúnde ainer warhait min insigel an disen brief. Der wart gegeben, do man zalte von gottes gebúrte drúzehenhundert jare und in dem zwaiundzwainzigisten jare darnach, an dem vritag vor der uffart tag únsers herren.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 106. Siegel fehlt. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 21.

Nr. 173.*

Vor dem Offizial schenkt der Priester Heinrich von Bohlingen, Kaplan des Allerheiligenaltars im Münster, die ihm gehörige Hälfte eines Hauses in der Predigergasse, von welcher bisher schon das Kloster Salem einen jährlichen Zins von ½ Viertel Wachs bezog, diesem Kloster und behält sich an der geschenkten Haushälfte das Leibgedingrecht vor.

Konstanz, 1322, September 27.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum notitiam et salutem. Noverint universi presentium || auditores tam posteri quam presentes, quos nosse fuerit oportunum, quod sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo || secundo, feria secunda ante festum beati Michahelis archangeli proxima, constitutus coram nobis iudicii in figura discretus vir et in Christo dilectus Hainricus dictus de *Bollingen* sacerdos, prebendarius altaris omnium sanctorum in ecclesia Constantiensi, recognovit et publice confessus est, quod ipse, compos sue mentis, animo deliberato, sui et suorum progenitorum salute animarum profutura considerata, medietatem domus site in Constantia in vico Predicatorum sibi titulo proprietatis pertinentem, de qua solvere consuevit singulis annis in festo beati Martini dimidium fertonem cere ponderis Const., cuius quidem domus residua medietas pertinet discreto viro Hainrico dicto *Sygoltzhuser* textori in Const. et quam ab uno latere domus domini Hainrici dicti *Geltkâse* sacerdotis in Constantia, ab alio vero latere domus Gůte de *Biberach* contingunt, religiosis viris abbati et conventui monasterii in Salem Cysterciensium ordinis, Constantiensis dyocesis, quibus census prescriptus de dicta domus medietate debetur, donavit, statuit, legavit et ordinavit et officio sartorie in dicto monasterio per eos perpetuo tenendam et possidendam cum omni iure post mortem dumtaxat Hainrici de *Bollingen* prenotati. Ita tamen, quod usufructus ipsius medietatis domus eidem Hainrico cedat et pertineat, quoad vixerit, pleno iure, huiusmodi donatione et legatione non obstantibus quoad percepcionem usufructus antedicti, et quod dicte domus medietas prefatis abbati et conventui monasterii in Salem et

officio sartorie ibidem presciptо pertineat et ad eos pleno iure devolvatur post decessum Hainrici de *Bollingen* prenotati, contradictione heredum eiusdem non obstante. Et renunciavit pro se et suis heredibus universis sponte coram nobis omni iuris ecclesiastici et secularis auxilio et aliis condicionibus et modis quibuscunque, quibus mediantibus contra premissas donationem, statutum, legatum et ordinationem venire posset aut eas infringere quovismodo. Adhibitis in omnibus premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

In horum itaque omnium et singulorum testimonium ad petitionem prefati Hainrici de *Bollingen* presentes litteras sigillo curie Const. fecimus communiri. Datum Constantie anno domini et die prescriptis, indictione sexta.

Perg. Or. GLA. Siegel erhalten. Auszug: Cod. dipl. Sal. III, 260, Nr. 1200a.

Nr. 174.*

Propst Albrecht und das Kapitel des Stifts S. Stephan nehmen von Hugo in der Bünde dem Älteren, Bürger von Konstanz, dessen vom Stift S. Stephan zu einem jährlichen Zins von 3 Schilling Pf. erblehenbares Haus am Fischmarkt auf und beleihen damit den Arzt mag. Guido den Jüngern, Bürger von Konstanz, an welchen Hugo in der Bünde dasselbe verkauft hatte. Vgl. Nr. 118 und 180.

Konstanz, 1323, April 29.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Albertus prepositus totumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis subscriptorum notitiam cum salute. Cum Hugo dictus *in der Búnde* senior, civis Constantiensis, domum suam sitam iuxta forum || piscium, ex opposito alte domus Cůnradi dicti *Pfefferharzt*, magistro Gwidoni cyrurco iuniori, civi Constantiensi, rite ac legitime pro certa quantitate peccunie vendiderit et tradiderit, petens instanter a nobis, ut prescriptam domum prefato magistro Gwidoni concedere non postponeremus: nos ad petitionem eiusdem Hugonis *in der Búnde*, recepta resignatione dicte domus ab eodem Hugone ac totius iuris sibi conpetentis in eadem ad manus nostras sollempniter facta, domum eandem cum omni suo iure ac etiam cum pertinentiis suis universis magistro Gwidoni predicto in perpetuum concessimus et concedimus per presentes iure censuali et hereditario, videlicet sub onere census trium solidorum dumtaxat nobis dandorum annis singulis de domo eadem in die beati Benedicti, ut idem festum in perpetuum cum pleno celebretur officio, ab eodem magistro Gwidone perpetuo possidendam et in personas, quascumque maluerit, sub eodem census onere transferendam, quandocumque et quocumque translationis seu alienationis titulo sibi visum fuerit expedire, nobis etiam et nostris successoribus irrequisitis.

Adhibitis in omnibus et singulis supradictis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

In evidentiam itaque singulorum et omnium premissorum presentes litteras prefato magistro Gwidoni dedimus et concessimus sigillorum nostrorum robore communitas. Datum et actum Constantie anno domini millesimo ccc° vicesimo tertio, IIII° kalen. Aprilis, indictione sexta.

Ungedruckt. Perg. Orig. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerk: Alia traditio domus nuncupate zum Schilt.

Nr. 175.*

Propst Rudolf von Liebegg und das Kapitel des Stifts Bischofszell verkaufen ihr Haus, am Tümpfel in Konstanz gelegen, um 34 Pfund Pfennig mit Zustimmung ihrer Salleute an Johann von Wald. Der Kaufpreis ist als Ewiggelt von jährlich 2 Pfund 10 Schilling, zahlbar vom Tode des derzeitigen Leibzuchtberechtigten Heinrich von Iberg an, zu bezahlen. Der Käufer verzichtet sofort auf das Eigentum am Haus zugunsten der Verkäufer und nimmt es von diesen als Erbzinslehen gegen das jährliche Reichnis von einem halben Vierling Wachs. Konstanz, 1323, August 5.

Růdolfus de *Liebegge* prepositus, . . custos, . . cellarius totumque capitulum ecclesie Episcopaliscelle omnibus presentes litteras inspecturis orationes in Christo Jesu cum notitia subscriptorum. Ut || contractus bone fidei a memoria hominum non excidant, expedit, ipsos firmo litterarum et testium testimonio perhennari. Quare notum sit omnibus presentibus pariter et futuris, quibus scire ac no|sce fuerit oportunum, quod cum nos et ecclesia nostra predicta gravibus essemus debitorum oneribus onerati, a quibus absque aliquali alienatione rerum nostrarum immobilium excuti nullatenus poteramus, domum et aream nostras, iure dominii vel quasi nobis et ecclesie nostre predicte pertinentes, sitas in Constantia in vico dicto in wlgari *am Túmpfel* in acie eiusdem vici, quibus ab uno latere domus et area Cůnr. dicti *Studer* et a parte inferiori domus et area . . dicte de *Schnezenhusen* deo devote contiguantur, in quibus quidem domo et area nostris usufructus earundem discreto viro Hainrico dicto de *Iberg* conpetit dumtaxat pro tempore vite sue, discreto viro Johanni dicto de *Walde* suisque heredibus universis, de consensu, voluntate et permissione discretorum virorum Cůnr. dicti *Gőtzli* senioris et Johannis dicti *Tettikover* civium Const. libero et expresso, nostrorum in dictis domo et area *salmannorum*, necnon directum dominium vel quasi et omne ius et actionem nobis et ecclesie nostre predicte in eisdem domo et aria quovis modo conpetentes, matura et provida deliberatione ac sollempni stipulatione inter nos prehabitis et premissis, rite et legitime vendidimus et vendimus ac in eundem Johannem transferimus rite et sollempniter per presentes pro triginta

et quatuor libris den. Const. sub condicionibus, penis et pactis infrascriptis.

Debent inquam prefatus Johannes de *Walde* et sui heredes necnon quilibet domus et aree predictarum possessor nobis, ecclesie nostre et nostris, quicumque pro tempore fuerint, successoribus seu nostro, quicumque pro tempore fuerit, cellerario nostro nomine in perpetuum singulis annis duas libras cum decem solidis den. Const. de predictis domo et area post mortem predicti Hainrici de *Iberg* dumtaxat, cui usufructus earum, prout premittitur, pro tempore vite sue pertinet et pertinere debet sine omni contradictione, mediam videlicet partem eiusdem peccunie in festo nativitatis domini et reliquam mediam partem in festo nativitatis beati Johannis Baptiste sine omni contraditione et sine omni nostro periculo, dampno, laboribus et expensis, etiam si predictam domum ignis voragine seu alio quovis casu seu eventu, quod absit, contigeret totaliter devastari, sive eciam eidem aree numquam aliqua domus superedificaretur et nichilominus, si eadem area inculta per omnia remaneret, solvere census nomine et plenarie presentare. Si vero ex parte civium Constant. vel aliorum quorumcumque census predictus ullo umquam tempore stúrarum et vigiliarum contributione et inpositione ac quibuscumque aliis exactionibus seu talliis quovis modo seu ex causa quacumque oneratus fuerit, huiusmodi onus et eiusdem oneris expeditionem conpletam idem Johannes de *Walde*, heredes sui et quilibet earundem domus et aree possessor in se recipere debent et totaliter, ita quod in nullo census prescriptus minuetur, sine omni nostro dampno, periculo, laboribus et expensis persolvere sine cuiusvis obice impedimenti.

Est etiam inter nos . . prepositum, . . custodem, . . cellerarium et capitulum predictos nostro, ecclesie nostre et successorum nostrorum quorumcumque necnon inter Johannem suo, heredum suorum et possessoris predictorum nomine conventum et legittime peractum, quod si idem Johannes, heredes sui et quilibet earundem domus et aree possessor censum predictum terminis prescriptis ullo umquam tempore non persolverent, quemadmodum est prescriptum, quod extunc idem Johannes, heredes sui et quilibet dictarum domus et aree possessor post lapsum unius anni proximi, postquam ex parte nostri vel cellerarii nostri, quicumque pro tempore fuerit, lapsis tamen terminis solutionis census predicti vel alterius eorundem super eiusdem census solutione requisiti fuerint, cadere debent et etiam lapsi sunt ipso facto, prescripteque domus et area cum omnibus ipsarum pertinentiis et attinentiis quibuscumque ad nos, ecclesiam nostram et nostros, quicumque pro tempore fuerint, successores extunc devolvi debent et devoluti sunt ipso facto, contradictione cuiuslibet non obstante.

Verum cum domus et area predicte ad potestatem et dominium Johannis de *Walde* predicti et suorum heredum iure proprietatis et directi dominii per nos sint devoluti, quemadmodum est predictum, idem Johannes post premissa, recognoscens, sibi ex premissis per nos gratiam fore impensam specialem, huiusmodi iuri proprietario et directo dominio sibi in predictis domo et area premissorum occasione pertinentibus sponte et libere renuntians ad manus nostras, volens de eisdem feudem facere censuale, quod in wlgari *ain reht erbcinslehen* nuncupatur, easdem domum et aream a nobis et ecclesia nostra predicta recepit in feudum huiusmodi censuale pro se, heredibus suis et earundem domus et aree possessoribus singulis et universis. Ita videlicet, ut idem Johannes, heredes sui et quilibet dictarum domus et aree possessor singulis annis in festo purificationis gloriosissime virginis Marie dimidium fertonem cere ponderis Const. census nomine et in signum dominii custodi nostro, quicumque pro tempore fuerit, usibus maioris altaris ecclesie nostre predicte applicandum dent integraliter et assignent; quodque, cum area et domus predicte extra sepedicti Johannis de *Walde* heredumque suorum dumtaxat quovismodo pervenerint potestatem, is, ad cuius potestatem huiusmodi domus et area pervenerint, a cellerario nostro quicumque pro tempore fuerit, easdem domum et aream recipere debeat in feudum et ab eodem cellerario de eisdem domo et area requirere debeat sub solutione census cere predicte, se humiliter investiri, cellerariusque predictus huiusmodi requirentem de predictis domo et area investire debet sub solutione census predicte sine qualibet reclamatione, et investitus predicto cellerario nomine erarii unum quartale vini littorei melioris, quod tunc in civitate Constant. venditur, dare debet qualibet sine mora. Adhibitis itaque in omnibus et singulis predictis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Renunciavimus et nos presentibus rite et legittime renunciasse publice profitemur omni exceptioni doli mali, deceptionis ultra dimidium iusti pretii, beneficio restitutionis in intregrum principaliter et incidenter, non adhibite sollempnitatis, litteris a sede apostolica vel aliunde inpetratis et inpetrandis, omnique iuris canonici, civilis et consuetudinarii auxilio et defensioni, quibus mediantibus nos, ecclesia nostra seu nostri, quicumque pro tempore fuerint, successores contra premissa omnia vel aliquid eorundem ullo unquam tempore venire vel facere possumus aut ea vel aliquid eorundem in iudicio vel extra verbo vel facto aliquatenus violare.

Et ut prenominatus Johannes de *Walde*, heredes sui et quilibet predictarum domus et aree possessor circa premissa maiori gaudeant securitate, presentes eisdem, venerabilis in Christo patris et domini, domini Rů d., dei gratia episcopi Constant. et guber-

natoris ecclesie ac nostrorum pro nobis, ecclesia nostra nostrisque, quicumque pro tempore fuerint, successoribus, necnon *salmannis* nostris predictis sigillorum signaculis consignatas dedimus, quibus etiam sigillum prefati Johannis de *Walde* pro se, heredibus suis ac possessoribus sepescriptis appensum est in robur efficax et firmum testimonium singulorum et omnium premissorum. Nos quoque Rûd. episcopus predictus recognoscentes, omnia et singula predicta rite et legittime fore facta, quemadmodum est predictum, sigillum nostrum ad instantem et humilem petitionem . . prepositi, . . custodis, . . cellerarii totiusque capituli ecclesie Episcopaliscelle predicte necnon Cûnr. et Johannis *salmannorum* predictorum ac Johannis dicti de *Walde* prescripti apponi fecimus huic instrumento, cui etiam sigillum prefati Johannis de *Walde* appositum est in testimonium premissorum. Nos quoque Cûnr. dictus *Gôtzli* et Johannes dictus *Tettikover salmanni* predicti presentibus publice profitemur, domum et aream predictas in prefatum Johannem de *Walde* et suos heredes modo prescripto de nostro consensu, voluntate et permissione venditas et translatas esse, et nos a predicto domino nostro episcopo instanter et humiliter petivisse, ut suum sigillum huic instrumento apponere faceret in testimonium super eo. Ego insuper Johannes de *Walde* sepedictus, recognoscens pro me, heredibus meis et omnibus possessoribus domus et aree predictarum, huiusmodi domum et aream in me pactis, condicionibus et penis suprascriptis fore translatas, meque eisdem penis, condicionibus et pactis meo, heredum meorum et possessorum predictorum nomine aquievisse et spontanee submisisse et prescriptum dominum meum episcopum super appensione sui sigilli rogasse humiliter et instanter, sigillum meum pro me, meis heredibus et possessoribus predictis huic instrumento appono in omnium et singulorum testimonium premissorum. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, in die beati Oswaldi, indictione VI[a].

Ungedruckt. Perg. Or. Thurg. Kantonsarchiv Frauenfeld. 1 Siegel erhalten, 3 fehlen. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 3964. Rückvermerk: Item secunda littera super census domus ze dem Risen in Constantia [14. Jh.].

Nr. 176.*

Das Kapitel des Stifts S. Stephan verleiht ein Haus zu Stadelhofen, welches bisher Konrad von Tettikofen besessen und dem Stift aufgegeben hatte, an Mechthild Hirtin als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 4 Schilling 4 Pf.

Konstanz, 1323, September 28.

Nos capitulum ecclesie sancti Stephani Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem in domino cum || notitia subscriptorum.

Noverint universi et singuli, quos nosce fuerit opportunum, quod nos domum sitam in *Stadeln*||*hoven* in Constantia, quam ab uno latere contingit domus Hainrici dicti *Bůwille* et ab alio latere domus Růdolfi dicti *Moser*, nobis iure proprietatis pertinens[!], quam antea Cůnradus dictus de *Tettikoven* tenuit et ad manus nostras resignavit, eandem Mech. dicte *Hirtin* de Constantia ac omnibus heredibus eiusdem per manus discreti viri Růdolfi dicti *Köpfinger* sacerdotis, cellerarii nostri, concessimus et concedimus per presentes iusto titulo feodali pro annuo censu perpetuo possidendam, videlicet pro quatuor solidis et tribus denariis ac etiam uno denario ratione decime tali pactu, quod idem Mech. vel heredes ipsius seu in quem eadem domus translata fuerit, nobis seu nostro cellerario, qui pro tempore fuerit, singulis annis predictam peccuniam, videlicet in festo beati Johannis Baptiste quatuor denarios, et in festo purificationis beate virginis Marie quatuor solidos denariorum Constantiensium assignet integraliter et conplete.

In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri predicti appendi fecimus huic scripto. Datum Constantie, anno domini millesimo ccc° vicesimo tertio, IIII° kalen. Oktobris, indictione septima.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerke: habet modo dicti Brisin [15. Jh.]; Hanstötter zů Stadelhofen [16. Jh.]; iam Clainhans Huld; Moritz Fryger, och Magdalena, seine Tochter; jetz Ursula Khellerin [alles 16. Jh.]. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 71.

Nr. 177.*

Der Keller und das Kapitel des Stifts S. Stephan verleihen dem Krämer Ulrich Mesner, Bürger von Konstanz, nebst Frau und Kindern acht Juchart von des Stifts Gütern, am Rhein bei den Schotten gelegen, als Erblehen gegen jährlich 5½ Pfund 8 Schilling Pf., wovon 6 Pfennig jährlich an den Schottenabt fallen für ein Wegrecht über des letzteren Gärten.

Konstanz, 1324, Mai 8.

Allen den, die disen brief ansehent ald hőrent lesen, tůnt . . der keller und das . . capittel von sant Stephan ze Costentz ain || wars urkúnde aller der dinge, die an disem brieve geschriben stant. Wissint alle, die nu sint ald nach úns werdent, das Ůlrich || der Mesener, ein kramer, burger ze Costentz, und Adelhait sin elichú wirten von úns enphangen hant ze rehtem zinserblehen inen und allen ir erben, die si ietz hant ald hernach gewinnent, dú gůter, die hienach geschriben stant, dú ŏch von úns reht zinserblehen sint. Der gůter sint aht iuchart und ligent zen Schotton ûsse bi anandren, an die stôst ainhalb Hainrichs gůt des Senften und anderthalb der grabe, der da lit gen dem Paradyse, da die velwen anstant und underthalb der Rine und obenan die garten die lehen sint von den Schotton. Zů den gůtern hőret der wêg und das tôr mit allem nûtz, da man obenan ingat. Von den gůtern úberal git man úns iärlich sehsthalb phunt und aht schilling Costentzer múnsse ze rehtem zinse, halbe ze sant Johans dult des Tŏffers und halbe ze sant Thomans dult vor Winnâhten; des son wir denne dem . . abt von den Schotton iärlich gen sêhs phenning von dem vorgenemten wege, won die werdent ŏch úns in

dem vorgenemten zinse. Disú güter stant in söllichem reht: swenne man dú verköfti ald in ander lute gewalt bringen wölti, das man ie von der iuchart dem . . keller von sant Stephan ze Costentz ze erschatze ain schilling gen sol, von ainer halber iuchart sehs phenning, von ainem vierdentail drie phenning. Wan sol öch dú güter enhaim gotzhuse ze köffene gen. Wär öch, das Ůlrich und Adelhait sin wirten du vorgenanten güter ald dehains under in verköffen wöltin umb dehain ir noturft, des enmag su noch ensol dehain ir erbe ierren. Wär öch, das Ůlrich ald Adelhait sin elichú wirten eer sturbi, eer ir kint beraten wärint, dú sú ietz hant ald hernach gewinnent, sweders denne under inen lebt, das sol dú kint beraten von den vorgenanten gütern und von andren ir gütern als denne zimlich und mugelich ist. Geschähe öch, das ir kint, die sú ietz hant ald hernach gewinnent, eer stúrbint, eer dú vorgenant erbschaft an sú vieli, lebent sú dennoch baidú Ůlrich ald Adelhait, so hant sú vollen gewalt als och ietz mit den gütern ze tünne, swas su went. Überlebti öch núwnt ir ains, es si Ůlrich ald Adelhait ir erben, das hêt öch vollen gewalt us den vorgenemten gütern ze tünde allen sinen willen in dem reht, als da vorgeschriben stat. Dis ist alles geschehen mit söllichen worten und getäten, die darzů nůtzlich und gewonlich mohtont gesin.

Und se ainem urkúnde und se ainer gantzer sicherhait alles des, so davor geschriben stat, so henken wir únsers capittels insigel an disen brief. Der wart geben ze Costentz, do man zalt von únsers herren götz gebúrt tusent drúhundert und vier und zwainzig iar, an dem nähsten zinstag nach sant Waltpurgtag, der ze ingåndem Maygen ist, Romer stúr iar in dem sibenden.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerke: de agris in Schottungassen. Jetz Conrad Riedheimer, zinset 5 fl. 11 schill. [16. Jh.].

Nr. 178.*

Heinrich der Färber verkauft für 54 Pfund Pf. mit Salmannenhülfe die Eigenschaft seines Hauses, an der Mordergasse in Konstanz gelegen, dem Konstanzer Bürger Walther von Schaffhausen und empfängt dasselbe, mit einem jährlichen Zins von 3 Pfund Pf. belastet, als Erblehen zurück.

Konstanz, 1324, November 21.

Allen den, die disen gegewúrtigen brief ansehent oder horent lesen, kúnd ich Hainrich der Vårwer und vergih des offenlich an disem brief, daz ich von dem beschaiden manne hern Walthern von Schafhusen in koffes wise enpfangen han vierú und fúntzig pfunde pfenninge Costenzer múnse, die an minen redelichen nutz komen und bekert sint, und das ich mit minen *salamannen* Cůnraten Hinder sant Johanne und Bartolomes von Roggwille willen und handen reht und redelichen gegeben han ze koffenne die aigenschaft des huses und der hofstat, dú in der vorgenanten stat ze Costentz gelegen sint an der Mordergassen entswschen Bertholdes des Spisers und Hansen dez Zollikovers husern, und daz ich den vorgeschriben kòff und die gyft der vorgenanten aigenschaft gegen dem vorgenanten Walthern von Schafhusen reht und redelich habe getån und vollefůret mit allen den

worten, werchen und getåten, die darzu hôren mohtent oder hôrent soltint nach reht und alter gewonhait der stat ze Costentz.

Ich der vorgenant Walther von Schafhusen vergih ŏch des offenlich an disem brief, daz ich das vorgeschriben hus und die hofstat verlihen han und lihe an disem brief fúr mich und alle mine erben und min nachkomen dem vorgenanten Hainrich dem Vårwer und allen sinen erben ze ainem rehten erbzinslehen umb drú pfund pfenning Costentzer múnse iårlichs zinses ze gebenne ie ze der fronvasten fúnfzehen schillinge der vorgenanten múnse an alle minrunge und an allen schaden. Ich der vorgenant Hainrich der Vårwer vergih ŏch an disem brief, daz ich willeclichen und unbetwungenlichen uf mich und uf alle min erben und nachkomen die pene und daz reht gesetzet han: Wåre, daz ich oder swer das hus und die hofstat danne inne hat, den vorgenanten zins versåssint ainen manot nach dekainem der vorgenanten ziln, so sol ich oder wer das hus und die hofstat danne inne hat ie darnach von acht tagen ainen schilling pfenning gen von iedem pfunde ze pene und ze besserung (geben) von versitzenne des vorgeschriben zinses, und sont er und sin erben als gůt reht han zů den pfenningen als zů dem zinse. Wåri aber, daz ich dú vorbeschriben zinse zwai jar versåsse oder min erben, so sol dem vorgenanten Walthern von Schafhusen und sinen erben daz hus und dú hofstat zinsfellig sin und ledig und lår, und sol ich dannenhin und min erben enhain reht daran haben noch dekain ansprach noch vorderung zů dem huse noch ze der hofstat niemmer me gewinnen. Wår och, daz der vorgenant Hainrich der Vårwer oder sin erben die lehenschaft verkoffen weltint, so mugent sú si geben erberen lúten ane Juden, swem sú wellen, also daz es dem vorgenanten Walthern von Schafhusen und sinen erben dekain schad sie an dekainen iren rehten. Und sol ieder, der die lehenschaft danne enpfahet, dem vorgenanten Walthern von Schafhusen oder sinen erben ain viertal lantwins des besten oder ainen schilling pfenning Costentzer múnse ze erschatze geben, sweders der vorgenant Walther oder sin erben wellent, und sont danne die lehenschaft an allen fúrzug und ân alle widerrede gebunden sin ze lihenne.

Und ze ainem urkúnde ainer rehter warhait alles des, so hievor geschriben stat, do hiesen wir uns diser brief zwen gelich schriben und batent baidenthalb den burgermaister, den amman und den rat der vorgenanten stat ze Costentz, das sú disen brief besigultent mit der stat insigel ze Costentz. Wir die vorgenanten der burgermaister, der amman und der rat der vorgenanten stat ze Costentz henken durh pette der vorgenanten tail baider unser stat insigel ze Costentz an disen brief ze ainem offenn urkúnde ainer rehter warheit alles des, so hie vorge-

schriben stat. Ich der vorgenannt Walther von Schafhusen, burger ze Costentz, henk öch ze ainem urkúnd ainer warhait alles des, so hie vorgeschriben stat, min insigel an disen brief zů dem insigel der vorgenanten stat ze Costentz. Dis beschah und wúrden die brief gegeben, do man zalt von gottes gebúrte drúzehenhundert jar und in dem vierúndzwainzigostem jare darnach, an der nehsten Mitchun vor sant Katharinen tag.

Ungedruckt. Or. verloren. Inseriert in eine vidimierte Kopie des Offizials von 1356, März 15, GLA. V, Spec. 108, welche aus dem Archiv des Stifts S. Stephan stammt. Rückvermerke: Copia instrumenti super domo et area dicta ze dem Wolf [14. Jh.]. Gehört S. Katherinen pfrundt. Ab dem hus an dem Obermarkt, an der Salzschiben [16. Jh.]. Dis Unterpfand ist von denen von Costentz verendert, steht ietz ir Canzlei daruff und zinst ietz curia zur alten Apotek, welche Herr Dr. Georg Sandholzer jetz besitzt. 13. Dez. 1601.

Nr. 179.

Abt Ulrich und Bruder Konrad von Buchhorn, Kustos des Klosters Petershausen, nehmen ein vom Kloster Petershausen lehenbares Haus mit Hofstätte, in der Amelungsgasse gelegen und mit jährlich 8 Schilling Pf. zinspflichtig, von Berthold Bösche als bisherigem Inhaber des Erblehens auf und verleihen dasselbe auf des letzteren Bitte an das Kloster Salem zuhanden seines Mönches Ernst.

Petershausen, 1325, Januar 10.

In gottis namen amen. Allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, kunden wir Ůlrich, von gottes verhengede abbet und brůder Cůnrat von Bůchorn, kuster des closters ze Petershusen, daz fůr uns kam der ersam man Bertholt Bôsche, burger ze Costentz, und uns sin hus und hofstat, die gelegen sint ze Costentz in Amelunges gassun vor Salmanswiler hus uber den weg entzwischen Johans hus von Rode und dem hus, daz wilent was der bekerthen frowan, daz er von uns het ze ainem rehtin erbzinslehen zem jar umb aht schilling pfenning Kostentzer múns, der man vier schilling gen sol ze Allerhailigen dult oder siben tag darnach und die andern vier schilling ze angendem wintermanode, reht und redlich ufgab in unser und des vorgenanten kusters hant von Petershusen, der oh daz hus und die hofstat an unsers gotzhus stat lihen sol umb den vorgenanten zins. Und swem ers lihet, der sol ôch aim kuster ze Petershusen ze erschatz geben ain halb viertal lantwins des besten, so man ze Costentz vail vindet und nit me. Und sol im es also lihen, daz er es muge verkôfen oder geben gar oder ain tail wem er welle, also daz uns und unserm gotzhus ze Petershusen dú aigenschaft und der zins und der vorgesait erschatz behalten sie, und sol oh der vorgesprochen kuster den zins und erschatz enpfahen. Und bat uns, daz hus und die hofstat reht und redlich lihen in allem dem reht, als hie vor geschriben stat und ôch er es von uns hat, den gaischlichen lúten . . dem abbt und . . dem

convent des closters ze Salmanswiler und an ir stat brůder Ernsten, aim múnich, des selben closters ze Salmanswiler fúrweser, und ôch umb den vorgenanten zins. Dirre bet wurden wir und der vorgesait kuster genaigig und vǒlgig und nament daz vorgeschriben hus und hofstat uff von dem vorgenanten Berhtolt Bǒschen und lihen si dem vorgenanten abbt und dem convent von Salmanswiler und an ir stat dem vorgesprochen brůder Ernsten, ir fúrweser, der si an ir stat enphieng in allem dem reht, als vorgeschriben stat, der oh den vorgesaiten erschatz dem custer beriht hat und och mit der swåri dez zins, als vorgeschriben ist, mit allen den worten und werken, die darzů gehǒren mǒhten nah gewonhait und nah reht.

Und ze ainem offenem urkunde aller der vorgeschribenen dinge so geben wir die vorgenanten abbt und der custer von Petershusen unsir insigel an disen brief den vorgenanten . . abbt und . . dem convent von Salmanswiler. Dis beschah ze Petershusen, do zegegen waren brůder Jo. Bǒsch, múnich von Salmanswiler, Jo. von Stain, unsers gotzhus schriber, Waltherus von Wisendangen, ewangelier, amman in dem closter ze Petershusen, und Jo. der Camrer ze Petershusen, in dem iar, do man zalt von gottes gebúrt drúzehenhundert jar, darnah in dem fúnf und zwainzigestem jar, an sant Paulus tag in dem genner.

Perg. Or. GLA. Siegel erhalten. Druck: von Weech, Cod. dipl. Sal. III, 262, Nr. 1200 e.

Nr. 180.*

Vor dem Offizial und vor Propst und Kapitel des Stifts S. Stephan erklärt der Arzt mag. Guido der Jüngere, Bürger von Konstanz, sein bisher vom Stift S. Stephan als Erblehen besessenes Haus am Fischmarkt für einen Kaufpreis von 100 Pfund Pf. an den Priester Johann Stürtzel von Riedlingen, Kaplan des Altares der hl. Maria und Bartholomäus auf den Chorschranken des Münsters, verkauft zu haben. Das Stift S. Stephan nimmt das Haus vom Verkäufer auf und verleiht es dem Käufer namens seines Altares gegen einen jährlichen Zins von 3 Schilling Pf. Vgl. Nr. 174 und 182.

Konstanz, 1325, März 28.

Officialis curie Constanciensis ac . . prepositus toumque capitulum ecclesie sancti Stephani Constanciensis omnibus Christi fidelibus || presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam et in domino salutem. Ne gesta modernorum oblivionis caligine obfuscentur, expedit, ea litte-|| rarum indiciis perhennari. Noverint igitur universi et singuli tam posteri quam presentes, quos nosse fuerit oportunum, quod sub annis domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, feria quinta ante festum Palmarum proxima, constituti coram nobis . . officiali predicto iudicii in figura accedentesque ad nostram presenciam . . prepositi et . . capituli predic-

torum, discreti viri Johannes dictus *Stúrtzel* sacerdos de *Rûdelingen*, prebendarius et capellanus altaris in cancello maioris ecclesie Constantiensis in honore beatissime et gloriose virginis Marie et beati Bartholomei apostoli per nobilem virum dominum Burchardum de *Tryberg* militem constructi, ac magister Gwido junior cirurgicus et civis Constanciensis, idem magister Gwido publice confitebatur et recognovit, quod ipse tractatu sollempni et matura deliberacione prehabitis domum suam, sitam in Constantia iuxta forum piscium ex opposito a parte anteriori domus Cûnradi dicti *Phfefferhartz* nuncupate *daz hohe hûs*, et ab uno latere domus dicti *der Junge* pictoris, civium in Constancia, vico tamen, qui ad forum piscium ducit, intermedio, videlicet inter domum predictam et domum Jungen pictoris prescripti, quam quidem domum ipse magister Gwido a Hugone dicto *in der Byunde* seniore, cive Constanciense, pro certo precio comparavit, prenominato Johanni *Stúrtzel* sacerdoti ac altari suo predicto et capellanis ac prebendariis eiusdem altaris, quicunque pro tempore forent, vendidit et iusto vendicionis titulo tradidit ac in eos transtulit pleno jure cum omnibus juribus et pertinenciis suis sub onere census trium solidorum denariorum Constanciensium dumtaxat nobis videlicet . . preposito ac . . capitulo ecclesie sancti Stephani predicte dandorum et solvendorum singulis annis de eadem domo in festo beati Benedicti, ut idem festum in perpetuum cum pleno celebretur officio, et rite ac legitime donavit pro centum libris denariorum monete Constanciensis, quos ab eodem Johanne *Stúrtzel* in parata pecunia bona et valenti et per manum eiusdem nomine dicti altaris et suorum in eodem altari successorum ac suo nomine se recepisse et in usus suos evidentes et necessarios convertisse est professus, constituens se pro se et suis heredibus universis gwarandum et facere promisit gwarandiam ipsi Johanni et suis in dicto altari successoribus de eviccione domus suprascripte, ita quod ipse Johannes et sui in dicto altari successores domum eandem perpetuo teneant, possideant et habeant sub jure censuali et hereditario et sub prestacione census tantum suprascripti. Item renunciavit omni juri et accioni sibi in iure vel extra ius aut in iudicio ecclesiastico aut civili vel alio quocunque modo conpetentibus undecunque, per que contra premissa aut eorum aliquod venire posset et facere quovismodo. Resignavit quoque sponte et libere pro se et heredibus suis domum eandem et omne ius sibi in illa competens undecunque ad manus nostras videlicet . . prepositi et capituli prescriptie ecclesie sancti Stephani Constanciensis, cum eadem sit a nobis feodalis, et petiit, ut prefatum Johannem *Stúrtzel* nomine suo et sui altaris prescripti de eadem domo infeodare et illam cum suis juribus et pertinenciis sibi concedere

dignaremur, quod et fecimus ad sui peticionem. Resignacione huiusmodi per nos acceptata, domum predictam cum juribus et pertinenciis suis Johanni memorato nomine suo, altaris sui et suorum in eodem successorum contulimus et conferimus, ipsum de eadem pleno jure infeodando sub iure et census onere suprascriptis. Ita eciam, quod ipse et sui successores in altari prelibato domum suprascriptam teneant et possideant, ut predicitur, et eandem cum suis pertinenciis in personas, quascunque maluerint, quandocunque et titulo qualicunque voluerint, transferant sub iure et census onere supratactis, nobis eciam et nostris quibuscunque successoribus irrequisitis. Adhibitis in omnibus et singulis suprascriptis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

In evidenciam itaque omnium et singulorum prescriptorum presentes litteras sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri ad peticionem magistri Gwidonis suprascripti. Ego vero magister Gwido prenotatus confiteor presentibus, omnia suprascripta vera esse et ea processisse in omnem modum supra declaratum. Datum et actum Constancie, anno domini et die suprascriptis, indiccione octava.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Rückvermerk: Empta domus zum Schilt [17. Jh.].

Nr. 181.*

Bischof Rudolf III. urkundet, daß der Konstanzer Bürger Walther von Schaffhausen zum Seelenheil seines verstorbenen Bruders, des Domscholasters Walther von Schaffhausen, und zu seinem eigenen sein Haus, genannt „Nathus" und gelegen am Obermarkt, dem Priester Heinrich Müller, Kaplan der S. Stephanskirche, namens seines Altares geschenkt hat mit dem Geding, daß die Erben des Schenkers und dessen Stiefsohn, der Konstanzer Bürger Heinrich Linde, das Haus vom genannten Altare als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 3 Pfund Pf. verliehen erhalten. Vgl. Nr. 300 und 301.

Konstanz, 1325, April 9.

Růdolfus, dei gratia episcopus Constantiensis et gubernator Curiensis ecclesiarum, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et sinceram in domino || caritatem. Que ad pios usus conferuntur, ne rodantur a posteris, litteris auctenticis et testibus legittimis sunt roboranda. Cum itaque vir providus et honestus || Waltherus de Scafusa, civis Constant., domum suam cum area et pertinenciis ipsius sitam Constantie in superiori foro in loco qui dicitur *ze dem Nathûs*, quam iam inhabitat dictus *Brotinkôl*, cui domui ab una parte contiguatur domus relicte quondam Růdolfi dicti *Harzer*, ab alia parte domus relicte quondam dicti *Tanner*, in remedium salutare pie memorie quondam magistri Waltheri de Scafusa, scolastici et canonici ecclesie Constant. maioris, fratris sui, et ob salutem remedialem omnium peccatorum suorum et predecessorum ipsorum ad

manus nostras et ad manus discreti viri Hainrici dicti *Múller* sacerdotis, capellani altaris situati in ecclesia sancti Stephani Constant. iuxta angulare in angulo eiusdem ecclesie sancti Stephani, nomine eiusdem altaris pure et simpliciter pro se et pro omnibus heredibus suis titulo donacionis perpetue corporaliter transtulerit et resignarit hoc modo, quod ipse et omnes heredes sui et eciam Hainricus dictus *Linde*, filiaster suus civis Constant. et eciam omnes heredes eiusdem dictam domum de ipso altari iure feodi censualis perpetuo tenere debeant et habere semper, directo dominio ipsi altari reservato et eciam annuo censu trium librarum denariorum Constant. de ipsa domo solvendorum, ita quod quolibet tempore quatuor ieiuniorum per inquilinum seu inquilinos ipsius domus, qui pro tempore fuerint, capellano sepedicti altaris nomine ipsius altaris annis singulis quindecim solidi remota quacumque diminucione, que posset fieri per stúras seu per quascumque exactiones, ex integro persolvantur. Adiecto insuper, quod si domus ipsa quocumque casu non inhabitaretur vel per voraginem ignis devastaretur, quod tunc census predictus per ipsos feodotarios nichilominus ipsi altari seu capellano ipsius modo predicto integraliter sit persolvendus, si vero domo per incendium devastata ipsi feodotarii vel aliquis nomine ipsorum domum non reedificarent imfra[!] duos annos continuos a tempore incendii numerandos, quod ex tunc ipso facto a iure infeodacionis omnino cadent et liberum sit ipsi altari et capellano ipsius de ipsa area facere uttilitatem, quam sibi noverint expedire. Preter predicta reservarunt sibi eciam dicti feodotarii, quidquid nomine pensionis de dicta domo habere poterunt ultra pensionem trium librarum predictarum, quod hoc suis possint usibus applicare. Hiis itaque omnibus et singulis premissis debita sollempnitate verborum et gestuum peractis, cum eciam dictus Waltherus hoc a nobis humiliter et devote pecierit, uti in evidenciam et robur presenti carte nostrum sigillum apponere dignaremur: nos attendentes donacionem predictam ob pias causas, videlicet in aucmentum divini cultus factam, considerantes insuper omnia et singula premissa debita sollempnitate verborum et gestuum plenissime fore peracta, in robur et certitudinem eorundem nostrum sigillum huic carte duximus appendendum. Ego Waltherus de Scafusa prenominatus profiteor omnia et singula premissa, prout narrantur in superioribus, per me racionabiliter et in bona valitudine fore peracta, appendens eciam sigillum meum presenti carte in evidenciam omnium premissorum.

Datum Constantie anno domini M° tricentesimo vicesimo quinto, feria tercia ante festum beatorum martirum Tyburcii, Valeriani et Maximi proxima, indictione VIII°.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel erhalten. Rückvermerke: ad

altare sancte Katerine [16. Jh.]; beneficium sancti Michaelis [17. Jh.]. Regest: Regg. ep. Const. 4030.

Nr. 182.*

Dompropst, Domdekan und Domkapitel stellen dem Ritter Burkhard von Triberg, Stifter des Altares der hl. Maria, Bartholomäus und Bernhard auf den Chorschranken des Münsters, einen Revers aus, das von dem genannten Ritter als Pfründhaus für den jeweiligen Kaplan des gestifteten Altares gekaufte Haus am Fischmarkt niemals zu veräußern. Der derzeitige Kaplan Johann Stürtzel stimmt für sich und seine Nachfolger zu. Vgl. Nr. 180.

Konstanz, 1325, Mai 15.

Prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Constant. omnibus Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino cum notitia subscriptorum. Noverint universi, quos nosce fuerit opportunum, quod cum nobilis vir dominus Burchardus de *Tribe[r]g* miles altare in cancello Constant. ecclesie memorate de novo duxerit construendum ad honorem gloriosissime virginis Marie et beatorum Bartholomei apostoli et Bernhardi confessoris, ipsumque dotaverit altare propriis suis rebus: idem nobilis advertens, quod qui prece seminat prece et metet, et qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus et metet, ob hoc, quia volens anime sue saluti uberius providere, domum, quam discretus vir magister Gwido minor zirurgicus, civis Constant., inhabitat, sitam in civitate Constant. iuxta forum piscium in anteriori parte ex opposito domus lapidee Cůnradi dicti *Pfefferhart* civis Constant. dicte das *Hohhus* et ab uno latere ex opposito C. dicti *Junge,* pictoris civis ibidem, vicis seu stratis publicis intermediis, ab alio vero latere contiguam domui lignee C. dicti *Pfefferhart* predicti, per ipsum nobilem seu nomine suo pro centum libris den. monete Const. pro dicto zirurgico comparatam, cum iuribus et pertinentiis suis universis altari predicto tradidit et donaverit, ita quod nobis vel prebendario dicti altaris, quicunque pro tempore fuerit, eandem domum vendere, alienare, transferre vel permutare non liceat quovis titulo sive modo, sed idem prebendarius dictam domum altaris eiusdem nomine perpetuo debeat possidere. Petivit quoque a nobis super huiusmodi sui propositi ratihabitione per nos et prebendarium dicti altaris, qui nunc est, ydoneam fieri cautionem. Nos vero, attendentes ubique et semper esse iustitiam observandam, maxime in illis rebus, que divino cultui offeruntur, pro nobis ac dilecto in Christo Johanne dicto *Stůrtzel* sacerdote, nunc altaris memorati prebendario, de consensu eiusdem sacerdotis expresso, nostrisque et dicti prebendarii successoribus, qui pro tempore fuerint, universis promisimus bona fide et promittimus in hiis scriptis, quod dictam domum nunquam vendemus, alienabimus, transferemus vel permutabimus tytulo sive modo quocunque, seu ipsam vendere alienare, transferre vel permutare volenti debebimus aliqualiter consentire, sed dicti militis huiusmodi laudabile votum inviolabiliter observare. Adhibitis in omnibus et singulis premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

Et in evidentiam eorundem omnium et singulorum sigillum nostri capituli prenominati presentibus duximus appendendum. Datum et actum Constantie, anno domini M°CCC°XXV°, idus Maii, indictione VIII[a].

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 120.

Nr. 183.*

Bischof Rudolf III. leiht dem Hochstift gehörige Häuser, des Guntershusers Häuser genannt und in der Stadelhofergasse gelegen, nach Aufgabe derselben

durch den abgetretenen Meister des Heiliggeistspitales Heinrich ab der Hube, als Lehen an Stadtamman Ulrich Unterschopf und Konrad in der Bünde, Bürger von Konstanz [und Pfleger des Heiliggeistspitales[1]], sowie an Walther Buwiler, den neubestellten Meister des Heiliggeistspitals.

Konstanz, 1325, Juli 26.

Rudolfus, dei gratia episcopus Constantiensis necnon gubernator Curiensis ecclesiarum, omnibus presentes litteras inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi et singuli tam presentes quam posteri, quibus nosce fuerit oportunum, quod nos ex libera et spontanea || resignacione Hainrici dicti *ab der Hůbe*, olim magistri hospitalis sancti spiritus in Constantia, domos dictas *des Gunthershusers* sitas infra muros civitatis Constantiensis in vico, qui dicitur *Stadelhovergasse*, contiguas ex una parte domui Johannis de *Clingen* fabri et ex altera parte domui dicti *Annhuser*, nobis et ecclesie nostre Constantiensi proprietatis titulo pertinentes, discretos viros Ůlricum dictum *Underschopphe*, ministrum civitatis, et Chunradum dictum *in der Bůnde*, civem Constanciensem, necnon Waltherum dictum *Bůwiler*, nunc magistrum hospitalis sancti spiritus in Constantia, de prefatis domibus dictis *des Guntharshusers húser* cum omnibus iuribus et pertinentiis, quibus prefatus H. *ab der Hůbe* memoratas domos tenuit et possidebat, infeodavimus et ad supplicem petitionem ipsius Hainrici presentibus infeodamus. Adhibitis per nos circa premissa verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. In quorum evidens testimonium presentem infeodationis litteram sigillo nostro episcopali fecimus roborari. Testes, qui dicte infeodationi interfuerunt, sunt hii videlicet nobilis vir Berhtoldus de *Aichain* et hon. in Christo mag. Wernherus prepositus Zurciacensis, Waltherus custos sancti Johannis Constantiensis ecclesie, magister Hainr. de Sancto Gallo, eiusdem ecclesie canonicus, magister Chunr. de *Aichain* et Rud. de *Machalinshoven*, notarius, ac quamplures alii fide digni. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo quinto, in crastino beati Jacobi apostoli maioris, indictione octava.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. II. C. h. Nr. 1474. Siegel erhalten. Regest: Regg. ep. Const. 4045.

Nr. 184.*

Vor dem Official schenkt der Notar des bischöflichen Hofes Walther von Riedlingen zu seinem und seiner Beschließerin Adelhaid Gampin Seelenheil den Kaplänen der neuen Bruderschaft am Dome sein Haus und Gärtchen neben dem Klaustralhof des Domherrn Heinrich von Stainegg, behält sich und seiner Beschließerin den lebtäglichen Genuß des Hauses und Gärtchens vor und bestimmt

[1] Vgl. Ratslisten, 78 und 79 zu den Jahren 1328 und 1329.

eingehend die von der neuen Bruderschaft der Domkapläne zu übernehmenden Verpflichtungen, bestehend in der Veranstaltung eines feierlichen Begräbnisses für den Stifter sowie der Totengottesdienste für ihn und seine Beschließerin, endlich in der Abhaltung der Jahrzeiten beider unter Präsenzgeldleistungen aus der Bruderschaftskasse in Höhe von 3 Pfund Pf. beim Jahrtag des Stifters und von je 6 Pf. an die anwesenden Mitglieder der neuen Bruderschaft beim Jahrtag seiner Beschließerin, eventuell unter Verabreichung von Almosen an die Armen. Der Stifter behält sich den Widerruf vor mit dem Versprechen, der Bruderschaft etwa bei dem vor dem Tode des Stifters erfolgten Ableben seiner Beschließerin erwachsene Auslagen im Falle des Widerrufs zu ersetzen. Die Kapläne versprechen feierlich für sich und ihre Nachkommen, die Stiftung getreu zu erfüllen. Vgl. Nr. 204.

Konstanz, 1325, Dezember 18.

Nos officialis curie Constantiensis notum facimus presentium inspectoribus universis, quod constitutis in nostri presentia sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, feria quarta ante festum beati Thome apostoli proxima, iudicii in fi||gura Walt. de *Rútlingen*, notario curie Const., et dilectis in Christo sacerdotibus nove confraternitatis ecclesie Const. idem Walter., volens sue et Adelhaidis dicte *Gampin* clavigere sue saluti animarum salubriter providere, disposuit, fecit et ordinavit, sanus mente || et corpore, ut domus et area eiusdem Walt. cum ortulo eisdem domui et aree a parte posteriori adiacente, quas quidem domum et aream cum ortulo idem Walt. emit a viro discreto Walt. de *Scafusa* cive Const. pro triginta et quinque libris denariorum Const. rite et legitime, quibus etiam domui, aree et ortulo ab uno latere domus et area hon. in Christo domini Hainrici de *Stainegge* canonici ecclesie Const. et ab alio domus et area pertinentes officio edituatus ecclesie predicte, quod officium Cůnr. dictus *Múller* edituus eiusdem ecclesie ad presens tenet et possidet, a parte vero anteriori via seu strata publica et a parte posteriori domus et area necnon curia prefati domini Hainrici de *Stainegge*, que olim fuerunt Anne dicte de *Úrendorf*, contiguantur, post obitum eorundem Walt. notarii et Adelhaidis dumtaxat, cui quidem Adelhaidi domus, area et ortulus predicti, si ipsa prenominato Walt. notario supervixerit, iuxta ordinationem et dispositionem eiusdem notarii pertinere debent pleno iure per omne tempus dumtaxat eiusdem dumtaxat Adelhaidis vite, contradictione qualibet non obstante, ad sacerdotes predictos et eorum successores pleno iure et sine omni obstaculo devolvantur pure et simpliciter propter deum et pro remedio animarum Walt. et Adelh. predictorum necnon omnium fidelium defunctorum.

Hiis itaque omnibus et singulis de consensu et voluntate Adelh. prescripte coram nobis rite, perfecte et legitime peractis, sacerdotes predicti omnes et singuli, attendentes gratiam ipsis per eosdem Walt. et Adelh. factam, obligaverunt et astrinxerunt se suosque, quicumque et quotcunque pro tempore fuerint, successores sollempni inter ipsos stippulatione et matura deliberatione prehabitis ad inviolabilem observationem omnium et singulorum subscriptorum sub virtute sancte obedientie et anathematis pena et quod nichilominus aput deum et homines pena debita puniri debeant, si qui aut si quis in debita et perfecta perfectione omnium et singulorum infrascriptorum ullo umquam tempore ipsis ad hoc statuto negligentes aut negligens fuerit quovismodo.

Debent inquam sacerdotes predicti et ipsorum successores omnes et singuli, quicunque et quotcunque pro tempore fuerint, procurare, ut eidem Walt. notario, si in civitate vel extra civitatem Constantiensem diem clauserit extremum, idem

Walt. in monasteriis Petridomus et *Crúcelingen* extra muros Const. necnon in maiori et aliis ecclesiis Constant., modo quo potuerit decentiori, pulsetur et peracta huiusmodi pulsatione more solito et consueto dicti sacerdotes, adiunctis sibi sacerdotibus omnibus et singulis, qui et quot sunt in antiqua confraternitate ecclesie Constant., quorum nunc sunt duodecim in numero, accedere debent domum, in qua sepefatus Walt., si ipsum in civitate Const. mori contige[ri]t, diem clauserit extremum, et corpus eiusdem Walt., superposito eidem corpori panno, quod superponere consueverunt dicti sacerdotes nove confraternitatis sacerdotibus eiusdem confraternitatis morientibus, de domo eadem ad maiorem ecclesiam Const. portare ad locum, quem ad hoc sacerdotes nove confraternitatis duxerint eligendum, cum orationibus et obsequiis debitis et consuetis. Quibus peractis sacerdotes confraternitatum predictarum omnes et singuli de vespere diei, quo dictum corpus ad ecclesiam predictam modo prescripto delatum fuerit, vesperam mortuorum cum vigilia iuxta corpus predictum decantare debent intentione qua potuerint devotiori pro remedio anime Walt. predicti et animarum omnium fidelium defunctorum. Qua decantatione peracta, cellerarius, quicumque pro tempore fuerit nove confraternitatis predicte, singulis sacerdotibus confraternitatum predictarum, qui decantationi vigilie et vesperarum predictarum interfuerint dumtaxat, de camera eiusdem nove confraternitatis sex den., quatuor videlicet de decantatione vigilie et duos de decantatione vesperarum dare debet integraliter et complete. Si vero aliqui sacerdotum confraternitatum predictarum in supra et infra scriptorum executione absentes fuerint, portio, que tunc dari deberet absentibus, si presentes fuissent, iuxta modum predictum, remanere debet aput cellerarium et idem cellerarius pro huiusmodi retenta portione panem emere et illum panem pro remedio anime sepedicti Walt. et animarum omnium fidelium defunctorum debet iuxta sue salutis conscientiam pauperibus erogare. Cellerarius etiam sepedictus debet duodecim personas conducere, que de nocte in ecclesia predicta iuxta corpus predictum vigilent et orationes omnipotenti deo et gloriose virgini Marie pro remedio anime Walt. predicti et animarum omnium fidelium defunctorum reddant modo quo potuerint meliori. Debet etiam cellerarius prescriptus de camera prescripta duodecim libras cere ponderis Const. emere et candelas ex eisdem fieri procurare honestas et decentes, que etiam candele pro parte incendi et ardere debent in decantatione vigilie et vesperarum predictarum. De mane itaque diei sequentis hora ad hoc apta sacerdotes confraternitatum predictarum omnes et singuli interesse debent celebrationi misse, que de mane hora solita in altari, in quo sacerdotes nove confraternitatis suis confratribus decedentibus missam celebrare consueverint, pro remedio anime prenominati Walt. necnon animarum omnium fidelium defunctorum, finita itaque missa huiusmodi corpus Walt. prenominati portari debet per sacerdotes predictos ante altare superius sancti Cůnradi, pro salute anime eiusdem Walt. et animarum omnium fidelium defunctorum in eodem altari missa defunctorum modo solito decantetur. In quarum quidem missarum celebratione candele predicte omnes incendi et ardere debent more solito et consueto. Finitaque missa huiusmodi ac peractis orationibus et obsequiis iuxta corpus predictum, que peragi debent ac consueverunt per sacerdotes confraternitatum predictarum iuxta corpus unius sacerdotis ex ipsis dec[ed]entis, corpus Walt. antedicti per sacerdotes antedictos tradi debet ecclesiastice sepulture more solito et consueto. Sepulto itaque corpore Walt. prenarrati, quemadmodum est premissum, tertia pars candelarum predictarum dumtaxat superstitarum[!] dari debet sacerdotibus antique confraternitatis, et eadem tertia pars per cellerarium eiusdem maioris confraternitatis equaliter dividi debet inter sacerdotes eiusdem confraternitatis, qui vigiliis et vespere necnon misse, de

quibus supra fit mentio, interfuerunt dumtaxat; et relique due partes candelarum predictarum dividi debent per cellerarium nove confraternitatis, qui vigilie, vespere et missis predictis dumtaxat interfuerunt. Candele itaque prescripte taliter divise in altaribus sacerdotum confraternitatum predictarum in missarum sollempniis incendi debent et ardere in honorem omnipotentis dei et gloriose virginis Marie matris sue pro remedio animarum ut supra. Expense itaque, que circa peractionem omnium et singulorum prescriptorum, id est circa pulsationem, predictorum sex denar. distributionem, cere predicte comparationem, duodecim personarum predictarum remunerationem, et corporis predicti tumulationem fieri debent iuxta ordinationem prenominati Walt., trium librarum den. Const. complere debent summam. Et deductis expensis omnibus, que circa prescripta fieri debent, si quid de predictis tribus libris supererit, pro illo superfluo per cellerarium nove confraternitatis premisse panis emi debet et pauperibus erogari pro salute animarum predictarum. Et huiusmodi expensarum tertiam partem solvere debent sacerdotes antique confraternitatis et residuas duas partes sacerdotes nove confraternitatis solvere debent.

Si vero memoratum Walt. extra civitatem Constant. mori contigerit in locis adeo remotis, quod corpus ipsius comode duci non potuerit ad civitatem Const. sacerdotes nove confraternitatis prescripte procurare debent, quam primum ipsis de morte eiusdem Walt. constiterit, quod pro commemoratione anime eiusdem Walt. et animarum omnium fidelium defunctorum in locis supradictis et quemadmodum est predictum, pulsatio prescripta fiat sine qualibet dilatione. Qua pulsatione facta sacerdotes confraternitatum predictarum omnes et singuli de vespere illius diei, quo pulsatio huiusmodi facta fuerit, in unum locum congregati in ecclesia Const. ad hoc aptum et solitum, vigiliam et vesperam defunctorum in simul canere et legere humiliter et perfecte et nichilominus de mane sequenter diei missam defunctorum cantare debent pro remedio anime eiusdem Walt. et animarum omnium fidelium defunctorum. Cellerarius quoque nove confraternitatis premisse singulis sacerdotibus confraternitatum predictarum, qui vigiliis vesperis et misse predictis dumtaxat interfuerint, de camera eiusdem confraternitatis dare debet sex den. Const. pro remedio animarum predictarum, et nichilominus largam wlgariter dictam *spende* per totam civitatem Const. facere proclamari et omnibus pauperibus in uno loco ad hoc apto et in huiusmodi proclamatione expresso congregatis panem pro remedio animarum predictarum dare et distribuere, ita videlicet, ut dicte tres libre deductis expensis, que circa pulsationem et circa den., qui sacerdotibus predictis dari debent, distributionem fient, in huiusmodi large distributione totaliter consumantur. Et huiusmodi expensarum tertiam partem solvere debent sacerdotes antique confraternitatis.

Sacerdotes etiam confraternitatum predictarum obligaverunt et sollempniter astrinxerunt se et suos, quicunque et quotcunque pro tempore fuerint successores, legitime coram nobis, quod ipsi et quibus ex ipsis in die tumulationis Walt. prenotati, si Constantie sepultus fuerit, vel si Constantie sepultus non fuerit, crastino die, postquam ipsis de morte eiusdem Walt. constiterit, missam dicat pro remedio animarum predictarum. Si vero huiusmodi dies adeo celebris fuerit, quod misse pro defunctis dici non debeant vel consueverint, extunc dicti sacerdotes huiusmodi missas dicere debent diebus proximis ipsis et cuilibet ipsorum ad hoc congruis et oportunis; quodque in perpetuum in anniversario eiusdem Walt. vigiliam et vesperam defunctorum in ecclesia Const. in loco ipsis ad hoc apto in simul legant et crastino quilibet ipsorum missam dicat pro remedio animarum predictarum. Hoc tamen semper salvo, quod si huiusmodi misse propter celebritatem dierum dici non consueverint vel debeant, quod ex tunc huiusmodi misse dicantur per quemlibet sacer-

dotum predictorum diebus proximis ipsis et cuilibet ipsorum ad hoc congruis et oportunis. Cellerarius etiam nove confraternitates singulis sacerdotibus confraternitatum predictarum, qui vigiliis et vesperis predictis dumtaxat interfuerint, dare debet de camera nove confraternitatis sex den. Const. in perpetuum in anniversario Walt. prenotati, quatuor videlicet den. de vigilia et duos de vespera mortuorum. Si vero numerus sacerdotum antique confraternitates in antea ullo unquam tempore ultra duodecim extruderetur, tunc portio illa, que iuxta ordinationem premissam dari debet sacerdotibus antique confraternitatis, qui vigiliis vesperis ac missis predictis interfuerint, dividi debet proportionaliter inter omnes sacerdotes antique confraternitatis, quotquot sunt, qui interfuerint vigiliis, vesperis et missis supradictis. Quod etiam fieri debet circa sacerdotes nove confraternitatis, si ipsorum numerus in posterum augmentabitur quovismodo.

Obligaverunt insuper omnes et singuli sacerdotes confraternitatum predictarum se et suos successores, quicumque et quotcumque pro tempore fuerint, quod ipsi omnia et singula suprascripta in morte et post mortem Adelh. supradicte pro remedio anime eiusdem Adelh. necnon omnium fidelium defunctorum faciant et adimpleant cum effectu, quodque anniversarium eiusdem Adelh. in perpetuum sicut anniversarium prefati Walt. cum vigiliarum, vesperarum et missarum decantatione seu lectione necnon denariorum distributione peragant sub penis supradictis, eo excepto, quod sacerdotes antique confraternitatis dumtaxat ad peractionem anniversariorum eiusdem Adelh. non sunt astricti nec tenentur, cum usufructus domus, aree et ortuli predictorum aut ipsorum valor extendi non possit, quod dictis sacerdotibus antique confraternitatis portio seu distributio peccunie, que ipsis dari debet in singulis anniversariis Walt. sepefati, dari posset de usufructu seu valore domus, aree et ortuli predictorum in anniversario eiusdem Adelh. Si vero Adelh. predictam Walt. prenotato premori contigerit et prefatus Walt. dispositionem et ordinationem predictas sanus vel egrotans mutaverit vel revocaverit, quod semper est sibi salvum, quandocunque et quocienscunque sibi videbitur expedire, sacerdotesque predicti post eiusdem Adelh. mortem et in morte ipsius expensas fecerint modo superius annotato, extunc idem Walt. huiusmodi expensas resarcire debet et refundere sacerdotibus predictis, contradictione qualibet non obstante.

Ceterum, si ecclesia Const. ullo umquam tempore fuerit interdicta illis diebus, quibus anniversaria Walt. et Adelh. predictorum peragi debent modo superius annotato, extunc dicti sacerdotes anniversaria predicta peragere debent sub penis suprapositis statim et sine omni dilatione, quando predicta ecclesia divinis fuerit officiis restituta, talibus tamen diebus, in quibus dicti sacerdotes propter celebritatem et sollempnitatem dierum in peractione huiusmodi anniversariorum nullum obstaculum paciantur, et predicti sex den. tunc demum dividi debent inter sacerdotes predictos modo superius annotato.

Adhibitis itaque in omnibus et singulis prenotatis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, presentes ad petitionem Walt. et Adelh. sepedictorum necnon singulorum et omnium sacerdotum prescriptarum confraternitatum conscribi et sigillis curie Const. et confraternitatum earundem communiri fecimus in robur incommutabile et perpetuum testimonium singulorum et omnium premissorum. Nosque sacerdotes confraternitatum predictarum omnes et singuli recognoscimus, nos et nostros, quicunque et quotcumque pro tempore fuerint, successores, ob gratiam nobis per prefatos Walt. et Adelh. inpensam in premissis ad observationem inviolabilem omnium et singulorum prescriptorum et sub penis supra expressis coram honor. viro domino officiali curie Const. in figura iudicii rite, perfecte et sollempni

inter nos stipulatione et diligenti tractatu prehabito astrinxisse, et in premissorum omnium et singulorum efficax testimonium ac robur incommutabile eorundem sigilla confraternitatum nostrarum presentibus sunt appensa. Datum et actum Constantie, anno domini et die predictis, indictione IX[a].

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 3129. Siegel fehlen.

Nr. 185.*

Dompropst, Domdekan und Domkapitel urkunden, daß der Konstanzer Bürger Walther von Schaffhausen sein freieigenes Haus mit Hofstätte beim Franziskanerfriedhof dem Domkapitel geschenkt habe. Das Domkapitel verleiht dem Schenker für sich und seine Erben das vergabte Haus als Wachszinseigen, mit einem Zinse von jährlich 1/2 Pfund Wachs belastet, zurück.

Konstanz, 1326 o. T.

Nos prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Constanc. omnibus presentes litteras inspecturis supscriptorum noticiam cum salute. Constitutus coram nobis in nostro capitulo Waltherus de Schaffhusa, civis Constanciensis, domum suam et aream, sitas ab uno latere iuxta cimiterium fratrum minorum in Constancia, ab alio iuxta domum dicti *Můnch*, ab aliis lateribus attingentes stratam publicam, sibi pertinentes iure dominii directi, ipsas domum et aream predictam in manus nostras et capituli nostri libere et sponte tradidit et assignavit et a nobis humiliter peciit et devote, ut sibi et heredibus suis domum et aream prelibatas sub annuo censu dimidie libre cere dicto nostro capitulo solvendo in festo purificacionis beate Marie virginis concederemus. Nos considerantes, suam peticionem fore equam et racionabilem, aream et domum predictas dicto Walthero, suis heredibus successoribusque suis universis in area et domo predictis easdem aream et domum contulimus, concessimus, conferimus et concedimus per presentes in feodum, quod wlgariter dicitur *zinsslehen*, sub annuo censu predicto nostro capitulo solvendo, volentes et concedentes exnunc, quod ipse et sui heredes in domo et area predictis disponant de eisdem vendendo, donando seu quovis titulo alienacionis alienando pro libito voluntatis ipsorum sine quovis obice, obstaculo seu impedimento, ita tamen, quod ille, qui sibi successerit in area et domo predictis, dictum censum nostro capitulo solvere non postponat.

In cuius rei testimonium et robur perpetuum sigillum capituli nostri litteris presentibus duximus appendendum. Datum Constancie anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschriften GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 32 1/2, Nr. 21; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 131 1/2.

Nr. 186.*

Vor dem Offizial verkaufen Adelheid, Witwe des Bäckers Uli Gräntscheli, und ihre Kinder mit Hülfe des Salmanns dem Domkapitel zuhanden von dessen Pfleger, des Priesters Konrad Erbe, eine Rente von 10 Schill. Pf. von ihrem Hause gegenüber dem Franziskanerkloster um einen Kaufpreis von 8 Pfund Pf. Vgl. Nr. 169.

Konstanz, 1326, Februar 26.

Officialis curie Constantiensis presentium inspectoribus universis caritatis affectum cum notitia supscriptorum. || Constitutus coram nobis in figura iudicii feria quarta post dominicam, qua cantabatur Oculi, proxima sub || anno domini M°CCC°XXVI°, indictione IX[a], Adelhaid relicta quondam Ůlini dicti *Gråntscheli*[1] panificis in Constancia, Martino sacerdote, Jacobo scolare et Margareta ipsius relicte filiis ex una et viro provido domino Cůnrado dicto *Erben* sacerdote, procuratore honorabilis in Christo capituli ecclesie Constantiensis ex parte altera, iidem relicta et sui filii publice et sollempniter recognoverunt, quod vendiderint perfecta venditione prefato domino Cůnrado vice et nomine ipsius capituli per manum discreti viri C. dicti *in der Búnde* civis Constantiensis, ipsorum *salmanni*, censum decem solidorum den. Const. usualium ex domo et area suis sitis ex opposito domus fratrum minorum inter domum Jacobi dicti *Rogwiler* civis Constantiensis et domum Burkardi dicti *Asait*, singulis annis sic dandum: quolibet jeiunio quatuor temporum XXX den. monete predicte, stúris et vigiliis omnibusque aliis exactionibus ipsam domum et aream modo quocumque contingentibus penitus semotis, pro precio VIII. librarum den. Const., de quibus etiam ipsa relicta et eius filii recognoverunt, sibi per dictum dominum Cůnradum vice et nomine quo supra plenarie fore satisfactum in pecunia numerata. Et renunciaverunt venditores predicti pro se et heredibus suis actioni doli mali, deceptioni ultra dimidium iusti pretii, peccunie non numerate, non solute et omnibus aliis iuribus, per que vel per quod predicta venditio posset aliqualiter infirmari; petentes a nobis humiliter et instanter, ut in evidentiam omnium premissorum sigillum curie Constantiensis apponere dignaremur, quod et nos ad ipsorum preces instantes duximus faciendum.

Ego quoque Cůnradus *in der Búnde*, civis Constantiensis predictus, predictorum Adelhaidis relicte et eius filiorum super domo et area suis prescriptis *salmannus* confiteor, omnia et singula prescripta per manum meam ac de consensu atque bona voluntate meis sollempniter fore facta,

---

[1] So die Abschrift in GLA. Cop. 506 [14. Jh.]. Die Copie in Copb. 509 hat «Tråntscheli». Ein Vergleich mit Urk. Nr. 169 (Original) ergiebt, daß die Lesart Gråntscheli den Vorzug verdient.

et in testimonium ipsorum sigillum meum unacum sigillo honorabilis domini . . officialis curie Constantiensis predicte presentibus appendi. Datum et actum Constantie anno domini M°CCC°XXVI°, indictione nona.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschriften GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 52¹ 2; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 59.

Nr. 187.*

Abt Walther und der Konvent des Klosters Kreuzlingen verkaufen, um die Schuldenlast des Klosters zu erleichtern, mit Zustimmung Bischofs Rudolf III. für 50 Pfd. Pf. dem Konstanzer Bürger Konrad Ströli die Eigenschaft von 11 näher bezeichneten Häusern und Hofstätten, gelegen an der S. Paulsgasse und oberhalb derselben.

Kreuzlingen, 1326, März 19.

Allen den, die disen brief ansehent oder hőrent lesen, kúnden wir Walther, von gottes verhengde abbet des gotzhuses zu Crútzlingen bi der stat ze Costenz sant || Augustinus orden, und der covent gemainlichen desselben gotzhuses und veriehen des offenlich an diesem briefe, das wir von dem beschaidenen manne Cůnrat Strőlin ||, aim burger der vorgenanten stat ze Costenz, in kőfes wîse enphangen haben fúnfzeg phunde phenninge gûter und gâber Costenzer múnze, die an únsern und únsers vorgenanten gotzhuses redlich nutz komen und bekeret sint, ze entladenne úns der gúlte, die wir gelten solten, und ze rihtenne úns únser phrůnde, und das wir den vorgenanten Cůnraten Strőlin mit únsers herren und bischoffes Růdolfes von gottes gnaden bischoffes zu Costenz willen, gunst und hant umb die vorgenanten phenninge reht und redlichen gegeben haben ze kőfenne die aigenschaft und das reht der húser und der hofstette, dú in der vorgenanten stat ze Costenz gelegen an sant Paules gassun und uffen ǒben, dú hienach geschriben stânt, mit allen den zinsen und den rehten, als wir dieselben aigenschaft und die zinse unz her haben inne gehabt und genossen:

das hûs und die hofstat Eberhartes sâligen Swârtlins kinde, das järlichen giltet nún schillinge, fúnfthalben schillink ze den Ostron und fúnfthalben schillink ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat Johansen an dem Velde, dú järlichen giltet aht schillinge Costenzer múnze, ie ze den Ostron vier schillinge und ze sant Gallen tult ie vier schillinge;

die aigenschaft des huses und der hofstat Johansen des Gnôssen, dú järlichen giltet aht schillinge der vorgenanten múnze, ie vier schillinge ze den Ostron und vier schillinge ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat des smides von Tannegge, dú järlichen giltet sehs phenninge der dikke genanten múnze, ie ze den Ostron;

die aigenschaft des huses und der hofstat der Zinsmaisterinun, dú järlichen giltet sehs schillinge der vorgeschriebenen múnze, ie drie schillinge ze den Ostron und drie schillinge ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat Bartholomens und Ůlriches von Clingen, dú järlichen giltet ain und drisseg phenninge und ainen helbelink ze gebenne ie drizehen phenninge und ainen helbelink ze den Ostron und ahzehen phenninge ie ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des hûses und der hofstat Bramshofens, dú järlichen giltet fünf schillinge phenninge der vorgesprochenen múnze, drithalben schillink ze den Ostron und drithalben schillink ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat Ůlriches des Härdelers, das wilunt des Austrichers was, dú järlichen giltet vier schillinge, ie ze den Ostron zwene schillinge und zwene schillinge ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat Hainriches des Sailers, dú järlichen giltet ahzehen phenninge der vorgenanten múnze, ie ze den Ostron ainen schillink und sehs phenninge ze sant Gallen tult;

die aigenschaft der hofstat hinder des Sailers hus, die Ůlrich der Härdeler von úns hette umb ainen schillink phenninge Costenzer múnze ze gebenne ie ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat, dú der vorgenante Ůlrich der Härdeler von úns hette und järlichen giltet ahzehen phenninge der vorgenanten múnze und wilunt Hainriches säligen Gerhartes was, ie ainen schillink ze den Ostron und sehs phenninge ze sant Gallen tult;

die aigenschaft des huses und der hofstat, die Frikke Dietriches von úns hette und järlichen giltet sehs schillinge, drie schillinge ze sant Johans tult des Tŏfers ze Sunnewend und drie schillinge ie ze den Wihennähten;

die aigenschaft der hofstat uffen ŏben, dú wilunt Húlwegginun was und järlichen giltet aht schillinge phenninge Costenzer múnze ie ze den Wihennähten;

und das wir den vorgenanten kŏff und die gift der vorgenanten aigenschaft gen dem vorgenanten Cůnraten Strŏlin reht und redelich getan und vollefůret mit allen den worten, werchen und getäten, die darzů hŏren mohten und hŏren solten nach reht und gewonhait des landes. Wir verihen ŏch des offenlich an diesem briefe, das wir derselben gůter und des geltes wern sŏlen sin nach rehte und verzihen úns alles únsers rehtes an den vorgeschribenen gůtern und den zinsen, der helfe des stůles ze Rome, aller gerihte gaistlicher oder weltlicher, und aller der dinge, mit den oder von der wegen wir ald ieman von únseren wegen tůn oder komen mŏhten wider dem vorgeschribenen kŏfe und damit wir mŏhten wider gewinnen dú vorgenanten gůter und die zinse.

Und haben darumb ze ainer unwandelbärin stätekait alles des, so hievor geschriben stât, únsern vorgenanten herrn den byschof von Costenz gebetten, das er disen brief besigelle mit sinem insigel. Wir Růdolf von gottes gnaden bischof ze Costenz künden ŏch an disem briefe, das wir den vorgeschribenen herren gegunnen haben, den vorgeschribenen kŏf ze vollefůrenne und sich der vorgeschribenen gůter und der gúlte ze entânenne und das alles das, das von úns geschriben stât an disem briefe, wâr ist und mit únserm willen und hant beschehen, und henken darumbe ze ainem urkúnde ainer warhait únser insigel an disem brief. Wir die vorgenanten Walther von gottes verhengde abbet und der convent gemainlichen des vorgenanten gotzhuses künden ŏch offenlich an disem briefe, das die hofstette das reht hant: Swer ie dekaine kŏfet, der sol ie dem lehenherren ain viertal lantwines oder ainen schillink phenninge Costenzer múnze ze erschatze geben, sweders der lehenherre danne wil. Und ze ainem urkúnde ainer warhait alles des, so hievor geschriben stat, henken wir die vorgenanten Walther von gottes verhengde abbet ze Crúzlingen und der convent gemainlichen desselben gotzhuses únserú insigel an disen brief. Der wart gegeben ze Crúzlingen, do man zalte von gottes geburte drúzehenhundert jare und in dem sehsden und zwainzigosten jare darnach, an der Mitkun vor sant Benedicten tag.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 2354. Siegel erhalten. Regest: Marmor, Urkk.-Ausz. 22; Regg. ep. Const. 4072.

Nr. 188.*

Dompropst Diethelm von Stainegg, Domdekan Johann von Torberg und das Domkapitel beurkunden, daß Heinrich Keller, bisheriger Besitzer eines vom Domkapitel gegen jährlich 1/2 Pfund Wachs lehenbaren Hauses am Fischmarkt, dieses Haus an Heinrich Mäuchinger und dessen Frau und Kinder verkauft und dasselbe zum Zwecke der Beleihung der Käufer dem Domkapitel aufgegeben habe. Das Domkapitel überträgt das Haus als Wachszinseigen auf die Käufer. Konstanz, 1326, Juni 11.

Diethelmus de *Stainegg* prepositus, Johannes de Porta decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis universis presentium inspectoribus subscriptorum notitiam cum salute. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod nos recepta a viro discreto Hainrico dicto *Keller*, filio quondam Volknandi dicti *Keller*, resignatione domus situate in foro litoris, contigue[1] ab una parte domui Conradi dicti *Swartzen*, civis Constantiensis, ab alia vero parte domui predicti quondam Volknandi dicti *Keller*, quam idem Hainricus, ipsius quondam Volknandi filius, a nobis tenuit in feodum et possedit eo iure, quod wlgariter dicitur *erblehen*, sub censu videlicet dimidie libre cere ponderis Constantiensis nobis singulis annis in festo nativitatis domini exsolvende, virum providum Hainricum dictum *Mů̊chinger*, uxorem suam legitimam et liberos ipsorum de premissa domo, quam ipse Hainricus *Mů̊chinger* a predicto Hainrico filio predicti quondam Volknandi dicti *Keller* rite et legitime comparavit pro certa pecunie quantitate, per manus nostras infeodavimus habendam et possidendam omni eo iure, quo predictus Hainricus habuit et possedit, ut predicitur, tenoreque presentium infeodamus. Adhibitis in premissis sollempnitatibus debitis et consuetis. Est etiam Hainrico *Mů̊chinger* et suis heredibus hoc ius salvum, predictam domum alienandi, vendendi vel obligandi, sicut ipsi videbitur expedire, censu nichilominus predicto nobis solvendo singulis annis in festo prescripto per possidentem domus predicte.

In cuius rei evidentiam sigillum capituli nostri presentibus duximus appendendum. Datum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, tertio idus Junii, indictione nona.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschriften GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 115 1/2; Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 34 1/2, Nr. 24; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 128 1/2.

Nr. 188a.*

Der Johanniterbruder Egli zu Rheinfelden bestätigt den Schwestern des Klosters Zofingen in Konstanz, daß diesem Kloster über die Hofstätte zu Konstanz, die

[1] Vorlage (Abschrift) hat contigua.

der Aussteller besessen, mit einem Hause überbaut und an den S. Michaelaltar bei der Rheinbrücke verkauft hat, ein freies Durchgangsrecht nach der Bruggasse zustehe. Vgl. Nr. 70 a.

[Rheinfelden], 1326, September 17.

Den erbern geislihen frowen, der . . priorin und den swestern des chlosters ze Chostenze, || dem mon spricht von Zovingen, und den burgern gemeinlich und dem rat ze Kostenze || embút ich brůder Egli sant Johans ordens huses bi Rinvelden min gebet und willigen dienst und tůn úch kunt, das ich an der hofstat, dů da hört ze sant Michels alter bi der Rinbrugge vant und öch underwist wart mit den alten ze Kostenze, das die vorgenanten fröwen einen weg hattend und soltend ze recht han von irem turlin unz an die gassen und das in die nieman beschliessen noch werren solte an iren willen, und des selben weges gond ich in wol, wan si in ze recht solten han. Und do ich das hus verköfte dem vorgenanten alter, do gedinget ich den vorgenanten frowen ir recht vor us, und dis sprich ich bi miner warheit und bi mim orden, das ich nicht anders enweis, wan das in der weg offen sol sin dur das hus, das ich uf derselben hofstat bůte nach allem iren willen und das ich in nie beslos wan mit iren willen und urlob. Und hieruber zem urkunde so han ich disen brief erbetten besigeln mit unsers vorgenanten huses ingesigel.

Und wier der . . comandur und die brůder desselben huses durch bette des vorgenanten brůder Eglis han unser ingesigel an disen brief gehenket. Der wart gegeben, do mon zalte von gotz geburte druzehen hundert und sechs und zwencig jar, an sant Lamprechz tage.

Ungedruckt. Perg. Or. Archiv des Lehrinstituts Zofingen in Konstanz. Siegel erhalten. Rückvermerk: von dem gang. Regest: Eiselein, Mittlgn. bad. hist. Komm. X, 81.

Nr. 189.*

Vor Stadtamman Ulrich Unterschopf verleiht der Konstanzer Bürger Eberhart von Kreuzlingen ein Haus in der Neugasse zu Konstanz als Erblehen an Johann Plerer Eheleute gegen einen jährlichen Zins von 5 Schilling Pf. und 3 Fastnachthühner. Konstanz, 1328, o. T.

lúten Cůnratten Egelin, burger ze Costentz und von fro Katherinen siner elichen wirtinne enpfangen hab drú und sibentzek und hundert pfunt pfenninge guter und gnemer Costentzer múns, die ich in minen redelichen nutz bekert und bewendet hab, und daz ich inen baiden gemainlich und unverschaidenlich umb dieselben pfenninge willeclich und mit güter vorbetrahtunge hab ze koffent geben fúr ain reht zinsaigen und ains rehten ewigen redelichen koffes min hus und hofstatt, dú ze Costentz in Mordergassen ainent an dem Wůstgraben gen Ůlrichs hus von Husen gelegen sint und andernt an Cůnrattes dez Ruhen hus, daz wilent Finelins des Juden was, und hindenan stossent an Hugen såligen dez Swartzen garten, dúselben hus und hofstatt wilent Sůsmannes dez Juden warent, und daz ich dúselben hus und hofstatt mit aller ir zůgehôrde inen baiden gemainlich und unverschaidenlich mit worten, werken und getåten und mit aller kraft, so darzů hort und notdurftig was, uffgeben hab und mit fertigunge an sú und in ir gewalt braht und och mit den rehten dafúr geben, das sú baidú gemainlich und unverschaidenlich oder ir aintweders, weders danne lebet, und dez erben und nachkomen und der, wer der ist, in des hant und gewalt dúselben hus und hofstatt nu ald hernach iemer stant und komen sint, jårgelichs ie ze únser frowen tag ze der Liehtmisse dem capittel ze dem thůme ze Costentz oder dem, der såmlich zins an des capittels stat enpfahet und innimet, geben und rihten sont ainen vierdunge wachs ze rehtem zins von dem vorgeschriben zinsaigen. Und hab mich och darúber verzigen und verzihe mich och fúr mich und fúr alle min erben und nachkomen gen den obgenanten Cůnratten Egelin und gen fro Katherinen siner elichen frowen und gen allen iren erben und nachkomen, als vor ist beschaiden, an demselben hus und hofstat und swaz darzů hôrt ze urtåt aller aigenschaft, aller lehenschaft, aller vorderunge, aller ansprach und alles dez rehtes, so ich daran hatte ald von dekainen dingen daran gehaben môht von dekainer slaht geriht alder reht, gaischelichs ald weltlichs. Ich sol och desselben hus und hofstat und dis redelichen koffes iro reht wern sin nach reht ane geverde.

Und ze warem und offeme urkunde und ståter sicherhait aller dirre vorgeschriben dinge gib ich der vorgenante Fridrich des hoves insigeler ze Costentz min insigel an disen brief. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes gebúrte zalte drúzehenhundert jar, darnach in dem fúnfzigosten jar, an sant Mathyes abende des zwelfbotten.

Ungedruckt. Perg. Or. im Privatbesitz der Familie G. Schaffner, Konstanz, derzeit Eigentümerin des betr. Hauses. Siegel fehlt. Geschrieben von Johann Richental. Rückvermerk: . . . über das hus zů dem Stainbock und Rechböckle.

Nr. 243.*

Ulrich Schriber, des gleichnamigen Goldschmiedes und Bürgers v. K. Sohn, urkundet, in seinem eigenen und im Namen seines minderjährigen Bruders Frick an Bischof Ulrich III. für 160 Pfund Pf. das ihnen erblich anerfallene Haus mit Hofstätte am untern Ende der Predigergasse, an der Brücke gelegen, verkauft zu haben und bestellt drei benannte Bürger für die Bestätigung des Kaufes durch seinen Bruder nach des letztern erlangter Volljährigkeit. Vgl. Nr. 276.

Konstanz, 1350, Juli 3.

Allen, die disen gegenwúrtigen brieff ansehent alder hœrent lesen, kúnd ich Ůlrich der Schriber, Ulrichs såligen des Schribers sun des goldschmids ains burgers ze Costentz, und vergihe des offenlich an disem brieff, das ich an miner und an Fricken mins brůders stat enpfangen hab von dem hochwůrdigen herren bischoff Ulrichen von Costentz hundert pfůnde und sechtzek pfunde pfenninge gůter und genemer Costentzer múntz, die in unser baider redlichen nutz komen und bekert sind, und das ich im und allen sinen nachkomen umb dieselben pfenninge hab ze kouffen geben recht und redlich daz hus und die hofstat, die ze Costentz in Nidernburg an Bredyergassen ze niderost an der brugge gelegen sind, daz uns von dem vorgenanten unserm vatter såligen ze erbe angevallen ist, und waz zů demselben huss und hoffstat hœrt. Und gib im och dúselben hus und hofstat mit disem brieff fur recht aigen und hab im och dieselben aigenschaft uff offner des riches strasse gefertiget und uffgeben mit allen den worten, werken und getåten, so darzů hort ald gehœren moht nach reht und nach gewonhait der stat ze Costentz. Und hab mich darůber verzigen und verzihe mich willeclich und unbetwungenlich mit disem brief fúr mich und fúr denselben Fricken minen brůder und fůr alle unser erben und nachkomen gen demselben minem herren dem bischof und gen allen sinen nachkomen aller vorderunge aller ansprach und alles des rehtes, so wir an aigenschaft und an anderen rechten daran hatten ald von dekainen dingen hernach daran gehaben mohtin von dekainer slaht gericht ald reht, gaischlichs alder weltlichs. Ich und min erben sœllin och desselben huses und hofstat desselben unsers herren des bischofs und siner nachkomen reht wern sin fúr reht aigen, als hie ze Costentz gewonhait und reht ist nach deme reht ane geverde. Und wan der vorgenante Frik min brůder ze sinen tagen noch nit komen ist, so hab ich dem vorgenanten minem herren dem bischoff fúr denselben minen brůder mit mir unverschaidenlich ze rehten wern und trœstern geben und gesetzet hern Cůnratten den Pawler, custer ze Bischofzelle, Friken den Appategger burger ze Costentz und Ůlricen Spůln, dez hoves schriber ze Costentz. Die hand alle mit

mir mit gůten trúwen gelobt, das wir alle wer und trőster sin und wesen sond dezselben unsers herren des bischofs und siner nachkomen, also wenne der vorgenante Frik min brůder ze sinen tagen komet, das er danne disen koff umb die vorgenanten hus und hofstat bestät und stät hab und och darumb gen im tüge und tůn soll alles, das och ich damit ietz gen im getan hab. Und wär, das darúber derselb min brůder ald kain unser erbe ald ieman andre von unsern wegen dasselbe huss und hofstat nú ald hernach ansprächint für aigen ald für lehen ald mit kainer ander ansprach, des söllin ich und dieselben min wern denselben minen herren den bischof und sin nachkomen verstan und versprechen gen männlich und an allen stetten, da si sin notturftig sint nach gewonhait der stat ze Costentz und nach recht ane geverde.

Und ze ainem urkúnd der warhait aller dirre dinge gib ich der vorgenante Ůlrich der Schriber min insigel an disen brief. Darnach vergehin wir die vorgenanten Cůnrat der Pawler, Frik der Appategger und Ulrich Spůl, das wir alle dry recht wern und trőster willeclich und unbetwungenlich worden sigin umb dieselben huss und hoffstat, als vor ist beschaiden. Und des ze ainer warhait haben wir ouch unserú insigel gehenket an diesen brief. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes geburt zalte drúzehenhundert iar, darnach in dem fúnfzigisten iar, an sant Ůlrichs abende.

Ungedruckt. Or. StAKZ. Nr. 1932. Zwei Siegel fehlen, die anderen beiden sind sehr beschädigt. Schrift des Johann Richental. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 20½, Nr. 11. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 4980.

Nr. 244.*

Bischof Ulrich III., Dompropst Diethelm von Stainegg, Domdekan Ulrich und das Domkapitel genehmigen die Stiftungen zweier Kaplaneien im Münster, genannt Trium lectionum, und bestimmen Rechte und Pflichten der Kapläne sowie die Kollatur. Die eine Pfründe wird von Dompropst Diethelm von Stainegg und Ritter Heinrich von Klingenberg gestiftet und mit dem Patronat der Pfarrkirche Altersweilen [Thurgau] ausgestattet, vorbehaltlich der Verpflichtung, einen Vikar zu bestellen. Die zweite Pfründe wird von Hermann, Kaplan weiland Bischof Rudolfs III., mit seinem Hause in der Mesnergasse und mit einem Kapital von 700 fl. ausgestattet. Für alle drei Stifter wird eine Jahrzeitfeier zugesagt. Vgl. Nr. 245 und 245a.

Konstanz, 1350, September 28.

In Christi nomine amen. Ulricus dei gratia episcopus, Diethelmus prepositus, Ůlricus decanus totumque capitulum ecclesie Const. universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes pervenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Sane cum divina conciperemus annuente clementia ad honorem omnipotentis dei, glorioseque virginis Marie et totius celestis curie in ecclesia nostra Constant. duas prebendas seu capellanias novas erigere, quarum prebendarii sive capellani in altari sancti Marie virginis maiori in festivitatibus trium lectionum seu etiam privatis diebus missarum solemnia, sicuti canonici eius-

dem ecclesie hactenus facere consueverunt et solent, solemniter celebrare et peragere possent, nos Diethelmus de *Stainegg*, prepositus predictus, et Hainricus de *Clingenberg* miles, attendentes, quod huiusmodi ordinatio et institutio annuente domino deo grata sint et accepta, ius patronatus ecclesie parochyalis in *Alterswile* cum omni iure, iuribus et pertinentiis universis in dotem, institutionem et erectionem unius earum omni modo et forma, quibus melius poteramus, ac de consensu et auctoritate predicti domini nostri Ulrici episcopi donavimus et presentibus etiam libere donamus. Quibus peractis accessit ad nostram presentiam dilectus in Christo Hermannus, capellanus quondam reverendi patris domini Růdolfi episcopi Const., et in dotem seu institutionem alterius prebende liberaliter et pure propter deum in manus nostras domum suam sitam in vico, qui dicitur *der Mesnergasse*, contiguam ex uno latere domui sive curie pertinenti prebende sancti Conradi et ex alio latere domui sive curie quondam Hainrici dicti *Nagler*, canonici ecclesie sancti Johannis Constant., et septingentos de rebus suis tradidit florenos, petens humiliter, ut propositum nostrum laudabile sic initiatum perficere et ad bonum finem deducere dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod summum bonum sit, divinum in dei ecclesia dilatare cultum, tractatu et deliberatione prehabitis diligenti, de communi omnium nostrum episcopi et capituli consensu dictam ecclesiam in *Alterswile* prebende per dictos dominos Diethelmum prepositum et Hainricum de *Clingenberg* militem dotate cum omni suo iure, iuribus ac pertinentiis universis univimus et presentibus unimus et incorporamus, et vicario in eadem ecclesia instituendo pro prebenda redditus octo modiorum tritici et unius maltri avene, unius plaustri feni, oblationes, anniversaria, funeralia et generaliter omnia remedia presentibus reservantes, decrevimus et ordinavimus et presentibus decernimus, statuimus, volumus et ordinamus, ut de cetero in ecclesia nostra Constantiensi predicta tales sint et esse debeant perpetue capellanie sive prebende de predictis dominorum prepositi, Hainrici de *Clingenberg* et Hermanni capellani bonis dotate et per nos erecte et institute, quarum capellani sive prebendarii in civitate Const. debeant personaliter residere et ad mandatum canonicorum et cuiuslibet eorum in sacerdotio constitutorum vel etiam sine ipsorum mandato septimanatim et vicissim in altari sancte Marie eiusdem ecclesie maiori in festivitatibus trium lectionum et etiam privatis diebus de tempore, sive anniversarium aliquod incidat sive non, quod propter hoc ommitti non debet, missam de festo vel de tempore vel etiam, dummodo plenum non sit officium, in quo canonici celebrant, et ministrent in eodum altari solemniter cantando et legendo, sicut et canonici eiusdem ecclesie celebrare valeant et peragere sint astricti. Et quod eisdem capellanis, qui pro tempore fuerint, celebrantibus in officio misse quoad indumenta et luminaria et in aliis, que ad dictum officium pertinent, sicut et canonicis in omnibus assistatur, communicetur et per eos, ad quos pertinet, deserviatur et ministretur. Et cum unus eorum per septimanam suam celebrat, tunc alter eorum post matutinam et ante primam in altari per dictos Diethelmum prepositum et Hainricum de *Clingenberg* in dicto monasterio construendo[1] aut in altari sacristie vel alio in dicto monasterio sito, die dominico missam de trinitate vel de dominica, vel in feria secunda pro defunctis, in feria sexta de sancta cruce et in sabbato de beata virgine celebret, vel, si per totam septimanam festa novem lectionum aut alias solemnia et cum pleno officio incidunt, in quibus canonici tantum celebrant, aut si canonicus, cuius est septimana, per totam septimanam celebrare voluerit, tunc ipsi prebendarii ambo, qui erunt pro tempore,

[1] Vorlage hat construendam.

missas predictas, addita semper collecta pro commemoratione fundatorum, in altaribus predictis vel ipsorum altero legere sint astricti. Volumus etiam et ordinamus, ut omnes de cetero capellani dictarum prebendarum iuxta succentores in sedibus chori nostri maioribus locum standi habeant et sub presidio, tuitione et immunitate nostri episcopi, canonicorum et capituli ac omnium successorum nostrorum sine contradictione perpetuo perseverantes consistant, et quod misse, matutine[2], vesperis et omnibus aliis horis canonicis interesse et in matutinis et vigiliis ac aliis horis canonicis in absentia canonicorum vel eius tantum, cuius est hebdomada, et canonicis aliis facere negligentibus, alias non, lectiones, capitula, collectas et alia, que per ipsos in huiusmodi horarum officiis fieri consueverunt, legere et peragere sint astricti in choro et in processionibus et in aliis divinis officiis ad mandatum decani vel alterius canonici in sacerdotio constituti, cantorem sive scolasticum aut succentores aut canonicos alios in intonendo et cantando coadiuvare teneantur. Alias autem nulli divinorum actui, qui ad canonicos pertinent et per eos fieri consueverunt, dicti capellani sub interminatione anathematis divini iudicii et pena periurii, etiamsi per canonicos iubeantur, quoquomodo se immisceant aut etiam vices aliquas supleant eorundem. Volumus etiam et ordinamus, ut, si canonici ob aliquam causam de divinis habendis vel omittendis in ecclesia discordaverint, quod iidem capellani semper suum officium, dummodo aliquod canonum non obsistat, legittime exequantur, nisi omnes canonici actu residentes aut totum capitulum vel canonici omnes in sacerdotio constituti vel ipsorum maior pars abstineant et per ipsos etiam capellanos abstinendum esse decernant, aut si propter subtractionem, negligentiam, retentionem et retardationem solutionis prebendarum, quas prepositus ecclesie canonicis ministrare tenetur iuxta consuetudinem ecclesie, per omnes vel maiorem partem contingeret abstinere, quodque capellani, qui erunt pro tempore, ad omnia et singula supra et infrascripta, si in eis vel ipsorum aliquo negligentes fuerint, per decanum ecclesie vel eo negligente per capitulum, per sacerdotem in prebenda seniorem tum per subtractionem alicuius portionis prebende quam etiam alias, prout eis videbitur, ad arbitrium valeant adartari. Et quia supradicti domini Diethelmus prepositus, Hainricus des *Clingenberg* et Hermannus capellanus, fundatores supradicti, in remedium animarum suarum et suorum ac ad laudem omnipotentis dei glorioseque virginis Marie huiusmodi prebendas sic honorabiliter dotarunt, volumus et presentibus ordinamus et statuimus, ut dies defunctionis cuiuslibet ipsorum et septimus et tricesimus per canonicos celebrentur, et ut anniversariorum ipsorum dies per capellanos prebendarum earundem perpetuo, cum advenerint, decantentur, quodque omnes canonici, qui presentes fuerint, in ipsorum septimo, tricesimo et anniversariis diebus teneantur offerre. De collatione autem dictarum prebendarum sic fieri volumus, statuimus et ordinamus, ut tres canonici vel maior ipsorum pars, si in unum concordare nequiverint, quorum unus sit prespiter, alter dyaconus et alter subdiaconus omnes antiquiores in prebendis et actu Constantie residentes, postquam dictas prebendas vel earum alteram vacare contigerit, in virtute sancte obedientie et sub pena periurii coram capitulo vel maiori parte, quam cito capitulum congregari contigerit vel alias ipsius vel maioris partis copiam sine dolo et fraude habere potuerint, ad sancta dei ewangelia iurare teneantur, quod abinde infra octo dierum spatium, quamcumque dictarum prebendarum vacare contigerit, alicui persone idonee, honeste et ad huiusmodi prebendam honorabili et sufficienti et in sacerdotali officio perito et actu sacerdoti conferant, dolo et fraude ac prece et pretio quoad omnia penitus

---

[2] Vorlage hat matutino.

circumscriptis et semotis. Quod si dicti canonici vel maior ipsorum pars modo premisso non iuraverint et infra predictum tempus omnes vel maior ipsorum pars dictam prebendam actu sacerdoti non contulerint, tunc ipso facto collatio dicte prebende ad decanum, qui similiter et sub penis predictis, quam cito copiam capituli vel maioris partis habere poterit, corporale prestet iuramentum, quod infra alios octo dies prestationem sui iuramenti inmediate sequentes et modo premisso dictam prebendam honorabili et idoneo viro et in officio sacerdotali perito et actu sacerdoti conferat, quod si non fecerit infra predictum tempus, collatio omni modo et forma, quibus prius, ad alios tres sacerdotem, diaconum et subdiaconum predictis tribus posteriores et iterum seniores in prebendis libere devolvatur. Sin autem, quod absit, collatores predicti premissa omnia et infra tempus predictum non fecerint, collatio ad prepositum, scolasticum et thesaurarium ac deinde ad episcopum omni modo et forma, quibus supra, successive devolvatur.

In quorum omnium et singulorum testimonium et evidentiam plenam et perfectam sigilla nostra Ůlrici episcopi, capituli, Diethelmi prepositi, Hainrici de *Clingenberg* et Hermanni capellani supradictorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, in vigilia beati Michahelis archangeli, indictione quarta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 162 und thurg. Kantonsarchiv Frauenfeld. Siegel erhalten. Abschrift GLA. Cop. 491 (alte Nr. 305), f. 79, Nr. 59; Copb. 509 (alte Nr. 322), f. 114a; Regest: Regg. ep. Const. Nr. 4984. Pupikofer, Gesch. Thurgau. Beil. I, 84, Nr. 45.

Nr. 245.*

Dompropst Diethelm, Domdekan Ulrich und das Domkapitel nehmen von Gosmann Spiser, B. v. K., ein diesem selbst, seinem Bruder Heinrich und seiner Mutter Adelhaid gehöriges Haus mit Hofstätte in der Mesnergasse, lehenrührig vom Domkapitel mit einer jährlichen Zinspflicht von 30 Schilling Pf., auf und beleihen damit Hermann, den Hofkaplan weiland Bischof Rudolfs III., und die von ihm gegründete Domkaplaneipfründe ‚Trium lectionum', an welche die genannten bisherigen Inhaber des Hauses dasselbe um 71 Pfund Pf. verkauft haben. Vgl. Nr. 244 und 245a.

Konstanz, 1350, November 10.

In Christi nomine amen. Nos Diethelmus prepositus, Ůlricus decanus, totumque . . capitulum ecclesie Constantiensis notum facimus universis tam presentibus quam futuris, || ad quos presentes pervenerint, quod constitutus coram nobis in sacrario sive loco capitulari nostro et ecclesie nostre Constantiensis, nobis ibidem capitulariter || congregatis, dilectus in Christo Gosmannus dictus *Spiser*, civis Constantiensis, aperuit coram nobis, se et fratrem suum Heinricum et Adelheidim, matrem ipsorum legitimam, domum et curtim suam cum omni suo iure et iuribus ac pertinentiis universis, sitam an *Mesnerrgassun*, que ab uno latere contiguatur domui prebende sancti Cůnradi et ab alio domui prebende quondam Heinrici dicti *Nagler*, canonici sancti Johannis Constantiensis, que feodalis est a . . capitulo nostro et quam ipsi a . . capitulo nostro sub solutione annui census triginta solidorum

denariorum Constantiensium, singulis quatuor temporum jeiuniis septem solidis cum sex denariis . . capitulo nostro persolvendis, tenebant in feodum, dilecto in Christo Hermanno, capellano quondam domini Rŭdolfi episcopi Constantiensis, ac prebende nove per ipsum Hermannum dotate, cuius capellanus festa trium leccionum celebrare tenetur, pro septuaginta et una libra denariorum Constantiensium vendidisse, et petiit a nobis humiliter, ut domum et curtim eosdem et ius infeodationis sive feodale ac omne ius sibi et fratri suo Heinrico ac Adelhaidi matri ipsorum in predicta domo et curti competens ab ipso vice et nomine suo, Heinrici fratris sui et Adelheidis matris ipsorum predicte, a quibus se mandatum ad hoc habere aperuit, in manus nostras et . . capituli nostri resingnantis [!] reciperemus et prefato Hermanno capellano sive prebende sue predicte in feodum perpetuum sub annuo censu triginta solidorum per . . capellanum dicte prebende . . capitulo nostro singulis annis, in quatuor temporum jeiuniis septem solidis cum sex denariis, persolvendorum conferre et ipsum ac prebendam predictam in persona ipsius de dicta domo et curti infeodare dignaremur. Nos attendentes petitionem ipsius iustam et rationabilem fore, predictam domum et curtim cum omni suo iure et iuribus ac pertinentiis universis a prefato Gosmanno vice et nomine suo et predictorum fratris et matris ipsorum resingnantis recepimus et eam predicto Hermanno sive prebende sue predicte in personam ipsius, adhibitis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, sub solutione predicti census possidendam perpetuo contulimus et conferimus per presentes.

In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri sigillo prefati Gosmanni dicti *Spiser* presentibus est apensum [!]. Datum et actum Constancie in capitulo sive loco capitulari nostro predicto, sub anno domini M°ccc°l°, in vigilia beati Martini episcopi.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 107. Siegel erhalten. Das Siegel des Ausstellers trägt die Umschrift: Sigillum Hainrici de Buselingen Dispensatoris. Vidimierte Abschrift GLA. V, Spec. 180; Abschrift GLA. Coph. 509 (alte Nr. 322), f. 157½. Eine zweite Abschrift befindet sich GLA. Copb. 506 (alte Nr. 319), f. 87½ mit falschem Datum [1353, Nov. 10]. Regest: Regg. ep. Const. 4988.

Nr. 245a.*

Die Brüder Heinrich und Cosmas Spiser, B. v. K., verkaufen ihr Haus mit Hofraite in der Mesnergasse für 71 Pfund Pf. an Hermann, den Hofkaplan weiland Bischof Rudolfs III., und die von ihm gestiftete Domkaplaneipfründe. Vgl. Nr. 244 und 245.

Konstanz, 1350, November 12.

Allen den, die disen brief ansehent oder hŏrrent lesen, kúnden wir Hainrich und Cosmas gebrůder || genemt die Spiser, burger ze Chostentz, und veriehen offenlich an disem brief fúr úns und únser erben, || daz wir únser hus und hofraiti,

das gelegen ist an Mesnergassun, recht und redelich ze koufende geben habin . . dem erberen herren herr Herman, der wilunt bischof Růdolfs sålgen von Kostentz caplan was, und siner pfrúnde, die er uff dem Tůme ze Chostentz gestift hat, umb ains und sibentzig pfunt pfenning gůter und gåber Chostentzer múntz, der wir von im gar und gåntzlich gewert und beriht sint an baren und beraiten pfenningen und dieselben pfenning an únsern gůten nutz bekert habin. Und sigin desselben huses und hofraiti wêr nach rechte fúr månlichen an gaistlichem und weltlichem gericht, als er und die pfrůnde und ouch sin nachkomen der pfrůnde nottúrftig sint und sunderlichen ain iar, sehs wokan und drige tag, nach dem als dirr brief geben ist.

Und des ze warem offenem urkúnde so henken wir vorbenemten Hainrich und Cosmas die Spiser gebrůder fúr úns und únser erben únsrú aigenú insigel an disen brief, der geben wart ze Chostentz, do man von gottes gebúrt zalte drúzehenhundert iar, darnach in dem fúnfzigosten[1] jar, an dem nåhsten fritag nach sant Martins[1] tag.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 180. Siegel erhalten. Regest: Regg. ep. Const. Nr. 4989.

Nr. 246.*

Domdekan Ulrich Güttinger und das Domkapitel gestatten dem Dompropste Diethelm von Stainegg mit Rücksicht auf die von demselben für seinen Klaustralhof beim Münster gemachten baulichen Aufwendungen, diesen Hof seinem Nachfolger in der Pfründe mit einer jährlichen Abgabe von 2 Pfund Pf. zur Jahrzeitfeier des Propstes Diethelm belastet zu hinterlassen.

Konstanz, 1352, April 19.

Omnibus et singulis presentes litteras inspecturis Ulricus *Guttinger*, decanus, totumque capitulum ecclesie Constanciensis noticiam subscriptorum. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quos nosse fuerit oportunum, quod nos ad preces instantes honor. viri domini Diethelmi de *Stainegge* nostri in ecclesia Constanc. predicta prepositi, qui multas et graves expensas circa structuras curie sue claustralis site inter publicam stratam, que dicitur *der Schůler stad* et cimiterium ecclesie Const. dictum *an der Fúlli,* cui ex uno latere videlicet versus orientem contiguatur Renus inter murum Constanciensem decurrens, ex alio latere capella sancte Katherine, ex tercio latere videlicet versus occidentem scola vero Constantiensis ecclesie est annexa, habuit atque fecit, concessimus, permisimus, statuimus et ordinavimus animo deliberato et presentibus concedimus, permittimus, statuimus et etiam ordinamus, quod quicumque canonicorum ecclesie Const. predicte, sive sit prebendatus sive non, curiam dicti domini prepositi, ut premittitur, post ipsius decessum in perpetuum assequatur seu fuerit assecutus, quod is sive idem in die anniversarii prefati domini prepositi duas libras den. mon. Const. singulis annis solvere teneatur dilacione et diminucione omni remota distribuendas singulis annis, ut premittitur, in dicti domini prepositi anniversario per dicti nostri capituli procuratorem sive cellerarium generalem forma et modo subscriptis: Videlicet quod idem noster procurator sive cellerarius, qui pro tempore est sive erit, canonicis ecclesie Const. prebendatis presentibus decem solidos dictorum denariorum, quatuor prebendariis videlicet sancti Cůnradi, prebende nove huic simili et prebendarum trium lectionum duos solidos in dicto anniversario, quod imperpetuum singulis annis cum vespera et missa pro defunctis ac visitatione

[1] Durch ein Loch des Pergaments teilweise unleserlich.

sepulcri more solito debet celebrari, distribuat subcustodi quoque, qui pro tempore fuerit, duos solidos pro amministratione duarum candelarum unam libram in pondere habentium, que in ipso anniversario ad sepulcrum ipsius domini prepositi singulis annis perpetuo in primo pulsu vesperarum incendi deberent et non extingui usque in crastinum finita missa pro anniversario celebranda; edituis unus solidus[!], qui more solito hora misse compulsent tribus vicibus anniversarium cum magna campana; singulis vero prebendariis sive capellanis altarium et capellarum in dicta ecclesia Const. vel infra septa eiusdem ecclesie Const. sitorum et sitarum in sacerdotio dumtaxat constitutis et presentibus in vigilia per eos inmediate post decantationem completorii iuxta dominicum sepulchrum ecclesie Const. more solito decantanda quatuor denarios monete predicte et modo predicto distribuat. Et quidquid post huiusmodi distributionem, ut premissum est, de prefatis duabus libris denariorum supererit dolo et fraude postpositis, hora solita et consueta in pane pauperibus erogetur.

In cuius rei testimonium evidens et robur perpetuum sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Datum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo . . . .[1] secundo, in die beati Leonis pape, que evenit tredecimo kal. Maii, indicione quinta.

Ungedruckt. Or. verloren. Abschrift GLA. Copb. 493 (alte Nr. 307), f. 205 1/2, Nr. 111. Z. Zt. der Fertigung der Kopie (ca. 1500) hatte nach der Aufschrift der Kantor Konrad von Bodman den Hof inne.

Nr. 247.*

Vor dem Offizial verkauft Johann Keller genannt Vogel, B. v. K., dem Stift S. Stephan eine Rente von 3 Pfund von seinen drei Häusern mit Hofstätten und Bänken am Marktstad (zum wilden Schwein,[1] zum roten Adler und zum Korb) für einen Kaufpreis von 46 Pfund 10 Schilling Pf.

Konstanz, 1352, Juni 19.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentes litteras intuentibus memoriam rei geste cum notitia subscriptorum. Ne labantur cum tempore ea, que geruntur || in tempore, scripturarum debent inditiis[!] eternari. Noverint igitur presentium inspectores universi, quod constitutus coram nobis anno domini M°ccc° quin||quagegesimo secundo, feria tertia ante festum beati Johannis Baptiste proxima, judicii in figura Johannes dictus *Keller*, alio nomine dictus *Vogel*, filius quondam Vŏlkini dicti *Keller*, civis Constantiensis, fatebatur in jure coram nobis, se sponte et libere ac deliberate et tractatu solempni premisso vendidisse et vendendo tradidisse iusto venditionis tytulo pro se et heredibus et successoribus suis honor. in Cristo . . capitulo et . . canonicis ecclesie sancti Stephani Constantiensis et eorum successoribus redditus perpetuos seu census trium librarum den. Const. ipsis et eorum successoribus singulis annis solvendis et dandis terminis subscriptis sine qualibet diminutione et protractatione et absque omni dampno et periculo ipsorum et

---

[1] Die Vorlage (Kopie) hat die Zehnerzahl übersehen. 1302 hat weder 5. Indiktion, noch waren damals die in der Urkunde genannten Domdignitäre im Amte. Während der in Betracht kommenden Zeit haben 5. Indiktion 1337 und 1352. Um 1337 kann es sich nicht handeln, weil damals die in der Urkunde erwähnten Pfründen Trium lectionum noch nicht bestanden. Vgl. Urkk. Nr. 244, 245. Es bleibt also nur das Jahr 1352 übrig und damit die Annahme, daß der Abschreiber «quinquagesimo» hinter «trecentesimo« ausgelassen hat.

specialiter et nominatim, quod idem Johannes dictus *Keller*, heredes seu successores sui in subscriptis domibus et areis, bancis sive stampnis eorum et earum iuribus et pertinentiis ipsorum, emptores et eorum in dicta ecclesia sancti Stephani Constantiensis successores, qui pro tempore fuerint, exonerare, relevare ac penitus liberare et indempnes reddere et conservare debeant ab omni exactione, stúris sive stipendiis et servitiis quibuscunque, si quas seu que . . consules sive . . cives vel commune civitatis Constantiensis occasione seu pretextu reddituum seu census predictarum trium librarum den. Constantiensium imponerent seu quovismodo deputarent sive imponere et deputare vellent, videlicet mediam partem reddituum seu census predictarum trium librarum den. Const. in ieiunio quatuor temporum in festo seu circa festum Penthecostes et reliquam mediam partem predictarum trium librarum den. Const. in ieiunio quatuor temporum immediate post festum beate Lucie virginis de tribus domibus suis et areis et bankis seu stampnis sive locis sitis in civitate Constantiensi in foro litoris subscriptis et earum pertinentiis in solidum, videlicet de domo et area dicta *zem wilden Swin*, sita inter domum dictam *zem swartzen Schilt*, pertinentem . . liberis et heredibus quondam . . dicti *Gotschalk*, et domum dictam *zem Rosse*, pertinentem Conr. dicto *Eglin* extendente se a posteriori parte usque ad domum dictam *zer Katzun*; item de domo sua dicta *zem roten Adler*, cui ab uno latere prefata domus dicta *zem Rosse* confinatur; item de proxima una domo sua predicte domui dicte *zem roten Adler* contigua, cui ab uno latere domus ipsius Johannis dicti *Keller* sita in fine in wlgari dicto *am Ort* in loco dicto *im Gesselin* adiacet, eisdemque duabus domibus et areis ipsarum a posteriori parte [se] extendentibus ad locum dictum den *Wůstgraben*, pro quadraginta sex libris et decem solid. den. Const., quas idem Johannes dictus *Keller* fatebatur ab ipsis emptoribus in prompta et parata peccunia se recepisse et in usus suos utiles et necessarios ac evidentes convertisse et conversas fore.

Cavit etiam predictus Johannes dictus *Keller* pro se et . . heredibus et successoribus suis et se et eosdem obligavit et presentibus obligat predicto capitulo et canonicis ecclesie sancti Stephani Constantiensis et eorum in dicta ecclesia successoribus, qui tunc pro tempore fuerint, de quolibet evictionis periculo, constituens se warandum reddituum seu census predictarum trium librarum den. Const. de tribus domibus predictis et earum areis, bancis seu stampnis et pertinentiis universis predictis in solidum ex parte dictorum emptorum singulis annis terminis predictis sine qualibet diminutione ac omni periculo et dampno ipsorum, ut predictum est, expedibiliter percipiendarum et recipiendarum. Subiciens se et heredes et successores suos ac inquilinos domuum predictarum tali pene, ut si ipse vel . . heredes seu successores sui vel inquilini domuum et arearum predictarum, jurium et pertinentiarum earundem ac bancarum detentores seu possessores contra premissa vel aliquod premissorum facerent vel venirent vel in premissis negligentes forent, quod a nobis ex tunc pro re confessa monitione octo dierum premissa debeant excommunicari, cui pene se et heredes ac successores suos et inquilinos et detentores seu possessores submisit spontanea voluntate. Et sepenominatus Johannes dictus *Keller* renuntiavit pro se et . . heredibus et successoribus suis et aliis premissis in premissis et quoad premissa exceptioni doli mali, circumventionis et deceptionis quarumlibet, exceptioni ultra dimidiam iusti precii, peccunie non numerate, non tradite non solute, beneficio cuiuslibet restitutionis in integrum, sollempnitatis debite non adhibite, litteris, graciis, iuris consuetudinibus universis editis et edendis omnique suffragio canonum atque legum, quibus mediantibus ea, que premissa sunt seu in presentibus litteris continentur, in toto vel in aliqua sui parte vitiari seu in-

pungnari possent seu quomodolibet annullari ac omnibus juris et facti remediis, que sibi vel heredibus seu successoribus suis et aliis premissis possent in premissis quomodolibet suffragari. Adhibitis etiam in premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et conswetis.

Et in premissorum omnium et singulorum testimonium et evidentiam sigillum curie nostre Constantiensis ad petitionem predicti Johannis dicti *Keller* una cum sigillo proprio eiusdem Johannis dicti *Keller* duximus presentibus litteris apponendum. Quibus et ego predictus Johannes dictus *Keller* ad maiorem certitudinem et cautelam recognoscens, premissa omnia et singula per me modo premisso esse facta, me et heredes ac successores meos ad ratihabitionem omnium premissorum firmiter astringens sigillum meum proprium una cum sigillo prelibati domini . . officialis curie Constantiensis etiam apposui seu appendi in testimonium omnium premissorum. Datum Constantie, anno domini et die quibus supra, indictione quinta.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 145a. Siegel erhalten. Rückvermerke: Ab 3 hausser am Merkstett. Littera emptionis . . trium de domibus quondam Johannis Keller dicti Vogel, videlicet ab dem wilden Schwin u. ab dem hus, da Hans Babenberg inn ist und ab dem Ort-hus, daz der Kellerinnen waz. Haben ietz Kessing, Kalt und Morell Guldinast, Keupfer. Zum Korb gibt der Morell und nit Jakob Nadler [15. Jh.]. Abschrift GLA. Copb. 585 (alte Nr. 340 zz.), f. 84 1/2 mit der Bemerkung [ca. 1420]: Instrumentum cantans de III lib. den. de tribus domibus, quarum unam possidet Ital Egli zem roten Adler; alteram Bustettin zem wilden Schwin; item aliam dictus Kutz dz Ort hus im Gasslin, nunc Ulis Keller alias Munprat.

Nr. 248.*

Der Offizial entscheidet einen Rechtsstreit zwischen den Dommesnern Johann Kluftinger und Johann von Sünchingen als Vertretern des Dommesneramts einerseits und Hugo Ströli, B. v. K., anderseits inbetreff der Zinspflichtigkeit eines Hauses am Tümpfel (jährlich 3 Scheffel Nüsse zur Unterhaltung eines Ewiglichts in der Margarethenkapelle des Münsters) dahin, daß Hugo Ströli zur Entrichtung dieser Gült verpflichtet sei und das in dem letzten Jahre versäumte Reichnis nachzuliefern, sowie die Kosten des Prozesses zu tragen habe. Wegen weitergehender Forderungen abgewiesen, melden die Kläger Berufung an das päpstliche Gericht an. Vgl. Nr. 258, 281, 282.

Konstanz, 1352, Dezember 17.

In nomine domini amen. Officialis curie Constanciensis omnibus presencium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. In causa mota || inter Johannem dictum *Kluftinger* sacerdotem, Johannem de *Súnchingen* edituos ecclesie Constantiensis ipsorum et officio edituatus ecclesie Constanc. || nomine et specialiter inter ipsum Johannem de *Súnchingen* tamquam procuratorem et nomine procuratorio honor. in Christo . . capituli ecclesie Constanc. ex una et Hugonem dictum *Ströli* de Constancia sub statuis ex parte altera super eo, quod licet ipsi editui seu sacriste et eorum in dicto officio edituatus predecessores occasione et pretextu dicti officii ratione amministracionis seu procuracionis luminis de oleo in cappella beate Margarete virginis et martiris et coram altari eiusdem cappelle in ecclesia Constanc. sitis de nocte ardentis fuerint in possessione pluribus annis videlicet decem, viginti, triginta et quadraginta et tanto tempore et per ipsum tempus, quod in contrarium eius memoria hominum non existit, pacifica et quieta vel quasi,

singulis annis percipiendi circa festum beati Martini episcopi nomine census tres modios nucum mensure Constanc. vel estimacionem ipsarum nucum in denariis, sicut tunc communiter vendebantur, de domo et area, sita seu sitis in civitate Constanc. in vico dicto *am Túmphel* inter domum Burch. dicti *Ôten* et domum quondam Johannis dicti *Wiengli* sacerdotis Constanc., et occasione eiusdem domus et aree nuncupata *Johans såligen des alten Goltsmits hus*, nunc predicto Hugone se de eadem intromittente, et census predictorum trium modiorum nucum dicto lumini cappelle seu altari beate Margarete pertineant et pertinere dinoscantur; et idem Hugo censum predictorum trium modiorum nucum in nucibus vel denariis, sicut tunc communiter vendebantur seu vendi poterant in foro, pluribus annis ipsis actoribus et eorum in dicto officio edituatus predecessoribus solverit et assignaverit singulis annis racione administracionis et provisionis luminis predicti; et nichilominus illi, quibus domus et area predicte ante ipsum Hugonem pertinuerunt, dictis actoribus et eorum in dicto officio predecessoribus similiter predictum censum singulis annis et per tempora predicta et nomine quo supra solverunt et assignaverunt; tum idem Hugo reus ipsis actoribus censum predictorum trium modiorum nucum, sicut hactenus consuetum est et fuit, dictis actoribus nomine quo supra de anno domini M°ccc°xl° nono et nichilominus isto anno videlicet anno domini M°ccc° quinquagesimo circa festum beati Martini episcopi proxime preteritum seu preteritis de domo et area predictis debitum et pertinentem in nucibus vel in denariis, sicut communiter vendebantur seu vendi poterant seu potuerunt, solvere et dare neglexit et adhuc minus iuste negligit ac ipsos dicti census plenaria possessione destituit indebite et minus iuste contra deum et iusticiam, prout hec et alia ipsi actores in suis posicionibus plenius declarabunt. Petunt igitur ipsi actores nomine quo supra ex causis premissis, quatenus ipsos in pristinam possessionem census predicti reducatis et reducendos fore decernatis ac dictum reum ad satisfaciendum ipsis adhuc de quatuor solid. den. Constanc. de anno domini M°ccc°xl° nono et de tribus modiis bonarum nucum dicte mensure de anno domini M°ccc° quinquagesimo ipsis racione census neglecti debitis et ad restituendum ipsis dampnum et interesse et negligencias, quas vel que ipsi actores sustinuerunt et habuerunt in eo, quod eis pravas nuces et inutiles dedit et emit ac emi mandavit et procuravit anno domini M°ccc°xl° septimo, ut credis, que vel quas estimant ad sex solid. den. Constanc., cum refusione aliarum expensarum, dampnorum et interesse vestra sentencia diffinitiva mediante ecclesiasticam per censuram conpellatis. Hec petunt etc. Salvo ipsis iure, beneficio in omnibus videlicet addendi, minuendi, corrigendi, declarandi. Petunt eciam expensas in lite factas et protestantur ipsis faciendas fore salvas. Non astringunt se ad probandum omnia premissa, sed tamen ipsorum intencioni necessaria etc.

Lite itaque per ipsum Hugonem reum super dicta peticione cum Johanne de *Súnchingen* predicto nomine eiusdem Johannis et nomine procuratorio dicti . . capituli et Johannis dicti *Kluftinger* predicti legitime contestata prestitoque iuramento calumpnie vitande et veritatis dicende a Johanne de *Súnchingen* predicto nomine, quo supra, et a reo supradicto, datisque per ipsum Johannem de *Súnchingen* nomine quo supra quibusdam posicionibus et responsionibus ad easdem subsecutis, receptisque testibus, quos dictus Johannes de *Súnchingen* nomine, quo supra, pro suis intentionibus fundandis producere voluit et produxit, et dictis ipsorum in scriptis redactis et publicatis, productoque pro parte dictorum actorum quodam instrumento pro ipsorum intentione fundanda, propositisque pro parte dicti rei quibusdam defensionibus et datis ex eis quibusdam

particulis per reum antedictum responsionibusque per ipsum Johannem de *Sünchingen* ad eosdem subsecutis ac subsequenter pro parte dicti rei quadam excepcione contra processum ipsius cause proposita et per nostram interlocutionem non admissa sed repulsa, ac deinde prefato reo ad feriam secundam post festum beati Nicolai episcopi proximam hora prime ex parte nostri citato ad concludendum causa in predicta eodemque termino ipsis partibus coram nobis comparentibus ac ipso reo petente, sibi dari terminum ad producendum magistrum Johannem *Jŏhelarii* advocatum in curia Constanc. super articulis per reum in ius deductis, qui magister Johannes extra civitatem Constanc. moram tunc traxit, ac pro tunc nobis reservantibus eidem reo ius producendi in testem ipsum magistrum Johannem et per ipsum reum facta protestacione, quod ius producendi predictum magistrum Johannem in testem remaneret sibi salvum, non obstante, si concluderetur in causa; et sic concluso in negocio prefixoque per nos termino videlicet feria sexta post festum beate Lucie virginis proxima hora prime ipsis partibus ad audiendum senteneiam nostram diffinitivam causa in predicta, eodemque termino per nos causa uberioris deliberacionis usque in hunc diem, videlicet usque ad feriam secundam ante festum beati Thome apostoli proximam hora prime continuato eodemque termino ipsis partibus coram nobis comparentibus receptoque uno teste iurato scilicet magistro Johanne *Jŏhelarii* supradicto super articulis per reum in ius deductis ac deinde dictis partibus sententium nostram diffinitivam postulantibus: quia invenimus ex hiis, que coram nobis in iudicium sunt deducta, intencionem dictorum actorum adeo fore fundatam, quod ipsos actores in pristinam possessionem et statum percipiendi census huiusmodi tempore supraspecificato de domo supradicta reducendos fore decernere ac quod dictum reum ad satisfaciendum ipsis actoribus de censu subtracto compellere debeamus. Idcirco habito peritorum consilio iurisque ordine in omnibus observato, prefatos actores nomine quo supra in possessionem pristinam et statum percipiendi censum trium modiorum nucum mensure Constanc. tempore supradicto de domo superius specificata decernimus reducendos dictumque reum ad satisfaciendum ipsis actoribus de censu subtracto, videlicet de tribus modiis nucum bonarum mensure Constanc. de anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo et deinde singulis aliis annis hucusque subsequentibus de tribus modiis bonarum nucum mensure eiusdem racione census neglecti ipsis debitis condempnamus sententialiter hiis in scriptis, ipsum reum, quoad satisfactionem quatuor solid. den. Constanc. de anno domini millesimo ccc° quadragesimo nono, ut prescribitur, per actores petitorum et quoad solucionem sex solidorum den. Constanc. racione interesse et negligenciarum per ipsos actores petitorům absolventes, expensas litis dictis actoribus reservantes, quas tamen suo sacramento nostra taxacione prehabita coram nobis duxerint obtinendas.

Ab hac sentencia statim ea lecta, quatenus contra eos lata est, ipsi actores vive vocis oraculo ad sanctam sedem apostolicam appellarunt et provocarunt et petierunt a nobis apostolos ipsis dari, quibus terminum videlicet septimum diem mensis Januarii proxime venturi ad recipiendum apostolos assignavimus et assignamus.

Datum Constancie, feria secunda ante festum beati Thome apostoli supradictum, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 138. Siegel erhalten.

Nr. 249.*

Abt Johann von Petershausen nimmt von Bartholome zum Burgthor dem Jüngern dessen vom Kloster Petershausen lehenrühriges Haus mit Hofstätte hinter dem

Frauenkloster S. Peter auf und verleiht es, mit einer jährlichen Zinspflicht von zwei Schilling Pf. belastet, an die Mätzin von Münsterlingen und ihre Tochter Nese Schriberin, Klosterfrau zu Feldbach, welchen beiden Frauen Bartholome zum Burgthor das Haus für 4 Pfund Pf. verkauft hatte. Vgl. Nr. 211, 256, 270, 305. Petershausen, 1353, Juli 4.

Wir Johans von gottes gnaden abt dez gotzhus ze Petershusen veriehen offenlich mit disem brief, das fúr úns || kam Bartholome ze Búrgtor der iunger und gab uf an unser hant sin hus, in der stat ze Costentz gelegen hinder || der frŏwen closter ze sant Peter entzwischent swester Maetzinen der schererinen und der Liebinen von Zúrich husern, darab uns und unserm gotzhus gant ze zins zwen schilling phenning Costentzer múns jaerclichs uf sant Martinstag. Und do wir daz vorgenant hus von im ufgenamen, do bat er uns, daz wir lúhin dazselb hus und hofstat Maetzinen von Múnsterlingen und Nesen Schriberinen, ir tochter, ainer closterfrŏwen ze Veltbach, von den er in kŏfes wis umb dazselb hus enphangen het vier phunt phenning Costentzer múns, die in sinen redlichen nútz komen und bekert waren, als er vor uns veriach. Diu bet erhorten wir und lúhen daz obgenant hus und hofstat den egenanten Maetzinen von Múnsterlingen und Nesen ir tochter umb den zins, als vor beschaiden ist, und mit dem geding: waer, ob die selb Nese, closterfrŏwe ze Veltbach, ir mûter úberlebte und daz hus an si viel, so sol daz closter von Veltbach weder vor ir tod noch nach ir tod mit dem hus nit ze schafend han in dehainen weg. Wir haben ins och verlúhen mit dem geding: wolten sis versetzzen ald verkŏfen, so sond si es zem ersten uns oder unsren nachkomen vail bieten und fúnf schilling Costentzer múns naeher gen denn andren lúten, ob wir es kŏfen woltin. Woltin aber wir es nit kŏfen, so múgen sie es ze kŏfend gen, wem sie wen ân allain andren gotzhússere, ân spital, ân samnungen ald waz ewig ist, die wir zû dem kŏf nit lassen komen. Wer ouch dazselb hus kŏfet, der sol es von uns emphahen und ain viertal lantwins dez besten, so man ze Costentz schenket, ze erschatz geben.

Und dez ze warem und offenn urkund henken wir unser insigel an diesen brief. Der ist gen ze Petershusen, do man zalt von Crists geburt drúzehenhundert iar, darnach in dem dritten und fúnfzigosten jar, an sant Ůlrichs tag.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. II. A. v. Nr. 1467. Siegel beschädigt. Abschrift Copialb. des Spitals f. 202, Nr. 346.

Nr. 250.*

Dompropst Diethelm von Steinegg, Domdekan Ulrich Güttinger und das Domkapitel urkunden, daß Friedrich von Sulgen, Insiegler des bischöflichen Hofes, das durch ihn von Heinrich von Wolrau gekaufte Haus zur Glocke in der Niederburg, um es des Salmanns zu entledigen, der Domkirche seitens seines Verkäufers (Heinrich von Wolrau) und dessen Salmann (Ulrich in der Bünde des Älteren, B. v. K.) als Zinseigen habe auftragen lassen. Das Domkapitel verleiht dementsprechend das Haus mit Hofstätte sofort an Friedrich von Sulgen zurück, belastet mit einem jährlichen Zins von ½ Pfund Wachs.

Konstanz, 1353, November 4.

darúber verzigen und verzihe mich offenlich mit disem brief fúr mich und alle min erben und nachkomen gen den vorgenanten pflegern und dem maister desselben spittals und gen iren nachkomen und gen demselben spittale an demselben hus und hofstat und an den akkern aller aigenschaft, aller lehenschaft, aller vordrung und aller ansprach und aller únsers rehten, so wir daran hatten ald von dekainen dingen iemer daran gewinnen möhtin von dekainrschlaht geriht ald reht gaischlichs ald weltlichs. Ich und alle min erben sölin och derselben hus und hofstat und der akker derselben pfleger und des maisters und ir nachkomen und desselben spittals reht wern sin nach gewonhait und reht der stat ze Costentz.

Und ze warem und offem urkúnd aller dirr vorgeschriben ding gib ich derselb Cunrat Pfefferhart fúr mich und alle min erben und nachkomen den pflegern und dem maister und iren nachkomen und demselben spittale darúber disen brief mit minem aigen insigel besigelten. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes gebúrt zalt drúzehenhundert jar, darnach in dem sehtzigosten jar, an sant Nycolaus abent des hailgen byschofs.

Ungedruckt. Perg. Or. NSPAKZ. Nr. 61. Siegel erhalten.

Nr. 288.*

Vor dem Offizial verkaufen und übereignen Frater Burkhard von Villingen, Prior, Frater Johann von Engen, Subprior, Frater Ulrich Engelli, Kustos, Frater Konrad von Lindau, Frater Berthold von Riedlingen, Frater Jakob Wäkerli, Frater Ulrich von Eßlingen und der gesamte Konvent des Predigerklosters für 13 Pfund Pf. an Abt und Konvent des Klosters Salem eine Hofstätte am Tümpfel. Konstanz, 1361, Januar 2.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentes litteras intuentibus notitiam subscriptorum cum salute. Ne gesta modernorum prolixitate temporis labilique memoria hominum infi|ciantur, utile est, ea scripturarum indiciis perhennari. Noverint igitur presentium inspectores universi et singuli, quos nosce fuerit oportunum, quod constituti || coram nobis anno domini millesimo ccc° lx primo, die sabbati post circumcisionem domini proxima, iudicii in figura religiosi in Christo frater Burchardus de *Vilingen* prior, fr. Johannes de *Engen* subprior, fr. Ůlricus dictus *Engelli* custos, fr. Cůnr. de Lindagia, fr. Berchtoldus de *Růdlingen*, fr. Jacobus dictus *Wůkerli*, fr. Ůlricus de *Esslingen* totusque conventus domus Predicatorum civitatis Constant., submittentes se in hac parte nostre iurisdictioni habentesque ad infrascripta plenam potestatem, fatebantur in iure coram nobis et publice confessi fuerunt, se sponte et libere, non vi coacti nec dolo circumventi sed bona et matura deliberatione et tractatu capitulari sollempni et sepius premissis, pro utilitate conventus et domus Predicatorum predictorum vendidisse et vendendo tradidisse iusto vendicionis tytulo pro se et successoribus suis ven. in Christo abbati et conventui monasterii in Salem Const. dyocesis ordinis Cisterciensium unam aream seu curtim ipsis pertinentem, sitam in vico dicto *am Túmpfel* civitatis Constant.

prope monasterium religiosarum in Christo dominarum de *Zovingen*, cui ab uno latere area seu curtis abbatis et conventus monasterii in Salem predictorum et ab alio latere area seu curtis religiosarum in Christo abbatisse et conventus monasterii in *Veltbach* confinantur et coadiacent, pro tredecim libris den. Constant., quos iidem vendentes nomine, quo supra fatebantur, se ab ipsis emptoribus numeratos recepisse et in usus prioris et domus Predicatorum predictorum utiles et necessarios ac evidentes convertisse et conversos fore. Transferentes etiam coram nobis et resignantes omne ius et omnem actionem ipsis nomine quo supra vel ipsorum successoribus ex nunc inantea in predicta area seu curti et eius iuribus et pertinentiis singulis et universis competentes seu quovismodo competere valentes pure et simpliciter ac integraliter libera et spontanea voluntate, dolo et fraude ipsorum et successorum eorum nomine amotis, per resignationem debitam et sollempnem in predictos abbatem et conventum monasterii in Salem emptores. Dantes nomine quo supra eisdem emptoribus et ipsorum successoribus exnunc inantea predicte aree seu curtis, iurium et pertinentiarum ac utile dominium[!] earundem vendite et effectualiter tradite possessionem liberam et vacuam subintrandi, apprehendendi, nanciscendi, usum capiendi plenariam potestatem. Promiserunt quoque predicti vendentes predictam venditionem et traditionem ratam et gratam habere perpetuo atque firmam pro se et successoribus suis singulis et universis, et contra ipsam nunquam facere vel venire per se vel interpositam personam aut contravenire volenti aliqualiter consentire in judicio vel extra judicium, in posterum vel ad presens, de facto vel de iure, quesito quovis ingenio et colore, directe vel indirecte, necnon cavere de evictione rei vendite et in causa evictionis predictis emptoribus vel ipsorum successoribus fideliter et efficaciter assistere, etiam prestare de ipsa re vendita emptoribus predictis debitam et legitimam warandiam secundum consuetudinem civitatis Const. communem et generalem. Renunciaverunt etiam predicti vendentes pro se et successoribus suis omni iuris auxilio canonici et civilis, restitutionis in integrum et de re non versa, quibus ipsi vel successores ipsorum iuvari, facere vel venire possent contra ea, que in presentibus litteris continentur in toto vel in aliqua sui parte. Adhibitis etiam in premissis omnibus et singulis verborum et gestuum sollempnitatibus et renuntiationibus debitis et consuetis.

Et in premissorum omnium et singulorum testimonium et roboris firmitatem sigillum Const. ad instantes petitiones prefatorem fratris Burchardi prioris, fratris Johannis de *Engen* subprioris, fr. Ůlrici *Engelli* custodis, fr. Cůnradi de Lindăgia, fr. Burchardi de *Růtlingen*, fr. Jacobi *Wåkerli*, fr. Ůlrici de *Esslingen* tot[i]usque con-

ventus domus Predicatorum predicte nomine quo supra venditorum unacum sigillis predictorum scilicet fr. Burchardi prioris et conventus presentibus duximus appendendum. Quibus et nos fr. Burchardus de *Vilingen* prior totusque conventus domus Predicatorum civitatis Const. prescripti nomine quo supra ad maiorem certitudinem, firmitatem et cautelam, recognoscentes premissa omnia et singula per nos et fratres nostros prenominatos modo premisso esse facta, nos et successores nostros singulos et universos ad ratihabitionem et ad inviolabilem observationem omnium et singulorum premissorum firmiter astringentes sigilla nostra propria unacum sigillo prelibati domini nostri officialis curie Const. duximus etiam presentibus appendendum. Presentibus etiam discretis viris Johanni dicto *Egli*, capellano altaris beate Marie virginis apud dominicum sepulcrum ecclesie Const., Johanni dicto *Bâlwin*, Diepaldo dicto *Keller* de *Núwenberg* civibus, Hainr. dicto *Güttinger* piscatore et Cůnrado dicto *Kôchli* rasore civitatis Const. testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. Datum Constantie, anno et die quibus supra, indictione XIIII[a].

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. II. C. v. Nr. 759. Siegel erhalten. Fehlt bei v. Weech, Cod. dipl. Sal.

Nr. 289.*

Bischof Heinrich III. und Domdekan Ulrich als Patron der S. Katharinenkapelle beim Münster urkunden, daß der derzeitige Kaplan dieser Kapelle, Konrad Senge, sein eigenes Haus in der Predigergasse seiner Pfründe als Pfründhaus des jeweiligen Kaplans geschenkt hat, wogegen der jeweilige Nachfolger des Stifters dessen Jahrzeit auszurichten und wöchentlich zwei hl. Messen zu lesen hat. Vgl. Nr. 266.

Konstanz, 1361, Januar 4.

Hainricus dei gratia episcopus et Ůlricus decanus ecclesie Constantiensis, patronus cappelle sancte Katherine annexe cymiterio || ecclesie maioris Constantiensis antedicte notum facimus universis tam presentibus quam futuris bone voluntatis hominibus, quod constitutus coram nobis || providus et discretus vir dominus Cůnradus dictus *Senge,* cappellanus cappelle sancte Katherine antedicte, sanus mente et robustus corpore non vi nec metu, sed liberaliter et animo deliberato eidem cappelle sue et omnibus cappellanis eiusdem sacerdotibus dumtaxat et in ipsa prebenda, ut subscribitur, residentibus, suis in eadem cappella successoribus, pure propter deum et ob honorem gloriose virginis Marie, beate Katherine ac pro remedio anime sue, progenitorum et successorum suorum donavit domum suam, sibi iure veri dominii pertinentem, sitam Constantie in vico Predicatorum, contiguam ab uno latere domui sacrimonialium in *Múnsterlingen,* ab alio latere domui dicte *Rosenveldin*, et ab anteriori latere platee sive strate publice, per quam itur ad monasterium seu domum fratrum Predicatorum Constantiensium, post mortem et decessum suum perpetuo possidendam et tenendam cum conditionibus, adiectionibus et pactis infrascriptis: Primo videlicet, quod quicumque est vel unquam erit cappellanus eiusdem cappelle, quod ille sine dolo et fraude singulis annis anniversarium diem ipsius domini Cůnradi cum missa et aliis consuetis

peragere sit astrictus et nichilominus eodem die procuratori sive cellerario antique confraternitatis cappellanorum ecclesie maioris Constantiensis antedicte duos solidos denar. Constant. pauperibus pro pane erogandos sub pena trium solidorum monete iam dicte eidem confraternitati solvendorum presentare teneatur, quodque suis temporibus septimanatim duas missas cum missis aliis, quas celebraverit, pro remedio eiusdem domini Cůnradi habeat et habere debeat, unam videlicet de beata Katherina, aliam vero de beata Maria Magdalena. Voluit etiam et ordinavit idem dominus Cůnradus *Senge*, si ullo unquam tempore, quod deus avertat, dicta cappella sancte Katherine alicui minori vel in sacerdotio non constituto conferretur, quod tunc pro omni eo tempore, quo idem cappellanus in sacerdotio non constitutus dicte cappelle supervixerit ad sacerdotium non promotus, quod tunc toto eo tempore confratres antique confraternitatis antedicte eandem domum locare possint et debeant, cuicumque voluerint, pro annuo censu eisdem confratribus annuatim solvendo et inter ipsos proportionaliter dividendo, nullo respectu habito ad cappellanum seu detentorem cappelle antedicte, ut premittitur, non promotum, quousque idem cappellanus ad sacerdotium legittime ordinetur. Voluit etiam et ordinavit idem dominus Cůnradus *Senge*, quod quamdiu aliquis cappellanorum in sacerdotio, ut premittitur, non est constitutus, vel eciam si est sacerdos et residentiam Constantie non facit personalem, quod iterum dicti confratres, quamdiu dictus cappellanus est absens, eandem domum locare, cui voluerint, censumque ex ea provenientem inter se dividere valeant, possint et debeant, ut prefertur.

Et in premissorum testimonium et robur efficax nos Hainricus episcopus et Ůlricus decanus ecclesie Constantiensis antedicti sigilla nostra unacum sigillo dicti domini Cůnradi *Sengen* et ad petitionem eiusdem presentibus duximus appendenda. Datum et actum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, feria secunda ante festum Epyphanie domini, indictione XIIII[a].

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 154. Siegel vorhanden.

Nr. 289a.

Vor dem Offizial verzichten Katharina, Witwe des bischöflichen Notars Johann von Sünchingen, und ihre Tochter Margaretha, Witwe des Schmiedes Georg Richental, auf alle Ansprüche, die sie an das Dommesneramt hatten, zuhanden des Domthesaurars Johann von Landenberg. Sie erhalten dagegen auf Lebenszeit ein sonst der Dommesnerei mit 1 Pfund Pf. erblehenbares Haus in der Münstergasse nebst angrenzender Hofstätte zu unentgeltlichem Genusse eingeräumt. Konstanz, 1361, April 19.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentes litteras intuentibus noticiam subscriptorum cum salute. Noverint presencium inspectores universi et singuli, quos nosce fuerit oportunum, quod constitute coram nobis anno domini millesimo ccc° lx primo feria secunda ante festum beati Georii martiris proxima || iudicii in figura Katharina, filia quondam Hugonis dicti *Schnewis* civis Constantiensis, relicta quondam Johannis de *Sunchingen* notarii curie Constantiensis, et Margaretha filia eius, relicta quondam Georii dicti *Richental* fabri Constantiensis, fatebantur in iure coram nobis et publice confesse fuerunt, se sponte et libere, non vi coacte nec dolo circumvente, sed bona et matura deliberacione et tractatu sollempni et sepius premissis, renunciasse et cessisse et presentibus coram nobis renunciaverunt et cesserunt pro se et heredibus suis universis et singulis omni iuri, accioni, requisicioni et impeticioni, ipsis communiter vel divisim vel ipsarum heredibus in officio

edituatus ecclesie maioris Constantiensis ex causis et rationibus quicuscunque usque in hodiernum diem competentibus et competere valentibus, in manus et potestatem honorabilis in Christo Joh. de *Landenberg*, thesaurarii ecclesie Constantiensis predicte. Ita videlicet, quod domus et area ipsarum, sita in vico dicto *Münstergas* dicta *zem Kappen* civitatis Constantiensis, censualis ad dictum officium edituatus sub onere census unius libre den. Const., et eciam area contigua iamdicte domui pertinens ad dictum edituatus officium, predictis Katherine et Margarethe pro tempore vite prefati domini Johannis de *Landenberg* thesaurarii et ipsarum dumtaxat et non amplius absque omni censu libere et absolute cuiusvis contradiccione non obstante permanere debeant. Et prefate Katherina et Margaretha filia sua promiserunt per fides ipsarum nobis nomine sacramenti sollempni interposita stipulatione corporaliter prestitas pro se et heredibus suis, contra predictam renunciacionem seu cessionem numquam facere vel venire per se vel interpositam personam, directe vel indirecte, quesito quovis ingenio vel colore, sed ipsam habere ratam et gratam perpetuo atque firmam. Et insuper prefate Katharina et Margaretha renunciaverunt in et super premissis omni iuris auxilio canonici et civilis, quibus mediantibus iuvari, facere vel venire possent contra ea, que in presentibus litteris continentur in toto vel in aliqua sui parte. Adhibitis eciam in premissis omnibus et singulis verborum et gestuum sollempnitatibus et renunciacionibus debitis et consuetis. Et in premissorum omnium et singulorum testimonium sigillum curie Constantiensis ad peticionem instantem prefatarum Katherine et Margarethe renunciancium seu cedencium presentibus duximus appendendum. Datum Constantie anno et die quibus supra, ind. XIIII[a].

Perg. Or. Siegel hängt an. GLA. Karlsruhe 5 Spec. Conv. 181. Druck: ZGO. N. F. XIV, 23.

Nr. 290.*

Bischof Heinrich III. und das Domkapitel gestatten dem Domherrn Otto von Rinegg, welcher seinen Klaustralhof gegenüber dem Predigerkloster mit einem Kostenaufwand von 500 Pfund aus einem Zustand des Zerfalls neu auferbauen ließ, im Hinblick auf diese und noch zu erwartende Aufwendungen, sowie als Dank für andere geleistete Dienste, zu bestimmen, daß sein Neffe Ulrich von Wildberg den Hof lebtäglich gemeinschaftlich mit dem Nachfolger Ottos von Rinegg in der Domherrenpfründe besitzen und nießen dürfe. Vgl. Nr. 268.

Konstanz, 1361, Mai 22.

Nos Hainricus, dei gracia episcopus Constanciensis, totumque capitulum ecclesie Const. notum facimus universis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, quod cum curia claustralis sive canonicalis sita ex opposito Predicatorum civitatis Const. adeo vetustate consumpta fuerit, quod eciam in tectis, parietibus et aliis dicte domus edificiis ruinam minaverit et honor. dominus Otto dictus de *Rinegg* canonicus Const., cui dicta curia sic ruinosa collata fuit, eandem curiam solenniter suis sumptibus et expensis extendentibus se ad quingentas libras Const. reedificaverit, et quamvis subsequenter nos Hainricus episcopus totumque capitulum ecclesie Const. predicte ad instantes preces eiusdem domini Ottonis ordinaverimus et statuerimus, quod eadem domus sive curia perpetuo annexa sit et esse debeat prebende sacerdotali eiusdem domini Ottonis et per consequens cedere successori suo et omnibus aliis successoribus prebenda in eadem. Nichilominus tamen, quia idem dominus Otto ulteriores impensas utiles facere voluit et fecit domo[!] et curie in eadem ac eciam alia grata et utilia nobis Hainrico episcopo et eciam capitulo circa impetracionem iuris patronatus ecclesie parrochialis in *Tal* et

eciam in aliis multis factis et casibus utiliter impendit, igitur nos volentes eidem grata vicissitudine pro meritis ipsius multimodis respondere, tractatu eciam in communi nostro capitulo super hoc prehabito solemni, de communi omnium nostrum deliberatione et voluntate unanimi eidem permisimus et in recompensam predictorum concessimus, ut dilectus suus Ulricus dictus de *Wilberg*, filius sororis sue, eandem curiam sive domum in communi et communiter pro tempore sue vite unacum canonico, cui predicta prebenda post mortem eiusdem domini Ottonis cesserit, inhabitare, possidere et ea communiter et in communi frui et de ea disponere valeat et pro tempore vite sue dumtaxat et non ultra pro libito voluntatis.

In cuius rei testimonium et robur firmum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum Constantie, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, undecimo kalen. Junii, indicione decimaquarta.

Ungedruckt. Or. fehlt. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305), f. 26 1/2, Nr. 16.

Nr. 291.*

Äbtissin Verena von Höwen und der Konvent des Frauenklosters Paradies bei Schaffhausen verkaufen dem Augustinerkloster zu Konstanz für 8 Pfund Pf. eine Hofstätte, in der Mordergasse bei der Augustinerkirche gelegen, als freies Eigen und übertragen sie auf den Käufer.

Paradies bei Schaffhausen, 1361, Juni 23.

Wir fro Veren von Hewen åbtissen und aller convent gemainlich des gotzhus ze dem Paradis sant Claren || ordens, bi Schafhusen gelegen, tůnt kunt und vergehin offenlich mit disem brief allen, die in ansehent || oder hőrent lesen, das wir von den ersamen in got und gaischlichen brůdern, dem pryor und dem convent gemainlich des gotzhus ze den Augustinern ze Costentz in Mordergassen gelegen sant Augustins ordens enpfangen habin aht pfunt gůter pfenning Costentzer múns, der wir gar von inen gewert sigin und die wir in desselben únsers gotzhus redlichen nutz bewent und bekert habin, als wir vergehin mit disem brief, und das wir inen und iren nachkomen und demselben irem gotzhus umb dieselben pfenning habin ze kôffent geben reht und redlich die hofstat, dú ze Costentz in Mordergassen gelegen ist und stosset ainhalp an derselben Augustiner hofstat und anderhalp an der Widinen såligen hofstat, fúr reht aigen, als wir sie gehept und genossen hant her untz an disen hútigen tag, also und mit denselben rehten habin wir inen och dieselben hofstat fúr reht aigen gefertget und uffgeben mit allen den worten, werken und getåten, so darzů hort und gehőren moht nach gewonhait und nach reht. Und habin úns darúber verzigen und verzihin úns offenlich mit disem brief fúr úns und alle únser nachkomen und an desselben únsers gotzhus stat gen den vorgenanten brůdern und gen iren nachkomen und gen demselben irem gotzhus ze den Augustinern ze Costentz an der vorgenanten hofstat und was darzů hőrt aller aigenschaft, aller lehenschaft, aller vordrung und ansprach und alles rehtes gaischlichs und weltlichs gerichtz und aller ander gnâd und reht, damit wir ald dekain únser nachkomen ald ieman andre von únser ald únsers gotzhus wegen dieselben hofstat und was darzů hőrt kúndin ald mőhtin angesprechen. Und wår das inen dieselben hofstat nu ald hernach ieman ansprâch fúr aigen ald fúr lehen ald mit kain ander ansprach, da sőlin wir und únser nachkomen si und ir nachkomen und das vorgenant ir gotzhus verstan und versprechen an gaischlichem und an weltlichem geriht und des ir reht wern sin nach reht ane alle geverde.

Und ze warem und offem urkúnd und ståter sicherhait aller dirr vorgeschriben ding gebin wir vorbenemtú fro Veren abtissen und der convent gemainlich des gotzhus ze dem Paradis únser der åbtissen und des conventes insigel an disen brief. Der ist ze dem Paradise geben, do man von Cristes gebúrt zalt drúzehenhundert iar, darnach in dem ain und sehtzigosten iar, an sant Johans abent des Tôffers.

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 154. Siegel fehlt. Rückvermerk: Littera de territorio empto a dominabus monasterii de Paradyso sito iuxta ecclesiam nostram.

Nr. 292.*

Vor Stadtamman Rudolf von Roggwile und dem Ammangericht schenkt Frau Ursula, Witwe des Schmiedes Berthold, dem Heiliggeistspital und den Armen am Felde (Feldsiechen) ihr Haus mit Hofstätte, in der Niederburg an der Bruggasse gelegen, und übereignet dasselbe in Gemäßheit des Urteils des Ammangerichts mit Hülfe ihres Vogtes Konrad von Denkingen in die Hände von Hug Schnewiß namens der Armen am Feld und von Heinrich von Ravensburg namens des Heiliggeistspitales.

Konstanz, 1361, Juli 16.

Ich Růdolf von Roggwille statamman ze Costentz tůn kunt allen den, die disen brief ansehent oder hôrent || lesen, daz fro Ursul, wilent Bertoltz des schmides sålgen elichú wirtin fúr mich kam fúr offen geriht || mit Cůnraten von Denkingen ir rehten vogt und offnot da mit vogt und mit fúrsprechen: sie het ain hus und ain hofstat in Nidrenburg an Bruggassen ze Costentz, die zwschent Hainriches des schmides und des Wagners húsern gelegen wårint, dasselb hus und hofstat wolti si durch got und dur ir sele hail fůgen und geben dem spital des hailgen gaistes an dem Mergtstad und den armen lúten den dúrftigen an dem Velde vor der stat ze Costentz, und bat ir ervaren an ainer urtail, wie si das tůn sôlt, als reht wår und das es kraft het. Do ward ertailt mit reht gesamnoter urtail, das die vorgenant fro Ursul dar gienge und sich da vor geriht des vorgenanten huses und der hofstat mit aller zůgehôrd entzige mit ir vogtes hant in Hugen Schnewiss hant an der armen lút stat und in Hainriches hant von Ravenspurg an des spitals statt, die da baid zegegen stůndent vor geriht, und daz si denn mit inen gienge ze dem hus und da denselben Hugen Schnewiss und Hainrichen von Ravenspurg an des vorgenanten spitals und an der vorgenanten armen lút stat dazselb hus und hofstat ufgåbe und vertgeti mit gelerten worten nach der statt ze Costentz gewonhait und reht, und das es denn wol dur reht kraft und maht het. Daz entzihen vollefúrt och die vorgenant fro Ursul die schmidin mit ir vogtes hant da offenlichen vor geriht, als ir ertailt wart.

Und ze urkúnd der warhait aller diser dinge hab ich der vorgenant amman min insigel mit urtail gehenket an disen brief. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes gebúrt zalte drúzehen-

hundert jar, darnach in dem ain und sehtzigosten jar, an sant Hylarien tag.

Ungedruckt. Perg. Or. SPAKZ. Nr. 1692.

Nr. 293.*

Vor dem Offizial bekennt Konrad Köchli, von Ulrich Pfefferhart, Kaplan des S. Fidesaltares im Münster, mit Zustimmung des Domdekans Ulrich Güttinger als Patrons des genannten Altares eine dieser Pfründe gehörige Hofstätte in der Webergasse auf Lebenszeit des derzeitigen Kaplans als Erblehen gegen Leistung eines jährlichen Zinses von 6 Schilling Pf. verliehen erhalten zu haben. Da der Beliehene gleichzeitig Eigentümer des anstoßenden Grundstückes mit darauf gebautem Hause ist, werden die nachbarrechtlichen Verhältnisse geregelt und die Bedingungen festgesetzt, unter denen der Nachfolger des Kaplans den Heimfall ausüben kann. Vgl. Nr. 303.

Konstanz, 1361, Juli 22.

Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum notitiam cum salute. Ne gesta modernorum prolixitate temporis labilique memoria hominum infi||ciantur, utile est, ea scripturarum indiciis perhennari. Noverint igitur presentium inspectores universi et singuli, quos nosce fuerit opportunum, quod constituti coram || nobis anno domini M°ccc° sexagesimo primo, feria quinta ante festum beati Jacobi apostoli proxima, judicii in figura Cůnradus dictus *Kôchli* rasor Constantiensis ex una et dilectus in Christo Ůlricus *Phefferhart*, capellanus altaris beate Fidis siti in ecclesia Constantiensi, suo et dicti sui altaris nomine, ex parte altera, prefatus Cůnradus *Kôchli* fatebatur in iure coram nobis et publice confessus fuit, se a prefato Ůlr. *Phefferhart* nomine quo supra de scitu et voluntate ac consensu expresso honor. in Christo domini Ůlr. Gúttingarii decani ecclesie Constantiensis, predicti altaris patroni, habere, tenere et possidere et recepisse ac conduxisse in emphiteosim pro se et heredibus suis unam aream seu curtiun, sitam in vico textorum civitatis Constantiensis, iure dominii vel quasi cappellanis dicti altaris seu dicto altari pertinentem, cui ab uno latere domus et area predicti Cůnradi conducentis et ab alio latere area seu curtis cappellani altaris beate Verene virginis in ecclesia sancti Johannis Constantiensis pertinens ad dictum altare beate Verene confinantur et adiacent, pro tempore vite ipsius Ůlr. *Phefferhart* dumtaxat et non amplius nec ultra pro annuo censu videlicet pro sex solidis den. Const. singulis annis in ieiuniis quatuor temporum, videlicet quolibet ieiunio quatuor temporum decem et octo den. Const. dicto Ůlr. de area seu curti prefatis absque omni dampno ipsius Ůlr. et qualibet diminutione, contradictione et obstaculo presentandis, dandis et assignandis sub penis, modis et

condicionibus infrascriptis. Ita videlicet, quod si ipse Cůnradus vel eius heredes in solutione, traditione et assignatione census predicti uno vel altero seu aliquo dictorum terminorum negligentes aut remissi fuerint, quod extunc ipse Cůnradus vel eius heredes ebdomodatim sive singulis ebdomodis seu septimanis inmediate terminum solutionis neglectum subsequentibus dicto Ůlrico vel eius heredibus nomine pene et emende dare debeat seu debeant sex den. Const. absque omni et qualibet diminutione ac contradictione et omni dampno ipsius Ůlr., pro qua pena ut et tamquam pro censu prenotato neglecto et re confessata in iure coram nobis, monitione octo dierum premissa, debeat et possit seu debeant et possint excommunicari. Promisit quoque fide datis nomine sacramenti, sollempni interposita stipulatione, aream seu curtim predictam habere et tenere ab area et curti domus sue predicte omnino divisam, quod wlgaris elocutio vocat *sundersässat und undermarkat*. Fatebatur etiam predictus Cůnradus in jure coram nobis et publice confessus fuit pro se et heredibus suis, omnia lumina de domo sua predicta super dictam aream spectantia et vadentia se de jure ac proprie non habere et ad dictam domum suam non pertinere, et quod illa, cum ipsius Ůlr. in dicto altari successores carere voluerint, destruere debeat absque omni contradictione. Est etiam condictum, quod si ipse Cůnradus *Köchli* conducens seu eius heredes aliquam structuram seu aliquas expensas aut dampna super dicta area sic per eum conducta in edificando seu construendo habuerint et fecerint et predicti Ůlr. in dicto altari successores ipsi Cůnr. seu eius heredibus dictam aream pro censu predicto conferre noluerint, quod extunc dicti successores seu successor omnes et singulas expensas et dampna, quas et que dictus Cůnradus habuit et fecit seu heredes eius habuerunt et fecerunt super dicta area seu curti, una cum quatuordecim sol. denar. Const., quos ipse Cůnradus exnunc exsolvit et dedit certis personis in edificatione aree predicte, refundere, resarcire, expedire et dare debeat seu debeant secundum communem taxationem, estimationem et laudationem duarum personarum, videlicet unius, quam ipse Cůnradus vel heredes sui, ac etiam unius, quam tunc successor seu successores dicti Ůlr. in dicto altari ad hoc elegerint et acceperint. Quod si dicti successores non fecerint, extunc dicto Cůnr. seu eius heredibus licitum sit et esse debeat, edificia seu structuras predictas ducere de area predicta preter illa, que iam sunt super dicta area edificata, salvis tamen ipsi Cůnr. vel eius heredibus predictis quatuordecim solidis. Submiserunt quoque et astrinxerunt prefate partes se, heredes et successores suos universos tali pene: quod si alterutra pars predictarum contra premissa vel aliquod premissorum fecerit seu ipsarum heredes aut successores fecerint, quod extunc a

nobis tamquam pro re in jure coram nobis confessa, monitione octo dierum premissa, debeant et possint excommunicari. Et insuper prefate partes renuntiaverunt hincinde pro se et heredibus ac successoribus suis universis in et super premissis omni iuris auxilio canonici et civilis, quibus iuvari, facere vel venire possent contra ea, que in presentibus litteris continentur in toto vel in parte. Adhibitis etiam in premissis omnibus et singulis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis.

Et in premissorum omnium et singulorum testimonium et roboris firmitatem sigillum curie Constantiensis ad petitionem predictorum Ůlr. et Cůnr. unacum sigillis propriis prefatorum domini Ůlr. decani dicti altaris patroni et Ůlr. *Phefferhart* duximus presentibus appendendum. Quibus et nos prefati Ůlr. decanus et Ůlr. *Phefferhart* ad maiorem certitudinem et cautelam omnium premissorum, recognoscentes, premissa omnia et singula per nos modo premisso et de consensu, scitu et voluntate nostra esse facta, nos ad ratihabitionem omnium premissorum firmiter astringentes, sigilla nostra propria etiam duximus presentibus appendenda una cum sigillis [!] prelibati domini officialis curie Constantiensis in evidentius testimonium omnium premissorum. Datum et actum Constantie, anno et die quibus supra, indictione XIIII[a].

Ungedruckt. Perg. Or. GLA. V, Spec. 108. Siegel erhalten. Rückvermerk: von der hoffstett de novo domo sancte Fidis.

Nr. 294.*

Vor Stadtamman Rudolf von Roggwile bekennt der Totengräber Johann Sop, von den Pflegern und dem Meister des Heiliggeistspitales ein Haus mit Hofstätte am Graben vor dem Augustinerthor als Erblehen gegen einen jährlichen Zins von 1 Pfund Pf. verliehen erhalten zu haben.

Konstanz, 1361, November 22.

Ich Růdolf von Roggwille stattamman ze Costentz tůn kunt allen, die disen brief ansehent oder hőrent lesen, daz Johans Sop || der totengrebel fúr mich kam und veriach, daz er im und sinen erben enpfangen het von den pflegern und dem maister des spitals des hailgen gaistes ze Costentz an dem Mergtstad ain hus und ain hofstad, die gelegen wårint an dem graben vor Augustiner tor bi dem stokbrunnen, daran ainhalp stosset Hågellinen hus und andrent Hainis des Murers hus des grebels, mit dem geding, daz er und sin erben und nachkomen, in der hant danne dasselb hus und hofstat stat, dem maister des vorgenanten spitals hinnenhin ze rehtem zins jårlichs von demselben hus und hofstat unverzogenlich geben und rihten sont ån alle minrung ie ze sant Johans tag des Toffers zehen schilling phenning gůter und gåber Costentzer múnss und ze Wihennåhten zehen

schilling der egenanten múnsse und zwai vasnahthůnre. Si sont och daz vorgenant hus und hofstat verstúran und verwachen ân des obgenanten spitals schaden. Derselb Johans Sôp veriah och, daz er und sin erben vollen gewalt hettint, daz si irú recht versetzen und verkoffen möhtint, wenne und wem si woltint, an dem vorgenanten hus und hofstat erbern lúten, da der vorgenant spital und sin pfleger des vorgenanten zinses gewiss sint, und die es och von demselben spitalmaister enphahint. Und sol och der, der es danne enphahet, des vorgenanten spitals maister ainen schilling Costentzer phenning ze erschatz geben, und sol och er denn demselben daz egenant hus und hofstat lihen unverzogenlich umb den vorgenanten zinse.

Und ze urkúnd der warhait aller diser dinge hab ich der vorgenant amman min insigel dur des egenanten Johansen Sopen bett willen gehenket an disen brief. Under dazselb insigel ich derselb Johans Sop mich und min erben und nachkomen binde aller diser ding mit disem brief. Der ist ze Costentz geben, do man zalt von Cristes gebúrt drúzehenhundert jar, darnach in dem ain und sehtzigosten jar, an sant Cecylien tag.

Ungedruckt. Perg. Or. NSPAKZ. Nr. 63. Siegel erhalten. Rückvermerke des 16. Jhs.: Haintzen Webers hus; Gebhart Weber; ab aim huss zu Stadelhofen am graben bim brunnen, git yetz Hans Hass.

Nr. 295.*

Abt Wilhelm des Schottenklosters urkundet, daß Johann Egli, Kaplan des S. Marienaltares in der hl. Grabkapelle beim Münster, für 3 Pfund 10 Schilling Pf. an den Priester Heinrich von Wile, Unterkustos des Domes, und dessen Bruder Johann einen Garten an der Schottengasse verkauft habe, ein Lehen des Schottenklosters. Er nimmt von dem Verkäufer den Garten auf und beleiht damit die Käufer, die von dem Garten jährlich 8 Pfennig Zins an den Schottenabt und 1½ Pf. Zehnten an das Maria-Magdalenenspital auf der Rheinbrücke zu entrichten haben. Vgl. Nr. 116b und 284.

Konstanz, 1361, Dezember 5.

Wir Willehelm von gottes genaden abt des gotzhus ze den Schotten ze Costentz tůnt kunt und vergehin offenlich || mit disem brief, das fúr úns kam der erber priester herr Johans Egli, capplan únser frowen altars der cappelle || ze dem hailgen grab hinter únser frowen múnster ze dem thûme ze Costentz, und veriah da offenlich vor úns, das er von dem erbern priester hern Hainrichen von Wile, dem undercuster in únser frowen múnster ze demselben thûme ze Costentz, und Johansen von Wile, sinem brůder, enphangen hab drú pfunt und zehen schilling gůter pfenning Costentzer múns und das er inen baiden gemainlich und unverschaidenlich und iren erben umb dieselben pfenning, der er och gar von inen gewert sie, hab ze kôffent geben reht und redlich den garten, der ze Costentz in Schottengassen gelegen ist und stosset ainhalp an des vorgenanten hern Hainrichs von Wile des undercusters garten und anderhalb an das gâssli, das entzwischen Frideriches des hoves insiglers garten gelegen ist, der von úns und dem obgenanten únserm gotzhus ze

den Schotten zinslehen ist und darab úns und demselben únserm gotzhus jårlichs ie uff sant Jacobs tag des hailgen zwelfbotten ze rehtem zins gat aht pfenning Costentzer múns und dem spittale sant Maria Magdalenen uff der Rinbrugg ze Costentz anderhalp pfenning derselben múns och jårlichs fúr den zehenden. Und gab och da derselb herr Johans Egli denselben garten mit aller siner zůgehőrde willeklichen uff an únser hant und verzeh sich daran fúr sich und sin erben alles sins rehten und batt úns, denselben garten mit aller siner zůgehőrde lihen dem vorgenanten hern Hainrichen von Wile und Johansen sinem brůder. Der bett habin wir in willeklich gewert und habin denselben garten von im uffgenomen an únser hant und habin in mit aller siner zůgehőrde gelihen und lihen in mit disem brief dem vorgenanten hern Hainrichen von Wile und Johansen sinem brůder, inen baiden gemainlich und unverschaidenlich, und iren erben ze ainem rehten ståten erbzinslehen in allem dem zins und dem rehten, als vorgeschriben stat.

Und ze warem und offem urkúnd aller dirr ding gebin wir vorbenempter abt Willehelm únser insigel an disen brief. Darnach vergihe ich der vorgenant Johans Egli ainer gantzer warhait alles des, so da vorgeschriben stat, und sőlin och ich und min erben desselben hern Hainrichs von Wile und Johansen sins brůder und ir erben desselben kőffes reht wern sin nach reht ane alle geverde. Und des ze warem und offem urkúnd hab ich min insigel zů des obgenanten abt Willehelms insigel gehenkt an disen brief. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes gebúrt zalt drúzehenhundert jar, darnach in dem ainundsehtzigosten jar, an sant Nycolaus abent.

Ungedruckt. Perg. Or. StAKZ. Nr. 233. Siegel erhalten.

Nr. 296.*

Dompropst, Domdekan und Domkapitel gestatten auf Bitten des Dommesners Johann Kluftinger, Kaplan des S. Annaaltares im Münster, und seiner Schwester Katharina, daß diese beiden das dem S. Annaaltar gehörige, dem untern Hof gegenüberliegende Haus mit Hofstätte mit Rücksicht auf die von Johann Kluftinger für dasselbe gemachten baulichen Aufwendungen lebtäglich bewohnen und gebrauchen dürfen. Domthesaurar Johann von Landenberg stimmt als Kollator des S. Annaaltares zu.

Konstanz, 1362, Januar 11.

Prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus notitiam subscriptorum cum salute. Noverint presencium inspectores universi et singuli, quos nosse fuerit oportunum, quod cum dilectus in Christo Johannes dictus *Kluftinger* sacerdos, capellanus altaris sancte Anne in ecclesia nostra Constantiensis edituus iam dicte ecclesie Const., et Katharina soror sua naturalis et legitima multivarias expensas pro reparatione, reformatione et melioratione domus habitationis ipsius Johannis sibi nomine dicti sui altaris pertinentis et dicto suo altari unite, site in civitate Constantiensi ex opposito curie inferioris, cui ab uno latere domus quondam Waltheri dicti *Mesner* et ab alio latere area quondam Johannis de *Sunchingen* notarii curie Constant. ac editui ecclesie Constant. predicte adiacent et confinantur, habuerint et fecerint, quodque ipsi nuper videlicet de anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo pro reformacione, reparacione et melioracione ac structura cellarii domus predicte ac domus eiusdem decem et octo libras[1] denar. Constant. ex[s]olverint, tradiderint et

[1] Die Vorlage hat hier ein kleines Loch, welches von dem Wort libras nur noch das l erkennen läßt.

assignaverint in pecunia numerata, nobisque ex parte predictorum Johannis et Katherine sororis sue humiliter supplicatum fuerit, quatenus ipsis et utrique ipsorum domum predictam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis pro tempore vite ipsorum et utriusque eorum dumtaxat et non amplius nec ultra concedere et conferre ac locare dignaremur. Nos quoque prepositus, decanus et capitulum predicti petitionem predictorum Johannis et Katherine favorabiliter volentes exaudire ac petitionem iustam nullatenus esse denegandam, domum et aream predictam et usumfructum eiusdem cum omnibus suis pertinentiis de voluntate et consensu expresso honor. in Christo domini Johannis de *Landenberg*, thesaurarii dicte ecclesie nostre Constant., ad quem collacio seu presentacio dicti altaris, dum vacat, dinoscitur pertinere, dicto Johanni *Kluftinger* et Katherine sorori sue pro tempore vite ipsorum et utriusque eorum dumtaxat et non amplius nec ultra locavimus et concessimus et presentibus concedimus et locamus. Dantes eisdem plenam et liberam potestatem, dictam domum cum omnibus suis iuribus et pertinenciis pro tempore vite ipsorum et utriusque ipsorum dumtaxat et non amplius nec ultra inhabitandam, habendam et possidendam. Ita videlicet, quod ipsis ambobus decedentibus et viam universe carnis ingredientibus vel eis renunciantibus eadem[2] domus et area predicte cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad dictum altare sancte Anne devolvi et pertinere debeant ipso facto cuiusvis contradictione non obstante. Adhibitis etiam in premissis omnibus et singulis verborum et gestuum solemnitatibus debitis et consuetis.

Et in premissorum omnium et singulorum testimonium et roboris firmitatem sigillum capituli ecclesie Constant. unacum sigillo prelibati domini Johannis de *Landenberg* thesaurarii ecclesie Const. presentibus duximus appendendum. Quibus et nos prefatus Johannes de *Landenberg* thesaurarius dicte ecclesie Constantiensis recognoscentes, premissa omnia et singula per prefatos dominos prepositum, decanum totumque capitulum ecclesie Const. de voluntate et consensu nostris expressis esse facta, nos successoresque nostros in dicta thesauraria ad ratihabicionem et inviolabilam observacionem omnium premissorum firmiter astringentes, sigillum dicte thesaurarie nostre unacum sigillo prelibati capituli ecclesie Const. eciam duximus appendendum. Datum Constancie, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, tercio idus Januarii, indicione decima quinta.

Ungedruckt. Or. fehlt. Abschrift GLA. Copb. 491 (alte Nr. 305) Nr. 19, fol. 209.

Nr. 297.*

Bartholome Anhuser, B. v. K., urkundet, an Peter Mangolt von Zell, B. v. K., und dessen Ehefrau Agnes das Eigentum (Aigenschaft) seines Vorder- und Hinterhauses mit Hofstätte, an der S. Paulsgasse gelegen, für 70 Pfund Pf. verkauft zu haben. Er übereignet dasselbe mit Salmannhülfe auf die Käufer und deren Salmann. Hierauf empfängt der Verkäufer die verkaufte Liegenschaft aus der Hand der Käufer als Erblehen zurück, mit einem jährlichen Zins von 4 Pfund Pf. belastet.

Konstanz, 1362, Januar 12.

Allen, die disen gegenwúrtigen brief ansehnt oder hǒrent lesen, kúnde ich Bartholome der Anhuser, burger ze Costentz, und vergihe

[2] Vorlage hat easdem.

des offenlich mit disem brief, das ich || von dem wolbeschaiden manne Petern Mangolt von Zelle, burger ze Costentz, und fro Angnesen siner elichen wirtinne enpfangen hab sibenzig pfund gûter pfênnig Costentzer || múns und bin och der gar von inen gewert und hab si in minen redlichen nutz geben und bekert, als ich vergihe mit disem brief; und das ich inen und iren erben mit gûtem willen, unbetwungenlich und mit gûter vorbetrahtung fúr mich und min erben umb dieselben pfenning hab ze kôffent geben reht und redlich die aigenschaft miner húser und hofstett des hindern und des vordern, dú ze Costentz an sant Pauls gassen zwischen Walther Ängellis und Hainrich Sumbris húsern und hofstetten gelegen sint und vornan stossent an die stras und hindenan an Ital Winterbergs hus. Und hab inen och dieselben aigenschaft mit mins *salmans* her Bartholomens ze Búrgtor des eltern willen und gunst und mit siner hant gefertget und uffgeben inen und Ůlrichen Ramung, burger ze Costentz, den si ze ainem *salman* darúber genomen hant, mit allen den worten, werken und getâten und mit aller kraft, so darzú hort und nottúrftig was nach gewonhait und nach reht der stat ze Costentz. Und hab mich darúber mit desselben mins *salmans* hant verzigen und verzihe mich darúber mit disem brief fúr mich und alle min erben und nachkomen gen demselben Petern Mangolt und fro Angnesen siner elichen wirtinne und gen allen iren erben und nachkomen aller vordrung und ansprach, so wir an derselben aigenschaft hetten ald von dekainen dingen iemer daran gewinnen môhtin von dekainer schlaht geriht ald reht, gaischlich ald weltlichs.

Und nach demselben verzihen, fertgen und uffgen hab ich dúselben húser und hofstett mit aller ir zûgehôrde wider enpfangen von demselben Petern Mangolt und von siner elichen frowen fro Angnesen mir und allen minen erben und nachkomen ze habend und ze niessend umb ainen rehten stâten genanten zins, jârlichs umb vier pfunt pfenning gûter und genâmer Costentzer múns rehtes zins und jârlichs geltz, die ich und alle min erben und nachkomen und der, wer der ist, in des hant und gewalt dúselben húser und hofstett iemer stant und komen sint, demselben Petern Mangolt und fro Angnesen siner elichen wirtinne und allen iren erben und nachkomen darab und davon geben und rihten sôlin, ie das halptail ze Wihennâhten und das ander halptail ze sant Johans tag des Tôffers ane alle minrung und ane allen fúrzug. Und sôlin och anvahen inen denselben zins ze gebend ze sant Johans tag des Toffers dem nâhsten, der nu kunt, und dannanhin ewклich iemerme ie ze Wihennâhten und ze sant Johans tag des Tôffers, als vor ist beschaiden. Und wâr, das

wir inen dasselb jårlich gelt ze dekainem derselben ziln versåssin vierzehen tag nach dem zil, so sigin wir inen gebunden ze gebend ze pene und ze bůs zwen schilling pfenning der vorgenanten múns, und als dik wir inen das vierzehen tag nach ietwedrem derselben ziln versåssen, als dik sigin wir inen gebunden ze gebend ze pene und ze bůs zwen schilling pfenning derselben múns. Und sont och dieselben bůspfenning reht vordrung sin als der zins und sont och als gůt reht darzů han ze klagend als zů dem zins. Und wär, das inen derselb zins und die bůspfenning, die daruf gesetzet sint, ain gantzes jar versessen und hinderstellig belibin und ainen tag ungevarlich nach dem jar, so sol demselben Petern Mangolt und fro Angnesen siner elichen wirtinne und allen iren erben und nachkomen dúselben húser und hofstet mit allen rehten und zůgehörden zinsfellig und verfallen sin, also das wir noch dekain únser erbe und nachkomen darzů niemerme kain vordrung noch ansprach zů denselben húsern und hofstetten haben noch gewinnen sont von dekainr schlaht geriht ald reht, gaischlichs ald weltlichs.

Und ze merer sicherheit hab ich mich willeklich gebunden und binde mich und alle min erben und nachkomen willeklich darzů mit disem brief vor dem rat der stat ze Costentz also: Wår das inen derselb zins dekains jars vierzehen tag nach dekainem derselben ziln versessen wurde, wenne das dem rat der stat ze Costentz geklegt und fúrbraht wirt, so sol inen derselb rat, weli ze der zit des rates ze Costentz sint, darumb rihten und úns mit ir geriht darzů twingen, untz das inen ie der versessen zins und die bůsspfenning, die daruf gesetzet sint, und och dú zinsfelli, darumb danne gemant und geklegt ist, wirt usgeriht nach ir notturft gar und gentzlich. Wår och, das ze derselben zit, so inen dasselb jårlich gelt versessen wurd, nit rates ze Costentz wåre, wa si danne ander rihter haben mugent, es sigin gaischlich ald weltlich rihter, die inen umb denselben versesen zins und och umb die bůsspfenning, die daruff gesetzet sint, und och umb die zinsfelli rihtin, die sont inen behalten sin.

Und ze warem und offem urkúnd aller dirr vorgeschriben ding hab ich gebetten den rat der stat ze Costentz und och den obgenanten minen *salman*, das si der stet insigel ze Costentz und och derselb min *salman* sin insigel gehenket hant an disen brief, daran och ich derselb Bartholome der Anhuser min insigel gehenkt hab. Des vergehin wir der rat der stat ze Costentz, das wir durch bett desselben Bartholomens des Anhusers únser stett ze Costentz insigel gehenkt habin an disen brief, won er sich und alle sin erben und nachkomen aller dirr vorgeschriben ding vor úns verbunden hett. Darnach vergihe och ich der vorgenant Bartholome ze Búrgtor sin *salman*, das ich

och durch sin bett min insigel gehenkt hab an disen brief. Der ist ze Costentz geben, do man von Cristes gebúrt zalt drúzehenhundert jar, darnach in dem zwaiundsehtzigosten jar, an sant Hylaryen abent.

Ungedruckt. Or. StAKZ. Nr. 1936. Siegel fehlt. Rückvermerk: ab dem Kornhus [15. Jh.].

Nr. 298.*

Die Konstanzer Bürger Ulrich und Bartholome von Roggwile, Brüder, verkaufen zusammen mit des Ersteren Ehefrau Anna den Pflegern und dem Meister des Heiliggeistspitales ihre am Marktstad neben dem Spital gelegenen Häuser mit Hofstätten für 220 Pfund Pf. und übereignen sie zuhanden der dermaligen Spitalpfleger Ulrich in der Bünde und Bartholome zum Burgthor der Älteren und des Spitalmeisters.

Konstanz, 1362, Februar 1.

